

FONDAZIONE BIBLIOTECA SAN BERNARDINO

TRASCRIZIONI DELLE PERGAMENE

PRESENTI NEL FONDO MANOSCRITTI.

1.

Bolzano, 1194 luglio 9.

Egnone conte di Appiano investe il vescovo di Trento Corrado del Castelvecchio presso Appiano e di due "curie" attigue, che appartengono alla sorella; in cambio darà altre due "curie" ecc. Copia del 23 maggio 1215. La copia del Codice vangiano è del 5 giugno 1215.

Anno dominice nativitatis millesimo centesimo nonagesimo quarto indictione duodecima die sabati nono intrante iulio, in Balzano in ecclesia sancte Marie in presentia domini Turconis, domini Adelpreti de Porta canonicorum, Egenonis de Mazo, Rodegerii de Mezo, Petarini, Federici de Wineco, Cadelochi et eius fratriss Conradi, Gotexalki, Warnardi de eodem loco, Henrici de Roxembacho, Sikerii de Monte Albano, Rempreti de Balzano, Odolrici de Grospergo, Gothexalki de Volenstaine ad hoc testium rogatorum.

Ibique dominus Egno comes de Piano iure et nomine proprii (sic) investivit dominum Conradum Dei gratia tridentine sedis episcopum, de Doso uno quod appellatur Castellum Vetus, quod vero est in pertinentia Piani et de duabus curiis que sunt ibi prope, que vero sunt sue sororis, si poterit dare et si nequaquam poterit dare, dare debedit duas alias curias eiusdem bonitatis in dicto predicti Cadelochi et Torengi et Odolrici de Gospergo, Gotexalki de Volvenstaine infra annum.

Et ibi incontinenti versa vice predictus dominus episcopus iure et nomine feodi investivit predictum dominum comitem recipientem pro se et pro nepote suo de predicto dosso cuim illis duabus curiis, ita videlicet fecit hanc investituram quod predictus comes in manifestis werris episcopatus debet aperire eidem domino episcopo predictum castellum vel suis successoribus contra omnes homines excepto domino imperatore, ipso comite manente in eo castello, si predictus dominus episcopus pecierit vel sui successores. Si vero non apperuerit predictum castellum ut dictum est, ob hanc causam ipse dominus comes iure et nomine pignoris investivit predictum episcopum de scaria sua de Nano quam dicebat esse suum allodium et de alia sua curia de Riedo quam dicebat esse suum feudum de casa Deo.

Et insuper predictus Odolricus insimul cum predicto comite investivit ipsum dominum episcopum de omni eo quod habet et tenet ipse Odolricus in Serecpilo, tale vero ordine fecerunt hanc investituram quod si ipse dominus comes non apperiret predictum castellum ut dictum est predicto domino episcopo vel suis successoribus predictum pignus debet esse de casa Dei et dixit se possidere pro ipso domino episcopo de predicto doso cum illis duabus curiis et si vero contigerit quod apperuerit et ipse dominus episcopus vel eius successores non redierint, tunc curia de domo debet esse feodium predicti domini comitis.

Et insuper ibidem predictus comes ad sancta Dei Evangelia iuravit quod numquam faciet aliquam raxam cum comite Henrico eius patruo de Piano, nec cum suis filiis pro suo facto contra episcopatum vel pro quocumque alio facto, sine fraude et quod non inpediet predictum pignus. Et iuravit quod faciet iurare infra annum illos quos posuerit

in predicto castello, taliter si offendiderint predictum dominum episcopum vel eius successores de aliquo, rationem debet facere ipse comes de eis sub se et si forte ipsi non facient rationem sub eo infra tres menses debent rationem facere sub predicto domino episcopo vel eius successoribus.

Ego Bertramus domini imperatoris Henrici notarius rogatus interfui et hoc instrumentum ut supra legitur scripsi.

Anno Domini millesimo ducentesimo xv indizione tercia diei sabati nono exeunte madio.

S. N. Ego Ercetus domini Friderici romanorum imperatoris notarius autenticum huius vidi et legi et quod in ipso continebatur continetur et in isto exemplo, nihil additum vel diminutum quod sensum vel sententiam mutet et me subscripsi et meum signum apposui et exemplavi.

2.

Telve, (1290-1310).

Inventario dei beni del defunto Bertramino fu Todesco uomo della masnada del signor Francesco di Telve. Senza data ma riconducibile agli anni 1290-1310.

Istas sunt possessiones et ius qui fuit q. Bertramini filii q. Todeschi homo de masnada domini Francisci de Telvo.

In primis unum sedimen circa domo superius edificata iacente in villa Telvi, a mane... via, a meridie tera Massii Sartorii et apud tera dicti domini Francisci.

Item una peciam tere arative iacentis apud... cassina, a mane tera Contolinii q. dona Sofia et a meridie tera Prandini q. Darii et a sero Johannis Peta.

Item unam teram iacentem a Somrara, a mane tera Yvani q. ser Baltassarini et a meridie tera Bonano q. ser Cabriellis et a sero via comunis.

Item unam peciam tere arative a via da Roveré, a mane et a meridie et a sero et a settentrione via comunis.

Item vineam unam peciam tere a Vallino, a mane tera Bertini de Carzano domus de filiorum q. Andree Scavii et a sero tera filiorum Iohannis cavalierii.

Item unam peciam in dicta ora, a mane tera Michaellis et dicti Iohannis, a meridie tera domini Veceli q. domini Alberti et a sero via comunis.

3.

Rovereto, 1344 febbraio 7.

Beatrice figlia di Rigolino e moglie di Alberto Mengenardo da Arco vende per 47 lire veronesi ad Alberto detto Cervellino fu Ordano da Brabarola di Rovereto, due prati sul monte Finonchio.

S. N. In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo quarto inditione duodecima die sabati septimo intrante februario, Rovredi valis Lagarine tridentine diocesis, in curtivo domus, infrascripti venditores presentibus Menario Mulio de Vessentina habitatore Rovredi, Martino q. Maynenti de dicto loco Rovredi, Concio fabro de dicto loco, Bonomo q. Ianexi de la Preda de Barbarola testibus et aliis rogatis et convocatis.

Precio quadraginta septem librarum denariorum veronensium parvorum quos denarios et precium dona Beatrix filia et heres q. Guilelmi olim ser Rigolini de dicto

loco Rovredi et uxori Alberti q. domini Mengenardi de Archo presente dicto Alberto eius viro et consensenti ac uterque eorum in solidum confessi, contenti et manifesti fuerunt se se revera accepisse habuisse et recepisse ac sibi datos traditos et numeratos fuisse ab Alberto dicto Zervelino q. ser Ordani de Barbarola dicte valis et diocesis renunciantes dicti dona Beatrix et Albertus iugales exceptioni non habitorum receptorum et sibi non datorum numeratorum traditorum predictorum denariorum et precio doli mali in factum actioni condicioni indebiti sine causa vel ob iniustam causam deceptioni tam ultra quam citra dimidiam iusti precii omniq[ue] remedio apellationis et supplicationis et omni alio auxilio et beneficio nove et veteris constitutionis epistule Divi Adriani et predictos denarios in se bene habere dixerunt tempore contractus pro quibus vero denariis et precio predicta Beatrix, presente dicto Alberto eius viro et consensiente, ac etiam ipse Albertus una cum dicta dona Beatrix et uterque eorum in solidum pro se et suis heredibus iure proprio in perpetuum pro libero et expedito alodio dederunt, cesserunt tradiderunt et vendiderunt dicto Alberto emptori pro se et suisque heredibus et successoribus recipienti duas pecias terre pradive iacentes in monte Fignoncli dicte valis et diocesis, prima quarum iacet in ora Valpaude cui coheret apud Ursium q. Petri de Saltaria, apud heredes q. Maynenti a Portis, apud Bartolomeum q. Nuorini de Moieto, apud heredes q. magistri Francisci sartoris de Orilio, secunda pecia terre pradive iacet in ora Barchi apud heredes q. Francischini q. suprascripti ser Rigolini apud Franciscum (?) a Valbusa de Rovredo, apud dictum Albertum emptorem, apud Iacobum a Busco de Orilio, apud Ugnele de Campolongo de Orilio, apud ser Betolum q. Maleopere de dicto loco Rovredi et forte apud alios, ad habendum, tenendum, possidendum et quidquid sibi et suis heredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum cum omnibus et singulis que infra predictos continentur confines vel alios si qui forent, cum accessibus et regressibus suis usque in vias publicas et cum omnibus et singulis que habent supra se vel infra se seu intra se in integrum omniq[ue] iure et actione usu seu requisitione eis ex dictis peciis terre venditis vel pro eis aut pro ipsis rebus modo aliquo pertinenti et si dictae pecie terre vendite plus dicto vel iusto precio nunc valent vel tempore aliquo valebunt de toto eo pluris fecerunt dicti dona Beatrix et Albertus iugales et uterque ipsorum in solidum donationem inter vivos in dictum Albertum emptorem una et plures et tot quod non valeat revocari irritari seu corrumpi aliqua ingratitudine vel offensa magna vel parva. Et quod sit in mensa et non sit in actis legitimis insinuata quas res dicti venditores se dicti emptoris nomine constituerunt possidere vel quasi donec dictus emptor vel alias eius nomine possessionem de dictis petiis terre acceperit corporalem, quam accipiendi deinceps licentiam omnimodam contulerunt et dederunt dicto emptori, promittentes dicti venditores uterque in solidum dicto emptori questionem de dictis petiis terre pradive ullo tempore non inferre nec inferenti consentire set dictas pecias terre venditas tam in proprietate quam in possessione dicto emptori et suis heredibus legitimate guarentare, defendere, autorizare et expedire ab omni parte et homine et predictam venditionem ac omnia singula suprascripta perpetuo firma rata habere tenere et observare et nullo modo contrafacere vel venire per se vel alium, aliqua ratione modo vel causa sub pena dupli dicti precii aut iusti precii vel estimationis dictarum peciarum terrarum venditarum vel boni cambii in consimili loco, habita ratione meliorationis que pro tempore fuerit, stipulacione promissa qua soluta vel non, rata maneant omnia et singula suprascripta. Item reficere sibi omnia et singula dampna et expensa litis et extra, renuncians insuper dicta Beatrix omnibus auxiliis senatusconsulti veleyani iuri ypotecharum et suarum docium ac etiam illi legi antique iurisdictionis posite in codice ad veleyanum et illi autentice *si qua mulier* nec non illi alterius

autentice sive ante, sive ab alio per me positis in eodem titulo codicis pro quibus omnibus et singulis suprascriptis dicta dona Beatrix et Albertus venditor renunciaverunt omni auxilio et beneficio legum, canonum, statutorum et omnium aliorum iurum quibus possent ipsi vel eorum alter facere vel venire renuentendo per expressum pactum et contracta facta ac si unaqueque lex, canon, statutum et consuetudo foret specialiter nominata et numerata, pro quibus omnibus singulis et universis suprascriptis atendendis et observandis dicti venditores in solidum obligarunt (propria) dicto emptori se et omnia eorum bona mobilia et immobilia presentia et futura et alia omnia que de generali obligatione tacite excipiuntur, que bona sic obligata pro dicto emptore se precario constituerunt possidere vel quasi.

Ego Benaduxius q, ser Delalbergi de Rovredo imperiali auctoritate notarius publicus interfui rogatus et scripsi.

4.

Casarza Ligure, 1349 ottobre 27.

Domenico Guiano da Casarsa dichiara di avere ricevuto dalla moglie Margherita della Valsugana già moglie di Antonio da Noano, la dote del valore di 60 lire genovesi consistente in vino e denaro e la assicura sui suoi beni.

In nomine Domini amen. Ego Dominicus de Guyano de Casarsa confiteor tibi Margarite de Valesugana filie quondam Iohannis, uxori quondam Anthonii de Noano et nunc uxori mee, me a te habuisse et recepisse pro dotibus tuis et patrimonio inter vinum et pecuniam libras sesaginta ianuenses de quibus voco me a te bene quietum et solutum. Renuncians exceptioni non habitarum librarium et vinum sive non numerate pecunie docium non receptarum et omni iuri per quod contra opponere possem de iure vel de facto, et facio tibi antescriptum sive donationem propter nupcias librarium sesaginta ianuenses ad habendum tenendum posidendum et quidquid inde volueris faciendum secundum morem et consuetudinem civitatis Ianue.

Quas dotes et antescriptum sive donationem propter nupcias volo esse salvas in omnibus bonis meis habitis et habendis sine omni mea et omniumque persone (?) contradictione, quas dotes et antescriptum sive donationem propter nupcias promitto tibi sive cui casus dederit dictas dotes restituendis reddere et restituere adveniente die et condictione docium restituendarum.

Alioquin pena dupli dictarum docium et antescripti tibi stipulanti dare promitto cum restitutione dapni et expensarum que propterea fierent. Ratis manentibus supradictis et promissa omnia bona mea habita et habenda tibi pignori obligo.

Actum potestaria Signori in vila Casarse in domo heredum quondam Michelini Corazari, anno dominice Nativitatis mcccxxxxviii inductione secunda die xxviii octobris circa horam terciam. Presentibus testibus ad hec specialiter vocatis et rogatis: Arcius de sancto Michaele de Casarsa quondam Gulielmi Capurei, Petrus de Curtimilia quondam Oberti Lesne habitator Casarse et Thomas Vegius de Noano quondam Vivaldi Vegii habitator Signori

S. N. Ego Symoninus de Amindola sacri imperii notarius rogatus scripsi.

5.

Padova, 1353 agosto 29.

Ios Roccabruna detto Mocino, agente anche a nome del fratello Federico e del nipote Gabriele fu Giordano, chiede al vescovo di Feltre il rinnovo dell'investitura di un

feudo antico consistente in tre quarti della decima che si riscuoteva sulle case e sui campi di Nogaré. Il vescovo la rinnova.

S. N. In Christi nomine amen. Anno a Nativitate eiusdem Domini millesimo tricentesimo quinquagesimo tercio, indictione sexta, die vigesimo nono augusti in civitate Padue in monasterio sancte Marie de Vancio subtus loziam de apud brolum, presentibus domino Redusio quondam domini Abriani de Perzino, domino Palamidesio filio quondam magistri Retrisii qui fuit de Padua, Vilio notario quondam domini Guilelmi de Rocha Bruna, Iohanne nepote domini episcopi infrascripti et aliis.

Adveniente nobili viro domino Jos dicto Muzino quondam domini Cabrielis de Rocha Bruna frater quondam domini Antonii et herede pro se et fratre suo Federico et nepote suo Cabriele quondam Zordani, petente humiliter et devote a reverendo in Christo Patre domino, domino Henrico Dei et apostolice sedis gratia feltrensis et bellunensis episcopo et comite, se investire debere ad rectum et reale feudum antiquum de tribus partibus decime ville de Nogaredo plebatus Perzini, diocesis feltrensis, de quibus quondam Antonius fuerat investitus per predecessorum suum pie memorie reverendum in Christo Patrem et dominum, dominum Gorziam ut constat publico instrumento scripto per quondam Victorem filium quondam Laurencii de Feltro notario ibi visso et lecto. Id circho praefatus dominus episcopus et comes audita dicta petitione sic iusta volens in bonis predecessorum suorum vestigium et acquisitum atque relictum sibi et ecclesie sue thesaurum incomparabilem, amicos videlicet et fideles vassalos, omni qua potest cura et solitudine conservare per se et suos successores, cum annulo aureo quem in manu tenebat, predictum Jos dictum Mozinum recipientem per se et nomine predictorum Federici et Cabrielis et eorum heredum de predictis tribus partibus decime tocius supradicte ville de Nogaredo et de omni iure percipiendi decimas tam domorum quam terrarum arativarum et prativarum dicte ville in monte et plano prout hactenus supradictus quondam Antonius extiterit investitus. Qua quidem investitura sic facta predictus Jos dictus Muzinus pro se et dictis Federico et Cabriele et suorum heredum promisit et corporaliter iuravit ad sancta Dei Evangelia, tactis Scripturis, ipsi domino episcopo suisque successoribus et episcopatu suo, fideles esse vassalos et nullatenus quod in detrimentum, periculum sive dampnum persone ipsius domini episcopi vel successorum ac bonorum et iurium dicti episcopatus verti posset per se vel alium aut alios aliquid contrectare vel modo aliquo machinari. Imo si quis hoc tentare vel procurare senserit quoquo modo, eidem domino episcopo, per se vel eorum nuncium, quam velocius poterit domino indicare et qualiter puram, veram et meram fidelitatem, eidem domino episcopo et suis successoribus reddere ac per omnia in posterum, quam quilibet verus, purus et fidelis vasalus suo vero domino reddere tenetur et debet, et prout in fidelitatis capitulo plenius continetur. Salvo semper iure et honore dicti domini episcopi et sui episcopatus et alterius cuiuscumque persone.

Ego Nicolaus de Albero de Feltro imperiali auctoritate notarius, scriba et officialis episcopalnis curie supradicte, predictis omnibus interfui et rogatus scripsi.

6.

Trento, 1354 ottobre 31.

Approvino di Approvino di Castelnuovo abitante a Trento, agendo anche a nome dei fratelli Sicco, Nicolò e Geremia, fa una locazione perpetua a Nicolò fu Michele da Vigalzano di un prato a Vigalzano, nel luogo detto Dessara, dietro il pagamento annuale di 4 staia di grano (due di silagine e due di milio) da effettuarsi ogni anno alla

festa di s. Michele.

S. N. In Christi nomine amen. Anno Nativitatis eiusdem Domini millesimo ccc 1 quarto, inductione vii, die veneris ultimo octobris. Tridenti in Contrata Burgi Novi in domo infrascriptorum locatorum, presentibus discretis viris Melchiore notario quandam ser Bartholamei, Conrado quandam Bartholomei dicto... , Petro quandam magistri Bernardini et Adelpreto filio quandam domini Adelpreti de Bellino et aliis testibus vocatis et specialiter rogatis.

Ibique discretus vir Aprovinus filius quandam domini Iohannis quandam Aprovini de Castronovo, civis et habitator Tridenti, pro se et tamquam curator et pro nomine suorum fratrum Xichi, Nicolai et Geremie ut de ipsius instrumento tutelle plenius patet quandam Aprovini patris ipsorum suprascriptorum manu Francisci notarii filii magistri Martini sartoris dicti de Avolano rogato, per se et heredes et nomine locationis, conductionis in perpetuum investiverunt Nicolaum quandam Michaelis de Vigalzano plebatus Perzini de una petia terre prative posita et iacente in pertinentiis Vigalzani in loco ubi dicitur alla Dessara, de supra heredes quandam ser Nicolay de Aldrigetis de Vigalzano, versus mane heredes quandam Gerardi de dicto loco, versus sero bona infrascriptorum locatorum et forte alii sunt confines, cum omnibus suis pertinentiis iuribus, rationibus et actionibus, et cum introitibus et exitibus suis, cum superioribus et inferioribus suis dicte petie terre modo aliquo pertinentibus. Ad habendum, tenendum et possidendum et quidquid sibi suisque heredibus deinceps perpetuo placuerit faciendum sine omni contradictione dictorum locatorum suorumque haeredum dando et solvendo predicto Nicolao conductor et sui heredes predictis dominis locatoribus et suis haeredibus omni anno in festo sancti Michaelis vel eius octava et Tridenti ad domum ipsorum habitationis presentando omnibus dicti Nicolai conductoris sumptibus et expensis de dicta petia terre quatuor staria bladi, videlicet duo staria siliginis et duo staria miley boni sichi et sasonati ad mensuram Tridenti fictus perpetualis et si predictus Nicolaus conductor vel sui heredes non solverint fictum dictum in primo anno indupletur, secundo anno similiter redupretur et si per triennium a solutione dicti cessaverit affictus, tunc cadat et cadere debeat ab omni suo iuri dicte locationis et rei locate et nihilominus fictus retenti et duplum super omnibus aliis suis bonis presentibus et futuris solvere teneatur. Et licitum sit dicto conductori et suis heredibus secundum ius vendere, donare, pignorare, obligare cuicunque voluerint excepto ecclesie, servo, famulo, potenti viro, locis religiosis vel talibus personis que dictum fictum impedit, hoc et suis heredibus, eo tamen salvo quod si predictus conductor vel sui heredes ius suum vendere voluerit, primo denunciare debeat suprascriptis dominis locatoribus vel suis heredibus et eis emere volentibus minori precio viginti solidorum denariorum parvorum dare debeat quam alii persone et si emere noluerint infra quadraginta dies proxime postquam eis denunciatum fuerit, vendat postmodum cui voluerit preter quam quod suprascriptis personis et locis exceptatis et dicti domini locatores vel sui heredes teneantur in alium emptorem confirmari habendo dicti domini locatores unam libram piperis pro omni nova confirmatione seu locatione in alium conductorem facta et nulla alia superimposita inter eos fieri debeat. Quam vero locationem predictam Aprovinus per se et tutorio nomine suprascripto et Blaxius locator promisit per se suosque heredes predicto Nicolao conductori pro se suisque heredibus stipulanti et recipienti defendere et varentare ab omni persona impediente, causa, ratione quatenus de predicto.....in poena dupli damnorum predicte rei locate sicuti pro tempore fuerit meliorata aut plus valuerit in laudem et extimationem bonorum (hominum) vel in simili loco sub

obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum, dando dicto conductori verbum et auctoritatem intrandi tenutam et corporalem possessionem sua propria auctoritate quandocumque voluerit predictam petiam terre arativam. Namque promiserunt predicti locatores eidem Nicolao conductori quod tocienscumque predicti eorum fratres erunt in legitima etate procurabunt et facient ipsos ad omnia et singula suprascripta et ratificare et approbare ac confirmare dummodo per dictum Nicolaum et ipsius heredes fuerint requisiti. Insuper quia suprascriptus Blaxius locator minor erat XXV annorum maior tamen XIII iuravit corporaliter tactis Scripturis ad sancta Dei Evangelia non contravenire omnibus et singulis suprascriptis causa minoris etatis vel alia quacumque ratione vel causa sub dicta obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum.

Eo die loco et suprascriptis testibus. Ibidem honesta domina Billa mater suprascriptorum omnium locatorum et heredum suprascripti domini Iohannis de Castro Novo patris etiam suprascriptorum locatorum, laudavit, confirmavit et consensit et approbavit omnibus et singulis suprascriptis per dictos eius filios factis et dictis et promisit perpetuo firmum et ratum habere sub obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum renuntians auxilio Senatusconsultus veleyani occasione suarum dotium et omni alii iuri etc.

Item die lune tertio mensis novembbris Tridenti in contrata Cantoni aut stationem Iacobi apothecarii de Padua, presentibus Nicolao suprascripto quondam magistri Oluradini de Tridente et Gundenesso quondam Barthoilomei de Roveredo habitatore Tridenti et aliis testibus.

Ibique Michael suprascriptus quondam ser Geremie de Castronovo consanguineus suprascriptorum locatorum laudavit, confirmavit, consentivit et approbavit et omnibus et singulis suprascriptis per dictos eius consanguineos factis et dictis et promissis perpetuo firmum et ratum habere et non contravenire, namque et minor erat etate XXV annorum maior tamen XIII iuravit corporaliter tactis Scripturis ad sancta dei Evangelia omnibus et singulis suprascriptis ut dictum est numquam contavenire causa minori etatis vel alia quacumque ratione vel causa de iure vel de facto sub ypoteca et obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum.

Ego Petrus filius quondam domini Francisci de Clesio tridentine diocesis civis et habitator Tridenti imperiali auctoritate notarius hiis hiis omnibus suprascriptis interfui et requisitus me subscripsi meumque signum apposui consuetum et cetera.

7.

Bossico (BG), 1428 novembre 5.

Giovannino fu Florio Masini da Bossico fa il suo testamento lasciando due terzi dei suoi beni ai nipoti Giovannino e Viannino fu Adamo Masini da Bossico che abitavano a Trento e un terzo a Facchino Masini da Bossico. Lascia anche alcuni legati.

In Christi nomine amen. Quia inter omnes alias virtutes prudencia suma virtus merito nuncupatur et qui insuper speris sibi providet sapiens reputatur et multo magis sapientior qui sibi in adversis et in redempcionem anime sue providere festinat et quia nichil est cercius morte et nichil est incercius hora mortis. Ideo quia providus vir Iohanninus filius quondam Florii de Macinis de Boesicho eger corporis sed tamen bone, sane mentis et memorie per Deyi graciā existens, sed timens dictum periculum mortis evenire quam mortem nemo potest evitare,

Ego idem Iohanninus volens suum ultimum condere testamentum et in ipso suo

ultimo testamento saluti anime sie providere et eius bona et res disponere et lagare, disposit et lagavit secundum et prout que inferius per ordinem et de capitulo in capitulum declarabitur.

Imprimis enim et salvis semper predictis et infrascriptis instituit sibi et bonis et rebus suis tam mobilibus quam immobilibus, iuribus et nominibus terris et possessionibus presentibus et futuris, heredes et successores universalles Iohanninum et Vianninum fratres et filios quondam Adami de Macinis de Boesicho et habitatores civitatis Tridenti et quilibet eorum equalibus portionibus pro duabus partibus tamen parcium, facta et fienda dimissione in tribus partibus tamen tocius hereditatis et successionis suprascripti Iohannis testatoris et Fachinum filium quondam Todeschi de suprascriptis Macinis de Boesicho pro reliqua tercia parte suprascripte hereditatis et successionis ut supra in casu quod ipse Fachinus vel eius heres aut successores requirat sive requirant ipsam terciam partem suprascripte hereditatis et veniat sive veniant ad acceptatandam ipsam terciam partem dicte hereditatis et salvis semper predictis et infrascriptis.

Item dixit, voluit, iussit, statuit et ordinavit quod si casus contigerit ipsum Fachinum aut eius heres vel successores non requirere ipsam terciam partem dicte hereditatis et non venire ac acceptandum ipsam terciam partem dicte hereditatis, tunc et eo casu suprascriptos Iohanninum et Vianninum fratres et heredes pro alliis duabus partibus suprascripte hereditatis et successionis uterque et quilibet eorum equalibus porcionibus sive partibus succedant et succedere debeant suprascripte hereditati et successioni secundum Iohannini testatoris intentum, salvis semper et reservatis predictis et infrascriptis iudicatis et lagatis per ipsum Iohannem testatorem.

Item salvis semper predictis et infrascriptis ipse Iohanninus testator dixit, voluit, iussit, statuit et ordinavit ac iudicavit et lagavit in remedio anime sue et iure Institutionis Bertulino filio quondam Tonini olim Urigini de Macinis predictis de Boesicho unam peciam terre aratoriam iacentem in territorio de Boesicho ibi ubi dicitur In Ulivito cum suis choerenciis, et unam alliam peciam terre aratoriam iacentem in suprascripto territorio de Boesicho ibi ubi dicitur In Canevalum de Circularia (?), cum suis choerenciis et alliam peciam terre aratoriam iacentem in suprascripto territorio de Boesicho ibi ubi dicitur ad Puteum cum suis choerenciis, et unam alliam peciam terre et cum curtivo se eam tenentem existentem in villa de Boesicho in quodam curtivo suprascripti Bertulini, cui pecie terre brigate et curtuinate choret a mane via.

Item salvis semper predictis et infrascriptis in remedio anime sue iudicavit et lagavit Donnino filio quondam Iohannis dicti Mayane de Muzanis de Boesicho et heredibus Martini filii quondam suprascripti Mayane unam peciam terre aratoriam et prativam iacentem in suprascripto territorio de Boesicho, ibi ubi dicitur ad Dossum cum suis choerenciis videlicet Tonino medietatem et suprascriptis heredibus suprascripti Martini alliam medietatem suprascripte pecie terre et cum suis choerenciis,

Item salvis semper predictis et infrascriptis in remedio anime sue iudicavit et lagavit suprascripto Tonino Mayane unum canevalum iacentem in territorio de Boesicho ibi ubi dicitur In Segorta cum suis choerenciis.

Item salvis semper predictis et infrascriptis et in remedio anime sue iudicavit et lagavit suprascriptis heredibus suprascripti Martini olim suprascripti Mayane de Boesicho unam peciam terre aratoriam iacentem in infrascripto territorio ibi ubi dicitur ad Calsoneram cum suis choerenciis.

Item salvis semper predictis et infrascriptis dixit, voluit, iussit, statuit et ordinavit ac iudicavit et lagavit Comino dicto Sclavo de Isoleris de Boesicho unam peciam terre

et cum curtivo secum tenentem iacentem in villa de Boesicho in curtivo suprascripti Sclavi et cum suis choerenciis et hoc in remedio anime ipsius testatoris.

Item salvis semper predictis et infrascriptis iudicavit et lagavit ecclesie divi sancti Petri de Boesicho soldos viginti... qui debeant exbursari per suprascriptos heredes institutos sive per tutores eorum pro parte solvit unum planetum si quo tempore emi contigerit pro ipsa ecclesia et hoc in remedio anime ipsius testatoris.

Item salvis semper predictis et infrascriptis in remedio anime sue iudicavit et lagavit suprascripte ecclesie divi sancti Petri de Boesicho unum cirium valoris soldorum sedecim... pro illuminaro sacrificium quando celebrabitur in ipsa ecclesia.

Item salvis semper predictis et infrascriptis iudicavit et lagavit pauperibus de Boesicho quattrinos duos frumenti et penseos duos salis quod et qui distribuatur inter ipsos pauperes per infrascriptos heredes institutos sive per tutores hereditatis in remedio anime ipsius testatoris.

Item salvis semper predictis et infrascriptis iudicavit et lagavit Romelino filio quondam Bertellii de Fregabigolis de Lune libras sedecim.... et caneziunum unum pomi sibi dandas et solvendas per ipsos heredes institutos ut supra, vel per tutores eorum tamquam de bonis et rebus que relinquntur per ipsum Iohanninum testatorem, in bonis et hereditatis suis tempore eius mortis et in remedio anime ipsius testatoris.

Item iudicavit et lagavit Begine uxori quondam Mayane de Boesicho unum ctozum tamquam de bonis ipsius testatoris et in remedio anime sue.

Item salvis semper predictis et infrascriptis dixit, voluit, iussit, statuit, ordinavit et instituit Doninum filium quondam Mayane de Mazanis de Boesicho et Bertulum filium quondam Tonini olim Urigini de Macinis predictis de Boesicho et quilibet eorum in solidum sub et cum infrascriptis pactis et..... et cumque eorum semper salvis et reservatis tutores et legiptimos administratores generaliter suprascriptis heredibus institutis ut supra et hereditati et successioni predictis et bonis et rebus que relinquitur per ipsum testatorem Iohannis et hereditatis suis tempore eius mortis que debeant regere et gubernare ipsam hereditatem et lagata et secundum et prout per ipsum testatorem iudicata et lagata suprascripta et hoc usque quo ipsi heredes instituti ut supra venerunt ad acceptandam ipsam hereditatem et ultra si ipsis heredibus institutis ut supra videbitur et placuerit et etiam quod ipsi tutores constituti ut supra teneantur et debeant reddere bonam rationem suprascriptis heredibus institutis ut supra de omni eo toto in integrum quod ad eorum manus pervenerit de bonis et rebus ipsius hereditatis.

Item salvis semper predictis et infrascriptis dixit, voluit, iussit et ordinavit quod si contingit ipsos heredes institutos ut supra et quemlibet vel aliquem eorum aliquo tempore vele afictare vel vendere bona et res ipsius hereditatis et successionis vel partem vel particulam eorum tunc et eo casu teneantur afictare et vendere prout eveniet suprascripto Bertulino tutori ut supra in laudem amicorum comunium minori precio quam alteri persone si ipse Bertulinus conducere et emere voluerit ab eis vel aliis eorum.

Item salvis semper predictis et infrascriptis dixit, voluit, iussit, statuit et ordinavit hoc purus testamentum esse debere suum ultimum tetamentum et quod valere et tenere debere iure testamenti et si non valeret nec teneretur iure testamenti quod valeat et teneat et valere et tenere debeat iure sue ultime voluntatis et disposicionis causa mortis et omni alio modo, via, iure et forma quibus omnia predicta et quodque eorum melius valere et tenere potest et poterit.

Actum fuit hoc die quinto mensis novembris millesimo quattrecentesimo vigesimo octavo sexta inductione in territorio de Boesicho in quodam campo iuris Sclavi de

Boesicho in contrata ubi dicitur In Segorta, presentibus Comino Tadioli, Fachino Arigoti, Tadiolo filio quondam Iohannis olim Simonis omnibus tribus de Sue Facho et Bento canum omnibus de Bonadictiis de Boesicho Sclavo suprascripto de Isoleris et Rogerio de Bazchis de Boesicho omnibus testibus notis et ad hec vocatis et rogatis et asserentibus se cognoscere suprascriptum Iohanninum testatorem et me Francischinum notarium infrascriptum et idem testator rogavit me notarium infrascriptum infrascriptorum omnem testamentum..... de predictis omnibus publicum confidere debere instrumentum unum et plura semel et pluriores et de capitulo in capitulum prout evenerit et mihi notario videbitur et placuerit non mutando sensum nec materiam.

S. N. Ego Franceschinus Iohannis de Capitaneis de Suere notarius publicus et pretor predictis omnibus interfui et rogatus scripsi.

8.

Trento, 1440 marzo 12.

Arbitrato fatto a Trento nel sobborgo di s. Martino relativo ad un'eredità ab intestato di Odorico dalle Falci.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quatringentesimo quadragesimo inductione tertia, die sabati duodecimo mensis marci in suburbio sancti Martini de Tridente in via publica ante domum habitationis Iohannini Adami textoris infrascripti ad quandam stationem ibidem presentibus Ianesso de sancto Michaelae Formento notario de Fundo, magistro Odorico de Murio, Andrea Ianessolo de... omnibus istis habitatoribus in Tridente magistro Iohanne de... de Vezano, Bartholomeo Foramigeta et Antonio Mureta de dicto suburbio sancti Martini testibus et alliis pluribus vocatis et rogatis.

Ibidem narratum et expressum fuit per me notarium infrascriptum coram testibus supranominatis, quantum per nobilles et egregios viros dominum Petrum requirentem mihi de.... everendissimi domini domini Alexandri miseratione divina... aquilionensis ecclesie patriarche commedatarii episcopatus tridentini ducisque Mazovie etc., dominum Antonium legum doctorem de Fusis de Terlaco, dominum Iohannem Contum notarium eius fratrem et magistrum Iohan1nem de Vezano tamquam arbitros arbitratores amicabiles compositores electos per Petrum.... videlicet per ser Henricum quondam... e Bamburg

yhs

9.

Verona, 1452 aprile 18.

Andrea fu mastro Michele Pellipario fa il suo testamento nel quale fa un legato a favore del convento di s. Bernardino di Verona: lascia una una somma di denaro per l'acquisto di una Bibbia, di un breviario e di panno per essere vestito alla sua morte col saio francescano.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo, inductione quintadecima, die martis decimo octavo mensis aprilis. Verone in contrata sancti Thome in stacione Francisci de Balzanis infrascripti. Presentibus ipso Francisco quondam ser Ottolini de Balzanis Paulo Andrea eius filio ambobus de dicta contrata, Chalapino filio ser Bonaventure de Chalapinis filio quondam

ser Iohannis ambobus de Tridento, Melchiore quondam Antonii de Benagiis pergamensi habitatore Verone in contrata sancti Georgii, Angelo filio ser Petri de Sparaveriis de Braide Verone omnibus sex asserentibus testatorem infrascriptum cognoscere, Benecha quondam domini Graciani de Pindemontibus de Sancto Petro Incarnario Verone, magistro Iacobo merescalcho quondam magistri Bertrami de sancto Thoma predicto atque Iacobo notario de Albaro filio ser Antonii de Albertinis de Sancto Paulo Verone rogato insolidum cum me notario infrascripto scribere et subscribere prout inferius, omnibus testibus rogatis ad hec et specialiter convocatis et pro ydoneis et notis adhibitis.

Cum corpus sanitatem viget, mens interior in semetipsa collecta pleniori utitur ratione quia non cogitur id cogitare quod dolet, unde tunc ultime voluntatis inditium in quo tranquille mentis rationis usus exigitur, salubrius providetur.

Quocircha Andreas quondam magistri Michaelis Peliparii de Tridento amore divino inspiratus ac affectans professionem facere et postmodum in religione fratrum obsevantie Sancti Francisci intrare, sanus corpore ac mente et intellectu per gratiam Domini Nostri Yhesu (yhu) Christi. Condiderans de cotidie morti appropinquare, quanil certius, hora vero nil incertius, volens itaque de de (sic) bonis et rebus suis taliter disponere, ne eorum occasione lis aliqua vel discordia inter posteros suos oriatur vel oriri possit, dispositionem universorum bonorum suorum, per presens nuncupativum testamentum sine scriptis fecit et facere procuravit, modo et forma subnotatis.

In primis quidem animam suam omnipotenti Deo eiusque Genitrici et gloriose Virgini Matri Marie, totique celesti curie triumphanti devote recomendavit. Sepulturam vero corporis sui quando ipsum de hoc seculo migrare contingerit seppeliri mandavit ubi dictum suum corpus mortuum sic repperiretur.

Item reliquit et legavit ac voluit, iussit et ordinavit dictus testator quod per infrascriptos suos fideicommissarios vendantur et vendi debeant infrascripte petie terrarum et precium sive precia earum, quod sive que habebuntur et percipientur ex ipsis et ad manus ipsorum infrascriptorum comissariorum pervenerit seu pervenerint, distribuantur sive distribuatur per dictos infrascriptos comissarios ut inferius. Videlicet

Primo in una Bibbia valoris usque ad summam ducatorum quadraginta auri et in uno Breviario valoris usque ad summam ducatorum triginta auri dandis et consignandis per infrascriptos suos comissarios conventui ecclesie fratrum observantie Sancti Francisci de Archarupta posite extra Veronam amore Dey. Necnon in tanto panno beretino et aliis necessariis pro vestitu persone ipsius testatoris secundum habitum dictorum fratrum observantie Sancti Francisci valoris et usque ad summam ducatorum novem auri. Restum vero quod supererit de dictis infrascriptis petiis terrarum voluit et ordinavit dictus testator distribui et dispensari debere per dictos infrascriptos suos comissarios in ecclisia fabricanda sive fabrica ipsius ecclisia fabricande extra civitatem Tridenti in loco ubi dicitur ad Glaras, super Sanctam Crucem, sive in alia contrata dicte civitatis Tridenti, intitulande ad honorem Dei et sancti Bernardini. Et in casu quo dicta ecclisia non fabricaretur ut supra tunc voluit et ordinavit dictus testator quod dictum restum precii, sive preciorum dictarum infrascriptarum petiarum terrarum deveniat ac devenire debeat in infrascriptos suos heredes universales amore Dei et in remissione suorum peccatorum.

Petie autem terrarum vendende de quibus supra fit mentio sunt hec, vielicet.

Primo una petia terre casalive cum domo murata copata et solerata cum una canipa. Iacens Tridenti in contrata Sancti Petri prope puteum cui choeret de tribus partibus via communis et de quarta dictus testator et eius fratres.

Item una petia terre casalive cum domo murata copata et solerata cum una stupa et cum uno torculari a vino iacens Tridenti in ora Cantonii, cui choeret de una parte Christophorus frater dicti testatoris, de alia heredes quondam Nicolay a Cantono, de alia via communis et de alia heredes quondam Antonii de Seregiano. Et illi qui alii sunt veriores confines dictis petiis terrarum et utrique earum. Reservato infrascripte domine Masentie ipsius testatoris privigne omni et quolibet suo iure si quod habet in dicta petia terre. Et illa pars que sibi testatori spectata de illis petiis terrarum quas de Civezano districtus Tridenti tenet nomine ipsius testatoris et fratrum suorum et pro quibus solvit ipsis fratribus, iure livelli, dimidium plastrum vini ad mensuram Tridenti omni anno.

Item illa pars unius stalli dicti testatoris iacentis ut supra, in contrata de Orbis, cui toti choeret de una parte heredes quondam Iorii Cramar, de alia via communis et de alia magister Antonius Pelliparius. Et si qui alii. Salvo semper iure in pensionibus debendis ecclesie sancti Vilii de Tidento cui solvit et debetur omni anno de livello grosetos vigintiquatuor de Tridente.

Item reliquit et legavit dictus testator Sigismundo eius fratri et filio quondam dicti magistri Michaelis Pelliparii omnem illam partem que sibi testatori spectat et pertinet ac spectare et pertinere posset de dote done Chaterine quondam dicti testatoris matris, que dos prout ibidem asseruit dictus testator, fuit et est ducati centumsexaginta auri, ea tamen condicione et lege fecit dictus testator dictum legatum cum hoc quod dictus Sigismundus frater suus teneatur et debeat dare et solvere nomine ipsius testatoris done Masencie pro parte ipsi testatori spectante de dote dicte done Masencie.

In quibus sic ut supra legatis dictus testator dictum Sigismundum fratrem suum sibi heredem instituit, volens, iubens et madans ipse testator dictum fratrem suum esse et esse debere tacitum et contentum de omni iure et actione, ac de omni et toto quod petere et requirere posset et vellet de bonis et hereditate ipsius testatoris de et occasione paterne successionis trabelianice et falcidie aut alia quacumque ratione, nomine, modo seu causa.

Item reliquit et legavit dictus testator Christophoro fratri suo et filio quondam dicti Michaelis Peliparii dimidię pro indiviso unius petie terre casalive cum domo murata copata et solerata cun una stupa et uno orto iacentem Tridenti in ora Sancti Marci cui choeret de una parte via communis, de aliis

Reliqua vero dimidia pro indiviso dicte petie terre spectat et pertinet dicto Christophoro legatario ut dictus testator ibidem asseruit. In quibus sic ut supra legatis dictus testator dictum fratrem suum sibi heredem instituit, volens, iubens et mandans ipse testator dictum fratrem suum fratrem esse et esse debere tacitum et contentum de et pro omni et toto eo quod petere et requirere posset et vellet de bonis et hereditate ipsius testatoris de et occasione paterne successionis, trabelianice et falcidie, aut alia quacumque ratione, iure, modo seu causa.

Suos autem comissarios et huius sui testamenti et presentis sue ultime voluntatis executores ellegit et esse voluit egregium virum dominum Bonaventuram de Calapinis absentem de Tridente et prudentem virum Fricium quondam domini Donati de Roveredo civem et habitatorem dicte civitatis presentem et acceptantem. Et si alter eorum premoreretur vel absens esset aut certa ratione impeditus aut nollet vel non posset interesse ad predicta exequenda tunc volens vivens potens et presens exequatur hanc suam presentem ultimam voluntatem, dans et attribuens eis plenam et omnimodam potestatem et mandatum agendi et exercendi actiones suas necnon plenum liberum generale et spetale mandatum cum plena, libera, generali et spetiali administratione, auctoritate, potestate et bailia in predictis et circha predicta et quolibet predicorum et in

connexis emergentibus et dependentibus ab eiisdem et durioris cause et etiam in his que mandatum exigeret, magis spetiale, ita quod vendere, cedere, transferre et mandare debeant, possint et valeant et suprascriptas petias terrarum vendendas ut supra cum et quilibet et pro precio et preciis que sibi videbuntur precia recipere et habuisse et habuisse et recepisse confiteri cum renuntuatione non numerate pecunie et huiusmodi venditiones et alienationes perficere cum donatione pluris quod valerent ultra precia, iurium et actionum cessione et translatione, constitutione procurarie et positione in locum vis et esse dicte hereditatis traditione possessionis, civiliter aut de facto et promissione de legitima defensione a quocumque cum ratione impidente omnibus expensis hereditatis ipsius testatoris et ea emptoribus obligare et omnia et singula suprascripta per dictum testatorem relicta et ordinata executioni mandare, quanto celerius fieri poterit et maxime infra annum secuturum hanc presentem ultimam voluntatem et generaliter omnia alia et singula dicere facere et exercere que ipse testator posset, committens eis totaliter vices suas eosque procuratores suos constituens inrevocabiliter.

In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus, iuribus et actionibus et debitorum nominibus tam presentibus quam futuris ubicumque sint et esse reperirentur eidem testatori spectantibus et pertinentibus, venerabilem domum sancte Pietatis et misericordie intitulatam domus Dey et Batutorum laicorum Tridenti quam sibi universalem heredem instituit, iussit et esse voluit. Et hanc asseruit et declaravit dictus testator suam esse et esse velle ultimam voluntatem et bonorum suorum ultimam dispositionem, quam valere et tenere voluit, iussit et mandavit iure testamenti nuncupativi, quod si iure testamenti non valet seu non valebit aut valere desineret in futurum occaxione alicuius partitionis seu solenitatis omisso aut alia quacumque ratione, iure, modo seu causa, tunc voluit, iussit et mandavit iure codicillorum valere et tenere, quod si iure codicillorum non valet, seu non valebit, aut valere desineret in futurum occaxione alicuius solenitatis omisso, seu aliaqua quacumque ratione, iure, modo seu causa, tunc voluit, iussit atque mandavit ipsam valere et tenere iure donationis causa mortis et cuiuscumque alterius ultime voluntatis, et omnibus melioribus modo, via, iure, forma et causa quibus melius fieri potest et poterit in futurum. Cassans, revocans et annullans dictus testator quodlibet aliud suum testamentum et quamlibet aliam eius ultimam voluntatem tam in scriptis quam nuncupative conditam, etiam si in ea continerentur aliqua verba derogatoria, de quibus dixit non recordari et omnino penitere et si recordaretur de eis hic expressam faceret mentionem. Nam cuiuscumque posterioris sue alterius ultime voluntatis et quocumque verborum suorum derogatoriorum dictus testator asseruit se expresse penitere et expresse penituit, et hanc presentem suam ultimam voluntatem ceteris aliis prevalere et ab omni herede et successore suo inviolabiliter observari debere voluit, iussit atque mandavit dictus testator. Rogavit namque dictus testator ore suo proprio omnes testes suprascriptos sic ut asseruit notos ut supra et ipsum testatorem cognoscentes ut asseruerunt, ut testes et memores esse deberent huius sui testamenti et huius sue presentis ultime voluntatis, et me notarium infrascriptum et Iacobum notarium del Albaro suprascriptum et utrumque nostrum, unum videlicet nostrum scribere et in publicam et autenticam formam reducere et alterum se subscribere tociens quociens opus fuerit ad firmitatem et robur omnium et singulorum suprascriptorum secundum formam iuris et Statuti communis Veronae (sic).

Ego Iacobus de Sermiono quondam ser Francisci de Redonibus de Sancta Maria ad Fractam Verone publicus imperiali auctoritate notarius ac iudex ordinarius predictis omnibus affui et rogatus a suprascripto testatore que dum sic ut supra disponeret sane

mentis et intellectus ut supra, ea publice scripsi.

S. N. Ego (Iacobus) filius ser Antonii de Albertinis de Lalbaro de sancto Paulo Verone publicus impriali auctoritate notarius predictis interfui et rogatus a dicto testatore ut supra que dum sic ut supra disposeret sane mentis et intellectus esse perpendi me fideliter subscripsi signumque meum tabellionatus in principio huius mee subscriptionis apposui consuetum ad firmitatem et robur omnium et singulorum suprascriptorum.

10.

Trento, 1452 aprile 22.

I Battuti laici di Trento donano un terreno alle Ghiae subtus Mesianum fuori porta s. Croce a Trento, per la fabbrica del convento di s. Bernardino.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadragecentessimo quinquagesimo secundo, indictione quintadecima, die sabati vigessimo secundo mensis aprilis, Tridenti in contrata Macelorum magnorum ante domum nobilis et sapientis viri domini Iohannis Conti de Fatis de Trilaco civis et habitatoris Tridenti, presentibus egregio et preclaro legum doctore domino Antonio de Fatis et ipso domino Iohanne Conto, egregio et preclaro artium et medicine doctore magistro Armano filio quondam (*spazio bianco*) de Feltro, Victore quondam ser Augustini de Feltro, Luchino quondam ser Iacobi de Medullis de Gargnano, Antonio notario quondam ser Gotmanini de Brezio vallis Annanii diocesis tridentine omnibus civibus et habitatoribus Tridenti testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis.

Ibique nobilis et egregius vir ser Bonaventura filius quondam nobilis et egregii viri ser Marci de Calapinis tamquam magister sive minister domus Dei fraternitatis dissipline et consorci fratum Batutorum laicorum de Tridente et magister Uricius a Vaginis filius quondam ser Donati de Rouredo tamquam sindicus et sindacario nomine dicte domus Dei et consorci dissipline predicte predictorum fratum Batutorum laicorum de Tridente tamquam Christi pauperum per se et eorum successores et de consensu et voluntate hominum personarum et consorci fratum dicte discipline et consorci Batutorum de Tridente per se et suorum successorum intuitu pietatis et misericordie sponte et ex certa sciencia et animo sincero dederunt et tradiderunt, cesserunt et donaverunt titulo et nomine donationis mere pure et simplicis donationis inrevocabilis que dicitur inter vivos que donatio ulla ingratitudine vel offensa revocari non possit sive alia quacunque ratione vel causa et revocari non possit monasterio regule et conventui venerabilium et religiosorum fratum nuncupatorum observancie sancti Francisci et michi Gratiadeo notario infrascripto tamquam publice persone vice et nomine eorum et eorum successorum stipulanti et nominatim unam peciam terre prativam et vineatam duorum plodiorum vel circa sitam in pertinenciis Tridenti extra portam sancte Crucis in loco ubi dicitur ad Glaras subtus Mesianum apud hos ut dixerunt confines: apud Glaram et apud heredes quondam magistri Iohannis barberii mediante Rugia et apud iura illustrissimi principis Tridenti domini Sigismundi Dei gracia ducis Austrie, Stirie, Charinthie et Carniole comitisque Tirolis et ecclesie ac civitatis Tridenti et pertinentiarum defensoris et advocati ac in temporalibus domini et apud viam publicam de subtus et forte apud alios veriores confines, eo modo et intencione ut in ea pecia terre fiat et edificetur unum monasterium in honorem beati Bernardini. Ad habendum, tenendum et possidendum et in ea pecia terre monasterium beati Bernardini edificandum et construendum et quidquid ipsi monasterio regule et

conventui dictorum fratrum et eorum successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum cum omnibus et singulis que infra predictos continentur confines vel alios si qui forent, accessibus et egressibus suis usque in vias publicas, et cum omnibus et singulis que dicta res donata habet super se, supra se vel infra se seu intra se in integrum omnique iure et accione, usu seu requisitione sibi extra re vel pro ea re aut ipsi rei modo aliquo pertinente. Quam rem donatam predicti ser Bonaventura et magister Uricius dictis nominibus donationis se ipsius monasterii regule et conventui dictorum fratrum constituerunt precario nomine possidere donec ipsum monasterium regula et conventus dictorum fratrum ipsius rei possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi sua propria auctoritate et retinendi deinceps eis licentiam omnimodam contulerunt atque dederunt. Et promiserunt predicti ser Bonaventura et magister Uricius donatores dictis nominibus per se et eorum successores michi Graciadeo notario infrascripto vice et nomine quibus supra stipulanti et recipienti predictam donationem et omnia et singula suprascripta perpetuo firma et rata habere et tenere et non contrafacere vel venire per se vel per alios aliqua ratione causa vel ingenio de iure vel de facto neque ipsam donationem occasione alicuius ingratitudinis iniurie vel offense magne vel parve aut alicuius alterius racionis vel cause revocari vel restituendi facere sub pena refectionis dampnorum expensarum ac interesse litis et extra et sub obligatione omnium bonorum dicte dissipline et consorciis dictorum fratrum domus Dei presentium et futurorum et pena soluta vel non, predicta omnia et singula firma perdurent.

Ego Gratiadeus publicus imperiali auctoritate notarius filius quondam ser Antonii de Castelo de Trilaco diocesis tridentine civis et habitator Tridenti predictis omnibus et singulis presens interfui et rogatus scripsi et meo signo et nomine roboravi.

S. N. Ego Christophorus publicus imperiali auctoritate notarius filius ser Marci de Marchetis de Cadeno civis et habitator Tridenti ex licencia et auctoritate michi datis et concessis per magnificum et generosum militem dominum Christophorum Lanfranchinum de Verona honorabilem potestatem civitatis Tridenti pro reverendissimo in Christo Patre et domino domino Georgio Dei et apostolice sedis gratia episcopo et domino Tridentino in temporalibus dignissimo et benemerito etc. relevandi et conscribendi exemplandi et in publicam formam reddigendi rogaciones abbreviaturas notas continuas scriptas per quondam nobilem virum ser Gratiadeum notarium de Castelo de Trilaco olim civem et habitatorem Tridenti sacerum meum prout de huiusmodi licencia et auctoritate michi datis et concessis ut supra constat publico instrumento scripto et notato manu Antonii notarii de Facinis de Padua civis et habitatoris Tridenti, hoc suprascriptum instrumentum donacionis per me scriptum, transcriptum et exemplatum de continuis vivis et non canzelatis notis quondam ser Gratiadei notarii prout in ipsius continuis vivis et non canzelatis inveni ita fideliter et per ordinem sumpsi transcripsi et in hanc publicam formam reddegi nil addens vel minuens quod sensum varient vel sententiam mutet nisi forte punctum literam vel silabam. In quorum fide et testimonium hic ante hanc meam subscriptionem apposui consuetum signum mei tabellionatus officii.

11.

Roma, 1452 giugno 17

Bolla del papa Nicolò V con cui conferma la costruzione del convento dell'Osservanza di s. Bernardino di Trento.

Nicolaus episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filiis Vicario et universis fratribus Ordinis Fratrum Minorum de observantia Provincie sancti Antonii secundum morem dicti Ordinis salutem et apostolicam benedictionem.

Sacre religionis observantia subque mundanis abdicatis illecebris devotum et sedulum impenditis Altissimo famulatum promeretur ut votis vestris illis presertim illis presertim (sic) que divini cultus augmentum et religionis propagationem respiciunt favorabiliter annuamus votum ea que propterea pie facta comperimus ut illibata persistant apostolico munimine solidemus. Sane pro parte vestra nobis nuper exhibita petitio continebat quod olim dilecti filii magister seu minister ac confratres domus Dei fraternitatis discipline et consortii batutorum nuncupate laici tridentini ob singularem quem ad Ordinem nostrum et illius professores sub eius regulari observantia degentes propter divini verbi predicationem et doctrinam ac exemplarem vitam eorumdem gerunt devotionis affectum quandam petiam terre prativam et vineatam duorum prediorum vel circa extra portam Sancte Crucis civitatis Tridentine consistentem et ad ipsos ministrum et confratres tunc legitime pertinentem pro fundatione et constructione unius domus cum ecclesia et necessariis officinis ad laudem omnipotentis Dei et in honorem ac sub vocabulo gloriosissimi confessoris sancti Bernardini pro usu et habitatione perpetuis aliquorum fratrum dicti Ordinis vobis perpetuo donarunt tradiderunt et concesserunt prout in quodam instrumento desuper confecto plenius continetur. Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum ut donationi traditioni et concessioni praefatis ac omnibus et singulis in dicto instrumento contentis et inde securis pro eorum subsistentia firmiori robur apostolice confirmationis adiicere et alias super hiis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur qui cultum divinum et religionem eosdem nostris potissime temporibus vigere et augeri intensis desideriis affectamus huiusmodi supplicationibus inclinati, donationem traditionem et concessionem predictas ac in instrumento contenta et inde secuta huiusmodi auctoritate apostolica tenore presentium confirmantes et approbantes supplentesque omnes defectus si qui forsan intervenerint in eisdem vobis ut in dicta petia terre seu apud illam domum cum ecclesia, campanili, campanis, cimiterio, claustro, dormitorio, reectorio, ortis ortalitiis et aliis necessariis officinis pro usu et habitatione perpetuis aliquorum fratrum huiusmodi inibi sub dicta observantia viventium erigendi, construendi et edificandi vobisque ac eisdem fratribus ipsam domum recipiendi ac perpetuo retinendi et inhabitandi diocesani loci et cuiuslibet alterius licentia super hoc minime requisita, iure tamen parochialium ecclesiarum et cuiuscumque alterius in omnibus semper salvo plenam et liberam auctoritate apostolica tenore presentium licentiam elargimur. Et nichilominus universis et singulis dicti Ordinis fratribus in eadem domo sub observantia huiusmodi pro tempore degentibus cum omnibus et singulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, gratis praefato Ordini et aliis illius domibus locis et personis per sedem apostolicam vel alias in genere vel in specie quomodolibet concessis ac imposterum forsan concedendis uti et gaudere libere et licite valeant eadem auctoritate concedimus et etiam indulgemus. Non obstantibus felicis recordationis Bonifatii pape VIII predecessoris nostri prohibente (sic) ne fratres ne fratres ordinis mendicantium in aliqua civitate, villa seu aliquo castro vel loco domos vel loca de novo recipere presumant absque sedis apostolice predicte licentia spetiali faciente plenam et expressam de prohibitione huiusmodi mentionem et aliis Constitutionibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis, approbationis, supplicationis, elargitionis et concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc

attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Rome apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis dominice Millesimo quadragesimo secundo quintodecimo kalendas iulii.

Pontificatus nostri Anno Sexto.

Gratis de mandato domini nostri pape.

-Julius-

12.

Trento, 1454 maggio 31.

Divisione dell'eredità lasciata da Antonio dalla Portella da Cavedine abitante a Trento, fra la signora Giovanna da s. Martino di Trento e Cristoforo fu ser Antonio dalla Portella nipote della predetta.

S. N. In Christi nomine anen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadragesimo secundo quarto indictione die ultimo mensis mai. Tridenti in contrata Platee ante stacionem Augustini quondam ser Iohannis Vinfadole civis Tridenti, presentibus egregiis et preclaris legum doctoribus domino Antonio de Fatis de Terlaco et domino Melchiore de Facinis de Padua, Otolino quondam ser Guillelmi notarii de Balzanis, Fostino filio ser Maffei, Marco filio ser Stasii Francisci aurificis et Augustino predicto civibus et habitatoribus Tridenti testibus ad hec vocatis specialiter rogatis.

Ibidem fuit expositum cum hoc sit quod inter Christophorum filium et heredem pro parte sibi tangente quondam ser Antonii dicti a Portella sive a Rugia de Cavedeno olim habitatorem Tridenti parte ex una, et inter dominam Iohannam de Burgo sancti Martini de Tridente aviam paternam et heredem universalem ab intestato quondam Ade de eodem burgo filii et heredis universalis ab intestato quondam Agnetis matris et heredis universalis ab intestato quondam Stefani filii et heredis universalis ab intestato quondam Martini nepotis et heredis universalis ex testamento quondam ser Antonii predicti a Rugia sive a Portella de Cavedeno parte ex altera, fuerint certe lites, discordie et differentie pretextu et occasione bonorum et hereditatis quondam predicti ser Antonii a Portella et agitati fuerunt certi processus et plures testes et iura fuerunt producta per ambas partes. Et tandem ipse partes cum consilio eciam bonorum hominum venerunt ad convenciones et pacta inter ipsas partes solemni stipulacione firmata.

Videlicet quod dicte res et bona dicte hereditatis dicti quondam ser Antonii dividantur inter ipsas partes per modum infrascriptum.

Dictus igitur Christophorus et dicta dona Iohanna nominibus quibus supra volentes ad divisionem omnium rerum et bonorum predicti quondam ser Antonii inter ipsas partes communium pervenire fecerunt de bonis ipsis comuni concordia duas partes ponentes et designantes in una parte:

Primo medietatem iscle que fuit dicti olim ser Antonii a Portella sitam in pertinentiis Tridenti extra portam Pontis ubi dicitur ad Isclam magnam, prout est terminata, que est versus heredes quondam domini Iohannis de Mezasomis apud Iohannem predictum et Isclam quam tenet Martinus de Pedecastello et flumen Athesis a capitibus.

Item medietatem unius clausure sitam in pertinentiis Tridenti extra portam Pontis ubi dicitur in Centa vel paulo minus que medietas est versus Paulum de Rigitis prout nunc... terminii cuius tocius clausure tales dixerunt esse confines apud Paulum de

Sardagna a capite, ab alio capite viam consortalem, a parte apud Bertoldum molinarium, ab alia parte apud Christophorum.... .

Item unam clausuram sitam ubi dicitur in Bolgaro liberam unius plodii vel circa, apud viam consortalem a capite, apud ser Luchinum de Gagnano nunc Tridenti.

Item unam domum cum torculari sitam in civitate Tridenti in contrata Portelle, que domus cum torculo est apud domum quondam predicti ser Antonii a Portella, apud viam publicam de ante et donam Beaticem a Portella et ser Nicolaum notarium de Capris de retro et Lucium cerdonem.

Que quidem pars de comuni ipsarum partium concordia et utriusque consensu ipsi domine Iohanne pervenit in partem et eam ipsa domina Iohanna de ipsius Christophori voluntate pro sua porcione elegit et accepit et de ea se contentam vocavit et dixit salvo tamen eo quod in infrascripta addicione inferius describitur et exprimetur.

In alia vero parte posuerunt et designaverunt res et bona infrascripta, videlicet

Primo medietatem suprascripte Iscle que est versus Iohannem predictum prout est terminata cum cuius totalis iscle talles dixerunt esse confines, apud Iohannem predictum et a capitibus apud flumen Athesis et Martinum de Pedecastello a parte.

Item unam medietatem pro diviso unius clasure sitam in pertinentiis Tridenti ubi dicitur in Centa prout est terminata versus Christophorum..., apud Christophorum predictum et heredes Bertoldi molinarii a parte una, et a capite apud Paulum de Sardagna et viam consortalem de supra.

Item unum campum situm in Centa predicta unius plodii vel circa vel paulo plus de quo prout fuit assertum solvitur afflictus perpetuus Abbacie Tridenti, apud domum Beaticis a Portella et Franciscum aurificem et a capitibus vias consortales.

Item unam domum sitam in civitate Tridenti in contrata Portelle, que domus fuit olim predicti ser Antonii a Portella, apud predictum torcular et donam Beaticem a Portella et ser Nicolaum notarium de Capris de retro et Lucium cerdonem et viam publicam de ante, cum conditione quod ipse Christophorus det et solvat predicte domine Iohanne ducatos novem usque ad tres annos proxime futuros pro dicta domo seu pro equivalenza et coequanza partis ipsius Christophori ad dictam partem ipsius domine Iohanne.

Item actum extitit inter ipsas partes et solemni stipulatione firmandum videlicet si quo tempore contingat alicui ipsarum parcum littem vel questionem novam de aliqua rerum illarum rerum (sic) que sibi obtinuerunt in partem communibus expensis pervenire et stare in litte, et res de qua lis mota fuerit expensis communibus defendatur et si casu contingat dampnum inter eos parte sit commune. Quam divisionem et omnia et singula suprascripta promiserunt ipse partes per se et suos heredes scilicet una pars alteri et altera alteri ad invicem vicissim solemnibus stipulacionibus hinc inde intervenientibus firma et rata habere, tenere, observare et adimplere et non contrafacere vel venire per se vel per alios aliqua ratione, causa vel ingenio de iure vel de facto sub pena centum librarum denariorum tridentinorum stipulacione premissa tocis comitenda et exigenda quociens fuerit contrafactum, qua soluta vel non, rata maneant omnia et singula suprascripta.

Item reficere et restituere videlicet una pars alteri ad invicem inter ipsas partes omnia et singula dampna expensas sustinenda in iudicio sive extra, pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis obligarunt una pars alteri ad invicem omnia bona sua presentia et futura.

Ego Graciadeus publicus imperiali auctoritate notarius filius quondam ser Antonii de Castello de Terlaco diocesis tridentine civis et habitator Tridenti predictis omnibus et

singulis presens interfui et rogatus scripsi.

13.

Cremona, 1454 giugno 28.

Carta di dote di Beatrice Schizzi (de Schiciis) moglie di Eliseo Geremia abitante a Verona.

In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, inductione secunda, die vigesimo octavo iunii, Cremona in domo habitationis infrascripti Iohannis Luchini de Piperariis sita in viam sancte Cicilie eiusdem civitatis presente pro secundo notario suprascripto Iohanne Luchino de Piperariis notario de Cremona se huic instrumento ad confirmandum subscripturo, presentibus Iohanne Christoforo de Bordigallis, domino Georgio de Schiciis, Bartholomeo et Iohannino de Cavalieriis omnibus testibus notis et ydoneis ibi vocatis spetialiter et rogatis qui dixerunt se cognoscere infrascriptos contrahentes.

Ibique Eliseus de Yereuna filius quondam domini Leonardi habitator civitatis Verone in contrata omnium Sanctorum eiusdem civitatis. Ex certa animi scientia et nullo errore iuris vel facti ductus spontaneis et deliberato proposito mente et voluntate pro se et suis heredibus et pro habentibus et habituris eam ab eo confessus fuit et manifestavit ad interrogationem et constitutionem mei Nicolay de Schiciis notarii infrascripti publice persone solemniter stipulantis et recipientis nomine et vice domine Beatricis de Schiciis filie domini Filipi de Schiciis et uxoris ipsius Elisei et per ipsum Eliseum alias verbis de presenti prius interpositis mutuum consensum exprimentibus ut moris est cum anulo in effectu coniugis et matrimonium legitime desponsatus prout ita verum fore dictus Eliseus ad iustum... predicti predicto nomine stipulantis et recipientis dixit, confessus et protestus fuit renuntiando ne aliter dicere valent et ne veniet contra has confessus et renuncians omnique alii cuicunque exceptioni doli, mali et... se Eliseum habuisse et recepisse tempore quo traduxit ad matrimonium dictam dominam Beaticem eius consortem a dicto domino Filipo patre suo dante et numerante in dotem, pro dote et ex causa et nomine dotis ipsius domine Beatricis libras ducentas quod renunciavit ab dictus Eliseus ad hebundantem et minorem cautellam ad infrascriptum mei notarium dicto nomine stipulantis et recipientis exceptioni non ei datarum, traditarum et numeratarum ac non habitarum et non receptarum dictarum librarum ducentarum quia dotis predicte et datis et spei furure traditionis et numerationis et quod veritas non sit talis et ne aliter dicere valeat et predictorum etiam infrascriptorum omnium et singulorum non ita actorum et factorum et omni probationi et deffensioni in contrarium et ne veniet contra has contracionem renuncians omnique alii cuicunque exceptioni doli, mali actioni et in factum, quas libras ducentas ipsius dotis predicte et ipsam dotem suprascriptus Eliseus per se et suos heredes et per habentes et habituros eam ab eo promisit et convenit michi notario dicto nomine stipulanti et recipienti eidem domine Beatrici suisque heredibus et quibus daret, dare, reddere et restituere in omni casu et eventu exactionis dotis et ex pacto pro predictis omnibus et singulis sic firmiter et efficaciter attendendum, adimplendum et observandum suprascriptus Eliseus michi predicto notario dicto nomine stipulanti et recipienti, omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura pignori et ypothece obligavit de quibus se pro me predicto notario dicto nomine interrogantem et recipientem possessionem constituit iuravitque insuper dictus Eliseus ad sacra Dei Evangelia tactis Scripturis corporaliter, predicta omnia et singula sic fuisse et esse vera et quod semper cunctisque temporibus firma,

rata et grata habebit et tenebit ac attendet et observabit omnia et singula suprascripta et quod non contrafaciet nec contraveniet auxilio alicuius legis nec beneficio alicuius statuti facti vel fiendi nec aliquo alio nomine, ingenio, iure vel causa.

S. N. Ego Iohannes Luchinus de Piperariis civis Cremone publicus imperiali auctoritate notarius ac notarius de collegio notariorum, cremonensi, predictis interfui et ad confirmandum rogatus per... notarium me subscripsi.

S. N. Ego Nicolaus de Schiciis civis cremonensis publicus imperiali auctoritate notarius ac notarius de collegio notariorum cremonensi, predictis interfui et hanc cartam rogatus tradidi et scripsi.

14.

Trento, 1463 dicembre 3.

L'abate di s. Lorenzo fa una locazione di una casa situata in s. Martino a Trento, a Betino.

S. N. In Christi nomine amen. Anno Domini millesimo quatercentesimo sexagesimo tercio, indictione undecima, die sabati tertio mensis decembris, Tridenti in stuba a fornello Prioratus sancte Margarite monasterii abbatie sancti Laurentii extra muros et de prope Tridentum, presentibus venerabili viro domino presbitero Antonio quondam Iohannis capellano infrascripti domini abbatis et Iohanne quondam Iacobi de Kanins et presentibus aliis sacerdotibus vocatis et rogatis.

Ibique reverendus in Christo pater dominus Benedictus de Tridento Ordinis sancti Benedicti Dei et apostolice sedis gratia abbas abbas (sic) abbatie monasterii sancti Laurentii extra muros et de prope Tridentum, titulo, nomine locationis perpetualiter semper tamen renovande in fine cuiuslibet decimi noni anni in hac eadem forma habendo semper ipse dominus abbas et eius successores unam libram piperis integri pro qualibet renovatione. Nominatim pro una libra piperis qualiter confessus fuit habuisse et recepisse ab infrascripto quondam rectore dante et solvente pro intraticha et nomine intratice presentis locationis et investiture, renuncians exceptioni sibi non date, non solute et in se integraliter non recepte dicte libre ex causa premissa secundum usum et consuetudinem locationum perpetualium dicte abbatie et pacta infrascripta et pacta infrascripta (sic) in eis consueta apponi. per se et eius successores dicte abbatie et bona dicte abbatie obligando per tactum manus et nominando investivit Petrum quondam ser Iohannis presentem, potentem, stipulantem et recipientem nomine done Iohanne quondam Pauli Furiosi habitantis in burgo sancti Martini matris ipsius Betini pro se et heredibus suis dicte Iohanne, de una domo posita in burgo sancti Martini muris murata, tegulis coperta, cui coheret versus mane apud viam communis, versus meridiem apud ipsum Betinum, versus sero apud flumen Atisis, versus septentrionem apud heredes Floriani Malitie et forte apud alios veriores confines, ad meliorandum et de bono in melius promovendum, ad habendum, tenendum et possidendum et quidquid ipsi conductori dicto nomine et heredibus sui deinceps placuerit perpetuo faciendum cum omnibus et singulis que in predictis continentur confines vel alios si qui forent veriores cum accessibus et egressibus suis usque in vias publicas et comunes et cum omnibus et singulis que dicta res locata habet super se, supra se, inter se seu intra se in integrum omnique iure et actione, usu seu requisitione ad dictam rem locatam modo aliquo expectantes et pertinentes, salvis iure directi dominii et spectantibus dicte abbatie et pactis et condictionibus infrascriptis, dans et concedens ipse dominus abbas eydem conductori presenti et recipienti pro se et heredibus suis licentiam et auctoritatem intrandi in

tenutam et corporalem possessionem dicte rei locate, promitensque ipse dominus abbas per se et eius successores et bona dicte abbatie obligando ipsi conductori presenti pro se et heredibus suis stipulanti et recipienti de deffensionibus et evictionibus legitimis dicte rei locate secundum formam iuris et statutum civitatis Tridenti et ratihabitionem omnium et singulorum suprascriptorum. Et e converso dictus conductor solempni stipulatione et sine aliqua exceptione tam iuris quam facti ab omnino remotis se et suos heredes et bona sua solempniter obligando promisit et convenit ipsi domino locatori pro se et suis successoribus stipulanti et recipienti, dare, solvere, numerare, presentare et deferre perpetualiter omni anno in festo sancti Michelis vel in eius octava dicto domino abbati et eius successoribus in dicta abbatia sive in Tridento in domo sue habitationis omnibus ipsius conductoris suprascripti periculo et expensis, grossos sex... nomine affictus perpetualis dicte rei locate cum pactis et condictionibus infrascriptis solempni stipulatione vallatis, videlicet si dictus conductor aut sui heredes dicto nomine dicti affictus omni anno loco et termino prenominatis integraliter solutus non fuerit vel promissus sit et ipse affictus indupletur in primo anno et termino quo solutus non fuerit ut predictum est; similiter ipse affictus redupletur in secundo anno et termino quo solutus non fuerit et tunc ipse conductor et sui heredes cadant et cadere debeant ab omni iure suo et melioramento dicte rei locate, quod ius et melioramentum ipso facto deveniat et devenire debeat ac devolutum sit in dictum abbatem et eius successores dicte abbatie, et nihilominus ipse conductor et sui heredes solvere teneantur et debeant dicto nomine dicto domino locatori et eius successoribus affictus retentos et non solutos cum duplis et reduplicis nomine pene solempni stipulatione in solidum premissa super omnibus aliis suis bonis solempni stipulatione obligatis et quod non liceat nec posit ipse conductor dicto nomine dictum suum ius et melioramentum vendere, alienare nec alicui aliqualiter obligare nec pro anima iudicare sine licentia et spaciali requisitione dicti domini locatoris et eius successorum et ipso vel ipsis tunc volenti vel volentibus pro xx solidis minus quam alicui alteri persone hinc possit dare, vendere teneantur et debeat, de eo quod habere possit; et ipso vel ipsis emere nolentibus, tardantibus seu negligentibus ellipsis quindecim diebus a denuntiatione et requisitione sibi legitime factis tunc vendant et vendere possint dicto nomine cui vel quibus voluerint exceptis militibus, viris potentibus, locis sive personis ecclesiasticis vel religiosis, servis, iudeys, personis de macinata et aliis personis inhabilibus ad dictum affictum solvendum seu quam solutionem ipsius affictus aliquo modo impedire possent, habendo semper ipse dominus abbas et eius successores unam libram piperis pro qualibet nova locatione seu invenstitura in alium conductorem fienda. Quod si factum fuerit, similiter ipse conductor et eius heredes cadant et cadere debeant ab omni iure suo ut predictum est et nulla alia superimposita fieri debeant inter eos et pro premissis observandis ipse conductor obligavit dicto domino locatori stipulanti et recipienti ut supra omnia ipsius conductoris bona mobilia et inmobilia presentia et futura.

Ego Antonius filius spectabilis doctoris domini Melchioris de Facinis de Padua civis et habitator Tridenti publicus imperiali auctoritate notarius predictis interfui et rogatus publice scripsi... ego Antonius predictus solutionem integralem librarum 3 nomine domus Dei.

15.

Vigo d'Anaunia, 1480 settembre 17.

Pietro figlio del defunto sacrestano di Vigo di Ton costituisce un affitto con Iorio Filippini da Ton quale amministratore della chiesa di s. Vigilio di Ton, di uno staio di

frumento assicurato su un fondo proprio, per la somma di 30 lire meranesi.

In Christi nomine amen. Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo, indictione terciadecima, die dominico decimo septimo mensis septembris, in vila Vigi vallis Ananie, tridentine diocesis in domo habitationis infrascripti emptoris, in stuba a fornello, presentibus Stephano filio quondam Iohannis Longi de Toxo, Simeone filio quondam Petri Simonis de suprascripto Toxo et Paulo a Zoclo testibus vocatis et rogatis.

Ibique Petrus filius quondam domini monaci de villa suprascripta Vigi per se et suos heredes iure proprio et in perpetuum pro libero et expedito alodo dedit, vendidit et tradidit nobili viro ser Iorio Philippini de Thono presenti pro se et successoribus suis stipulanti et recipienti tamquam rectori et gunbernatori ecclesie sancti Vigilii de suprascripta vila Vigi vallis Ananie unum afflictum perpetuum unius starii frumenti cum dimidio boni, mundi, sici et bene sasonati stario et masure Tridenti, quem afflictum perpetuum ipse Petrus venditor constituit et posuit super unam peciam tere prativam sitam in pertinentiis ville Vigi in loco dicto ala Poza de Salvestor apud comune versus mane, meridie et sero et apud Andream de Toxo versus septentrionem et forte apud alios veriores confines, quam peciam terre superius confinata predictus Petrus perpetue servituti et condicioni infrascripte perpetuo obnoxiatam et condicionatam esse voluit ad dandum et solvendum et parandum suprascriptum afflictum perpetuum unius starii cum dimidio frumenti secundum ussum et consuetudinem afflictum perpetuorum. Quam peciam terre obnoxiatam et condicionatam ipse Petrus dixit nuli alii persone fuisse nec esse obligatam nec condicionatam nisi nunc predicto ser Iorio nomine quo supra pro dicto stario frumenti cum dimidio. Et si aliter reperiretur aut predicta pecia terre non esset sufficiens pro dicto afflictu promisit ex nunc ipse Petrus predictum ser Iorium et eius successores indeminem penitus conservare et expresse obligavit omnia sua bona presentia et futura pro solvendo et satisfaciendo dictum afflictum si et in quantum predicta pecia terre non esset sufficiens ad solvendum predictum afflictum. Ad habendum, tenendum et possidendum et quicquid dicto ser Iorio et successoribus suis deinceps placuerit perpetuo faciendum cum omnibus et singulis que intra predictos continentur confines vel alios si qui forent ulterius veriores cum accessibus, ingressibus et egressibus suis usque in vias publicas et comunes et cum omnibus et singulis que dicta pecia terre obligata habet super se, supra se, infra se seu intra se in integrum omnique iure et actione, ussu seu requisitione ad dictam peciam terre obligatam modo aliquo spectante et pertinente. Et hoc nominatim pro precio et finito mercato et nomine precii et finiti mercati librarum triginta denariorum bone monete maranensis, quod premium dictus Petrus venditor contentus fuit et stetit habuisse et recepisse a dicto emptore, et ipse huius contractus in se habere dixit et expresse renunciavit exceptioni sibi non dati, non habitu et in se non recepti dicti precii et exceptioni doli, mali, pacti conventi, actioni conditioni indebiti et sine causa et omni alii suo iuri et legum auxilio. Quam peciam terre sic obligatam suprascriptus Petrus se nomine et vice praefati emptoris et pro eo constituit tenere et possidere vel quasi donec et quousque ipse emptor possessionem acceperit corporalem quam accipendum sua propria auctoritate et retinendi deinseps ei emptori licenciam omnimodam dedit et plenam auctoritatem contulit ac promisit solemni stipulacione et sine aliqua exceptione iuris vel facti predicto ser Iorio emptori presentem pro se et successoribus suis stipulantem et accipientem de dicta pecia terre sic obligata sive ipsun afflictum venditum et ipsum ius et servitutem et dictam peciam terre pretesta dare servitutem et conditionem in ea

positis et constitutis cum suis conexis et dependentibus ab eisdem predicto ser Iorio ab omni homine, persona, comuni, collegio et universitate legitime deffendere, autorizare et disbrigare, vacuam et expeditam tradere et predictam venditionem, precii solucionem et omnia et singula suprascripta et infrascripta perpetuo firma, rata et grata habere, tenere, observare et adimplere et non contrafacere vel venire per se vel alium aliqua ratione vel causa vel ingenio de iure vel de facto sub pena dupli dicti precii tociens committenda et exigenda quociens contrafactum fuerit et dica pena soluta vel non, rata tamen manenat omnia et singula suprascripta. Item refficere er restituere praefato emptori omnia sua dampna, expensas ac interesse litis et extra et sub obligacione omnium suorum bonorum presentium et futurorum. Quem afflictum perpetuum dictus Petrus se et omnia sua bona obligando promissit dicto ser Iorio emptori dare, solvere et presentare predictum afflictum omni anno in festo sancti Michaellis vel intra eius octavam ad domum habitationis ipsius emtoris videlicet starium unum cum dimidio frumenti ut supra et si cessaret a solucione dicti afflictus per unum vel per biennium et triennium cum dictus afflictus indupletetur et redupletetur et triplicetur, tunc cadat ab omni suo iuri et melioramento dicte pecie terre obligate et nichilominus afflictus retentos et non solutos cum duplis et triduplis solvere teneatur super omnibus suis bonis presentibus et futuris.

S. N. Ego Antonius filius ser Petri Trobaldusii de Mezo sancti Petri publicus imperiali auctoritate notarius, omnibus et singulis suprascriptis dum sic ut premititur fierent et agerentur una cum prenotatis testibus presens fui eaque sic fieri vidi et audivi, rogatus et... publice et fideliter scripsi et quare circha maiora preoccupatus, omnia in suprascriptam in publicam formam scribere non potui sed per manum unius alterius fidelis notarii in suprascriptam publicam formam scribere feci et in robur et fidem omnium et singulorum premissorum me hic in fine cum signo et nomine mei tabelionatus officii consuetis subscripti.

16.

Susà, 1480 febbraio 12.

Frammento usato per la legatura di un volume... Si attende un esperto lettore...

17.

Roma, 1483 marzo 22.

Bolla di Sisto IV per la fondazione del convento dei francescani di Arco. Sigillo plumbeo pendente.

Sixtus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis nobilibus viris Andree et Hodorico comitibus Archi tridentine diecessis fratribus germanis Salutem et apostolicam benedictionem. Sincere devotionis affectus quem ad nos et romanam geritis ecclesiam non indigne meretur ut petitionibus vestris illis presertim que ad divinum (sic) cultus augmentum religionis propagationem animarumque salutem cedere dinoscuntur quantum cum Deo possumus favorabiliter annuamus. Sane pro parte vestra nobis nuper exhibita petitio continebat quod olim quondam Franciscus comes Archi tridentine diecessis genitor vester proinde considerans uberes fructus qui ex predicationibus verbi Dei confessionibus et aliis salubribus documentis ac vita exemplari fratrum Ordinis Minorum de observantia nuncupatorum in singulis terris et locis in quibus commorantur evenire solent, speransque ad pacem et unionem inter habitatores et incolas comitatus sui procurandam et conservandam orthodoxe fidei propagationem heresum extirpationem divini cultus augmentum et sacri huius Ordinis exaltationem plurimum

conducere, habere aliquam domum in dicto comitatu, ac cupiens terrena in celestia, et transitoria in eterna felici commertia commutare pro sue (sic) suorumque progenitorum animarum salute ad honorem omnipotentis Dei, unam domum sub invocatione beate Marie virginis de Gratiis pro usu et habitatione fratrum eorumdem extra opidum Archi predictum construere et edificare, seu construi et edificari facere incepit, sed morte preventus illam perficere nequivit. Cum autem sicut eadem petitio subiungebat propositum genitoris vestri prosequi et domum ceptam huiusmodi ad debitum finem omnino conducere et illam ornamenti ecclesiasticis decenter decorare proponatis si vobis desuper Sedis apostolice licentia concedatur. Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum ut vobis domum predictam cum ecclesia, campanili humili, campana, cimiterio, claustro, dormitorio, refectorio, ortis, ortiliciis et aliis necessariis officinis pro usu et habitatione dictorum fratrum construendi et edificandi, necnon vicario et fratribus Provincie sancti Antonii sub obedientia Vicarii generalis citramontani Ordinis et observantie predictorum, domum ipsam recipiendi ac perpetuo inhabitandi licentiam concedere aliasque in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur qui divinum cultum augeri et sacram religionem propagari nostris potissime temporibus supremis desideramus affectibus, vestrum pium et laudabile propositum in hac parte plurimum commendantes huiusmodi supplicationibus inclinati vobis domum predictam cum ecclesia, cimiterio, campanili humili, campana, claustro, dormitorio, refectorio, ortis, ortiliciis et aliis necessariis officinis pro usu et habitatione perpetuis fratrum eiusdem ordinis sine alicuius preiudicio et cuiusvis licentia super hoc minime requisita, perficiendi construendi et edificandi seu perfici construi et edificari faciendi, quod Vicario et fratribus predictis illam recipiendi et perpetuo inhabitandi auctoritate apostolica tenore presentium licentiam elargimur, iure tamen parochialis ecclesie et cuiuslibet alterius alias in omnibus semper salvo. Et insuper praefate domui ac Guardiano et fratribus, qui illam pro tempore inhabitabunt, ut omnibus et singulis privilegiis, immunitatibus, favoribus, exemptionibus et indultis per Sedem predictam vel alias domibus et fratribus dicti Ordinis in genere vel specie concessis et concedendis uti, potiri et gaudere libere ac licite valeatis eisdem auctoritate et tenore concedimus pariter et indulgemus. Non obstantibus felicis recordationis Bonifatii pape VIII predecessoris nostri prohibente ne predicti et cuiusvis alterius Ordinis mendicantium fratres ad inhabitandum nova loca recipere seu iam recepta mutare presumant sine dicte Sedis licentia de prohibitione huiusmodi spetiale et expressam mentionem faciente et aliis apostolicis constitutionibus, necnon dicti Ordinis iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre elargitionis, concessionis et indulti infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignatione omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quadragesimo octuagesimo tertio, undecimo kalendas aprilis Pontificatus nostri Anno duodecimo.

per B. de Maffeis
D. de Viterbio
A. Trapezuntius

Sollicitavit Bernardinus de Feltro qui exposuit qui exposuit ducatos decem et novem et grossos quatuor d. Gallettus

18

Roma, 1484 gennaio 5.

Bolla di Sisto IV con la quale incarica i vescovi di Trento e Padova a dirimere una causa matrimoniale di due fedeli della diocesi di Coira.

Sisxtus episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus tridentino et paduano episcopis salutem et apostolicam benedictionem.

Sua nobis dilecta in Christo filia Barbara Iacobi Reiner mulier curiensis diocesis petitione monstravit quomodo cum ipso Barbara Iohannem Plutum laicum dicte diocesis qui postquam cum ipsa Barbara matrimonium per verba legitime de presenti contraxerat, ipsamque Barbaram carnaliter cognoverat, matrimonium cum Ursula Scaramella muliere eiusdem diocesis de facto contraxerat, super hoc inter inter alia petendo cum sibi in virum legitimum adiudicari coram officiali curiensi non ex delegatione apostolica traxit in causam et idem officialis praefata Ursula ad causam huiusmodi vocata, in causa ipsa rite procedens, diffinitivam pro dicta Barbara et contra praefatum Iohannem sententiam promulgavit a qua dictus Iohannes illam unquam fore falso asserens ad sedem apostolicam appellavit et deinde Iohannes et Ursula predicti super appellatione huiusmodi apostolicas ad venerabilem fratrem nostrum episcopum Cumanum eius proprio nomine non expresso et quendam alium ipsius in ea parte collegam litteras impetrarunt praefatamque Barbaram coram Bartholomeo de Preuxeno vicario dicti episcopi in spiritualibus generali cui dictus episcopus ut dicebant super hoc comiserat vices suas litterarum et comissionis eamdem pretextu fecerunt in causa dicte appellationis ad iudicium evocari et et idem vicarius in causa ipsa perperam procedens diffinitivam pro Iohanne et Ursula predictis et contra praefatam Barbaram sententiam promulgavit iniquam a qua quidem ultima sententia pro parte eiusdem Barbare ad sedem fuit appellatum antedictam. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus de utroque processu cognoscentes legitime quod canonicum fuerit appellatione remota decernatis facientes quod decreveritis per censuram apostolicam firmiter obiuvari. Quod si non ambo hiis exequendis potueritis interesse, alter vim ea nihilominus exequatur. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto, nonis ianuarii Pontificatus nostri anno decimo.

Al verso: Presentata die tertia februarii 1481 per Iacobum Camotto patrem Barbare

19.

In tedesco. Riguarda la famiglia del castello della Rosa di Giovo: 1485 (?): vengono nominati Enrico e Gerolamo di Giovo.

20.

1494 settembre 7.

L'arciduce d'Austria Massimiliano conferma i privilegi agli abitanti di Vezzano, Padernone, che erano in lite col principe e vescovo di Trento perche aveva aumentato il numero dei fuochi e per altre collette.

Maximilianus divina favente clementia romanorum rex semper augustus, Hungarie,

Dalmatie, Croatie etc. rex, archidux Austrie, dux Burgundie, Brabantie, Geldrie etc., comes Flandrie, Tirolis etc., necnon ecclesiae tridentinae advocatus et defensor hereditarius presentibus publice profitemur.

Quod fideles nostri homines villarum Vezani, Padrognoni, Calafini et Lasini cum suis adherentibus per nuntios suos coram nobis humulime supplicantes insteterunt, quantumus privilegium quod sibi quondam recolende memorie Fridericum ducem Austrie etc., de novo concessum: et postmodum per illustrem Sigismundum archiducem Austrie etc., consanguineum et principem nostrum carissimum predecessores nostros una cum tribus diffinitivis sententiis quarum prima per quondam Gotfridum tunc in spiritualibus, Georgium de Montecatino in temporalibus Vicarios et Bernhardum Lamole de Bononia iudices et commissarios bone recordationis Alexandri episcopi tridentini. Secunda per quondam Haimricum de Morsperg tunc capitaneum tridentinum. Tertia vero per quondam Iohannem de Spuro tunc Vicarium Annonie et Solis et Erasimum de Tuno tunc capitaneum tridentinum latae fuerunt, confirmatum sit et approbatum tanquam princeps Austrie atque defensor et advocatus ecclesie tridentine etiam gratiore confirmare roborare et approbare dignaremur. Cuius quidem privilegii tenor sequitur et est talis.

Nos Fridericus Dei gratia dux Austrie, Stirie, Carinthie et Carniole, comes Tirolis etc., necnon ecclesie tridentine advocatus atque defensor in temporalibus dominus et gubernator ad universorum noticiam deducimus per presentes. Quod nuper precibus dilectorum fidelium nostrorum hominum communitatis villarum Vezani et Padrognoni districtus nostre civitatis tridentine instantia extitit supplicatum quod homines de Vezano et Padergnono per 10, 20, 30, 40, 50, 70, 80 annos et ultra steterunt divisi et separati ab hominibus aliarum villarum de Pedegaza, consueveruntque dicti homines de Vezano et Padergnono prestare et subire collectas et alias factiones reales et personales, ordinarias et extraordinarias pro decem focis cum dimidio dumtaxat per dictum tempus et ultra, cuius contractus memoria hominum non existit. Et pro parte hominum villarum de Pedegaza, videlicet: Coveli, Ciagi, Loni, Fravegii et Magnani querela fuit exposita reverendissimo domino Gerogio episcopo tridentino contra predictos homines villarum Vezani et Padrognoni super retractatione cuiusdam divisionis focorum, earum publicarum functionum, realium et personalium collectarum et honorum facte et inite invicem et observe inter se ab 85 annis et ultra, idem episcopus tridentinus dictam divisionem focorum iuxta dictam querelam revocavit et irritavit ex abrupto non facta plena perquisitione de veritate cause, sed ad suggestionem falsam hominum aliarum villarum predictarum de Pedogaza retractata predicta divisione focorum subrepticie et homines dictarum villarum Vezani et Padrognoni per sententias, sive ordinamenta suas et sua, sive statutum aut quovis nomine nuncupentur ad communiomem revocavit ordine iudiciario non plene discusso in maximum damnum et preiudicium dictarum duarum villarum de Vezano et Padrognono, de quibus quidem retractatione divisionis et communione demum prosecuta conquesti sunt coram nobis homines villarum Vezani et Padrognoni et humiliiter postularunt ut dignaremur de gratia speciali dictas retractationes et communionem cum omnibus postea secutis tamquam successor in iurisdictione temporali civitatis et districtus Tridenti contrario imperio revocare et ipsos homines in sua vetustissima possessione tuere et eorum pacta antiquissima consuetudine robورata manutenere et observare. Nos ergo attendentes utilitates dictorum hominum de Vezano et Padrognono providere et quantum possumus litigia et scandala atque pericula removere principaliter propter tria: primo propter eiusdem instrumenti divisionis tenorem in quo expresse cavitur quod augmentum et diminucio redundat in

comodum ville ubi hoc contingit et sic fient augmenti eventum et diminucionis pariter omnes contrahentes susceperunt non possunt ergo ille alie ville allegare augmentum villarum de Vezano et Padrognono.

Secundo propter tam prolixam prescritionis temporis nam cursus tanti temporis equipollet privilegio principis:

Tertio propter communionis odium et divisionis favorem.

Quibus causis et aliis rationibus obmissis brevitatis causa, penitus inherentes dictorum fidelium nostrorum hominum de Vezano et Padregnono precibus inclinati hoc irrefragabili pacto fixo sive privilegio speciali de gratie plenitudinis potestate ordinamus decernimus et declaramus acetam expresse volumus et mandamus... dictam divisionem focorum dictorum hororum et collectarum realium et personalium tanto tempore observatam firmam esse eamque confirmamus et firmam perpetuo esse volumus et ei inviolabiliter standum esse et dictam retractationem et communionem cum omnibus inde securis penitus contrario imperio revocamus et irritamus et revocatam et irritam esse volumus. Mandando firmiter omnibus nostris officialibus ecclesiae nostrae tridentinae videlicet capitaneis vicariis massariis aut eorum vices gerentibus praesentibus et futuris quatenus predictos homines villarum Vezani et Padognoni super contributionibus sive collectis et honeribus realibus et personalibus ultra numerum decem focorum cum dimidio non impedianc nec perturbent sed potius ipsos in sua possessione tanto tempore prescripta et obtenta manuteneant et defendant non obstantibus aliquibus sententiis sive ordinamentis seu statutis per praefatum episcopum concessis hominibus aliarum villarum de Pedogaza, et non obstantibus inde securis aliis in contrarium facientibus quibus specialiter derogamus per presentes in cuius rei evidencia presentes litteras nostri sub sigilli appensione iussimus communiri.

Datum in castro nostro Boniconsilii prope Tridentum prima die marci anno Domini millesimo quadringentesimo nono, dominus dux pro se presente comite Willelmo de Metsch capitaneo et Burgch de Rabenstein Meurs.

Nos itaque praefatorum hominum precibus inclinati preinsertum privilegium una cum antedictis sententiis ex ipso privilegio originem sumentibus ac si etiam de verbo ad verbum hiis insertae essent approbavimus roboravimus et confirmavimus et per presentes approbamus roboramus et confirmamus atque ea firma rata et grata atque firmitatis perpetue robur habere si proptera superioritatibus et dominiis quibuscumque ad nos tamquam principem terre spectantibus nec ceterorum iuribus nullo modo alio derogare aut prejudicare volumus.

Mandando insuper universis et singulis capitaneis castellanis iudicibus vicariis ceterisque officiis et subiectis presentibus et futuris quatenus predictos homines villarum supranominatarum et supra sepedictum privilegium et sentencias nec non presentem nostram confirmationem nullatenus molestent aut perturbent aut per alios quoscumque molestri aut perturbari permittant sed potius ipsos iuxta earumdem litterarum renorem manuteneant et defendant unde....???. seriosam nostram adimplebunt voluntatem.

In cuius rei testimonium presentes litteras nostri sigilli appensione iussimus communiri.

Datum die septimo mensis septembis anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto. Regnorum nostrorum romani nono Hungarie vero quinto anno.

Commissio domini regis in consilio

Extra: Secundum privilegium in processu positum.

Cfr. trascrizione del P. Tito Graif in MS n° 745, pp. 45-48.

21.

Trento, 1495 dicembre 23.

La Confraternita dei Battuti laici di Trento donano un prato contiguo al nuovo convento di s. Bernardino di Trento.

Instrumentum donationis sive cessionis facte per spectabilem artium medicine doctorem dominum magistrum Arcangeli tamquam ministrum domus Dei et dominum Donatum Chalapinum tanquam vicarium dicte domus et magistrum Martinum sartorem tamquam massarium dicte domus de verbo et licentia consiliariorum et omnium fratrum dicte domus facte devoto viro domino fratri Thomeo filio quondam egregii viri ser Laurentii Chazufi tanquam procuratoris conventus et monasterii sancti Bernardini extra muros Tridenti de directo dominio unius prati positi in pertinentiis Tridenti post monasterium dicti sancti Bernardini de quo solvitur et consuetus est solvi perpetualiter omni anno in festo sancti Michaelis vel infra eius octavam per heredes Ioannis Belini molendinarii libras octo bone monete et sic cesserunt omnia iura sua dicto domino fratri Thomeo quod ipsi habebant in dicto prato versus mane apud Ioannem a Spata, versus meridiem apud rugiam, versus sero apud ipsum monasterium, versus septentrionem apud aquam Fersine et forte etc.

Actum Tridenti die mercurii 23 decembris 1495 indictione tertiadecima in apotheca Baptiste Carioli presentibus ser Vigilio Sratimpergaro, ser Ioanne Cheleta notario et Fidelo barbitonsore testibus vocatis et rogatis.

S. N. Ego Guielmus Gallus filius quondam egregii viri domini Andree Galli notarii civis et habitator Tridenti publicus imperiali auctoritate notarius ex licentia et auctoritate mihi datis et concessis per magnificum ac preclarissimum iuris utriusque doctorem dominum Herculem Tassonum de Mutina honorabilem potestatem Tridenti pro reverendissimo in Christo patre et domino domino Udalrico de Lietenstain Dei et apostolice sedis gratia episcopo ac domino Tridenti dignissimo benemerito, relevandi, conscribendi, exemplandi et in publicam formam reddigendi instrumenta, rogationes, abreviaturas, notas et continuas scriptas et notatas per quondam egregium virum dominum Andream Gallum notarium patrem meum olim civem et habitatorem Tridenti prout de dictis auctoritate et licencia mihi datis et concessis constat publico instrumento scripto et notato manu providi viri domini Bonaventure notarii de Paho civis et habitatoris Tridenti hoc suprascriptum instrumentum donationis sive cessionis inveni in abreviaturis vivis et non canzelatis praefati quondam domini Andree Galli notarii patris mei, per alium fidelem scriptorem me aliis accusato negotiis transcribi feci nil adens vel minuens quod sensum variet vel sentencias mutet collationavi et me subscrispi et ante hanc meam subscriptionem signum mei tabellionatus officii apposui consuetum in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

22.

Pergine, 1497 febbraio 5.

Pietro Tradner dalla Valtellina abitante a Canzolino fa una locazione di un fondo situato fra Serso e Viarago a Bartolomeo fu Sigardo (o Sigismondo) da Vattaro ora abitante nel maso della "monegaria" della chiesa di s. Orsola, situato fra Serso e Viarago: pagherà 6 grossi meranesi ogni anno.

S. N. In nomine domini nostri Domini Iesu Christi amen. Anno ab eiusdem nativitate Domini millesino quadringentesimo nonagesimo septimo, inductione quintadecima, die dominico quinto mensis februarii. In burgo Perzini foltensis dyocesis et in domo habitationis mei Antonii notarii. Praesentibus Antonio filio quondam Lazari a Prato de dicto burgo Perzini et habitatore in dicto burgo, et Salvatore filio quondam Boni de villa Madrani plebis Perzini et habitatore in dicta villa et ambobus testibus ad hec convocatis specialiter et rogatis.

Ibique Petrus Tradner filius quondam Francisci a Valletellina et habitator in villa Canzolini dictae plebis Perzini pro una libra piperis integri pro intratica et nomine intratice infrascriptae rei locatae, quam dictus Petrus locator confessus, contentus et manifestus fuit se habuisse et recepisse a Bartholomeo filio quondam Sigardi de villa Vatarii districtus Tridenti et habitatore in pertinentiis villae Viaragi et in domo monichariae capellae sanctae Ursulae cum sodalibus suis, renuncians dictus Petrus locator exceptioni sibi non datea, habitae et receptae dictae librae piperis ex causa intratice predictae et exceptioni doli, mali, pacti conventi, actioni in factum, condictioni indebiti et sine causa et omni alii iuri et legum auxilio, iure et nomine locationis et conductionis et livelli perpetualis secundum usum et consuetudinem locationum perpetualium domorum mercati Tridenti et pacta infrascripta per se suosque haeredes faciens etiam pro Matheo et Ioanne eius fratribus pro quibus de rato promisit, investivit praefatum Bartholomeum filium quondam Sigismundi de dicta villa Vatarii ibi praesentem et hanc locationem seu investituram sibi fieri petentem, stipulantem et recipientem pro se suisque haeredibus de uno vinealli duorum ligonizatorum cum terra greziva simul iuncta posito in pertinentiis villarum Viaragi et Sersi plebatus Perzini et in loco ubi dicitur a le Volpare, cuius vinealis tales dixit esse confines: a mane Ioannes caprarius habitator in dicta villa Viaragi, Petrus Valentinus filius quondam Barnabe de dicta villa Viaragi et habitator dictae villae, a meridie idem Ioannes caprarius, a sero Ioannes dictus Pivius filius quondam domini de Valletellina et habitator in dicta villa Viaragi, a septentrione comune et forte apud alios veriores confines; ad habendum, tenendum et possidendum tenutamque intrandi et quidquid dicto Bartholomeo conductori et suis heredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus et singulis que infra praedictos continentur confines vel alios si qui forent, accessibus, ingressibus et egressibus suis usque in viam publicam; et in omnibus et singulis que dicta res locata habet supra se, infra se, seu intra se in integrum, omique iure et actione, usu seu requisitione sibi ex ea re aut ipsi rei modo aliquo spectante et pertinente, salvo tamen semper iure directi dominii dictae rei locatae et salvis pactis et condictionibus infrascriptis. Pro cuius rei locate affictu et recognitione dictus Bartholomeus conductor faciens per se suosque haeredes per stipulationem solemnem et cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium et immobilium praesentium et futurorum promisit et pacto expresso convenit sine aliqua exceptione iuris vel facti dare et solvere, numerare, praesentare dicto Petro locatori ibi praesenti stipulanti et recipienti ut supra, omni anno perpetualiter in festo sancti Michaelis vel in eius octava in dicta villa Canzolini et in domo habitationis dicti locatoris, grossos sex monetae maranensis nomine afflictus perpetui dictae rei locatae, quem vero afflictum si dictus Bartholomeus conductor vel eius haeredes in primo anno et termino dictum afflictum non soloverit, indupletur et idem fiat si secundo anno et termino non solverit, et si tertio anno et termino dictum afflictum non solverint et praesentaverint ut supra dictum est, similiter indupletur et tunc cadant et cadere debeant dictus conductor vel sui heredes ab omni iure suo dicte rei locate et nihilominus afflictus retentos et non solutos cum duplis et

reduplicis nomine paene solvere debeat et teneatur super omnibus aliis suis bonis mobilibus et inmobilibus praesentibus et futuris; et cum tali pacto inter eos habito et solemnī stipulatione firmato videlicet quod dictus Bartholomeus conductor vel suis (sic) haeredes ius suum et melioramentum dicte rei sibi locate vel aliquam partem ipsius vendere vel aliqualiter alienare non possit nec debeat sine licentia et expresso consensu dicti Petri locatoris et suorum haeredum et si tamen vendere volluerit actum sive ius primo et ante omnia denunciare teneatur et debeat predicto locatori vel haeredibus suis et ea emere vollenti minori precio viginti soldorum denariorum tridentinorum sibi vendere debeat et teneatur quam alicui alteri personae de eo quod re vera ab aliis petit; et ea emere nollente vel tardante per quindecim dies a denunciatione et requisitione sibi prius facta, vendat dictus Bartholomeus conductor vel eius heredes dictum suum ius et melioramentum suprascripte rei sibi locate cui vel quibus volluerit exceptis militibus, potentibus viris, famulis, servis, iudeis vel aliis inhabilibus personis que non essent idoneae et sufficienes ad suprascriptum afflictum dandum et solvendum plene dicto Petro locatori vel eius haeredibus unam libram piperis integri pro qualibet nova investitura seu confirmatione in alium conductorem facta, nulla alia superimposita inter eos fieri debeat. Quam vero locationem seu investitura dicte rei locate et omnia et singula suprascripta et infrascripta promisit dictus Petrus locator per se suosque haeredes et nominibus quibus supra dicto Bartholomeo conductor ibi presenti stipulanti et recipienti pro se suisque haeredibus semper et in perpetuum de cetero firmam et firma, ratam et rata habere et tenere, observare et adimplere et nullo iure seu errore aliqua contra predicta vel aliquid predictorum facere vel venire aliqua ratione vel causa, modo forma vel ingenio de iure vel de facto, sed predictam rem sibi locatam eidem Bartholomeo conductor ibi presenti stipulanti et recipienti per se suisque heredibus ab omni homine et persona impediente, comuni, collegio, capitulo et universitate legitime defendere, guarentare autorizare et disbrigare si ipsi Bartholomeo conductor vel suis heredibus aliquo tempore impediuntur, sub pena dupli totius damni interesse et expensis dicti conductoris et eius heredum et pena soluta vel non, nihilominus predicta locatio seu investitura et omnia et singula suprascripta rata maneant et firma perdurent. Pro quibus omnibus et singulis attendendis et firmiter observandis dicte partes ut supra factum, obligaverunt sibi ad invicem una pars alteri et altera alteri vicissim omnia eorum bona mobilia et immobilia presentia et futura.

Ego Antonius filius quondam ser Petri de Bertellis de Thienis Vincentie districtus et habitator in dicto burgo Perzini publicus imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius premissis omnibus et singulis interfui eaque rogatus publice scripsi.

23.

Trento, 1518 novembre 7.

Michele Iorba suffraganeo del vescovo Clesio conferisce la tonsura e gli Ordini minori ad Ottaviano figlio del nobile Girolamo Stellimauro da Brez dottore nell'arte medica.

24.

Trento, 1519 marzo 25.

Giovanni Girolamo Loschi da Vicenza aggiunge un codicillo al testamento, nel quale ordina di essere sepolto nel convento di s. Bernardino di Trento, lasciandom pure un legato di 100 ducati a favore della chiesa di s. Bernardino. Il documento è steso in una stanza del palazzo di Pietro Busio.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quingentesimo decimonono, indictione septima, die veneris vigesimoquinto mensis martii. In civitate Tridenti in contrata Sancti Petri in una camera domus magnifici domini Petri Busii domini Numii, presentibus magnifico et generoso viro Iohanne Francisco domino Lodroni et castri Novi, magnifico domino Antonio de Dresteno nobili Vincentie, domino presbitero Iohanne Antonio Cologna mansionario ecclesiae cathedralis Tridenti, Borgognoni famulo magnifici domini Petri Busii predicti, Todeschino filio Georgii de castelo famulo praefati magnifici domini Iohannis Francisci et domino presbitero Iohanne Francisco filio ser Madernini notarii habitatore in villa Nogaredi validis Lagarinae omnibus testibus ore proprio ipsius magnifici domini codicilantis vocatis et rogatis.

Ibique magnificus dominus Iohannes Hieronimus de Loschis nobilis Vincentiae ad praesens corpore infirmus mente et intellectu suis tanen sanus coram suprascriptis testibus vocatis dixit et exposuit quod alias super bonorum suorum dispositionem testamentum fecit scriptum et publicatum per spectabilem iurisperitum ser Alovisium de la Beta notarium oppidi Rovereti et quam omnis voluntas usque ad extremum vite ambulatoria est propter varios successus, ideo ipse magnificus dominus Iohannes Hieronimus post testamentum praedictum circa quedam in ipso testamento mutata voluntate, deliberato consilio presentes super ultimo velle suo, suos condidit codicillos, primo quia in eo testamento mandaverat corpus suum sepeliri in cimiterio ecclesiae sanctae Mariae Carmelitanorum de Rovredo, in presentibus codicillis mandat et disponit per ista... quod corpus suum si de hoc saeculo emigrare contingerit honorifice sepeliri in monasterio sancti Bernardini de Tridente. Item presentibus codicillis legavit et iure legati reliquit fabricae dicti monasterii sancti Bernardini per haeredes suos dari pro anima ipsius ducatos centum semel tantum in subsidium ipsius fabricea. Et alia ipse dominus codicillans in ipsis codicillis disposuit, quo ibi non destribuntur quam... pro fabrica sancti Bernardini praedicti paeclaris ini exhiberi... verum... praetermissis aliis scripturis. In capite autem dicti testamenti asseruit esse velle quod valere voluit et mandavit iure codicillorum vel alterius cuiuscumque ultimae voluntatis qua melius valere potest et cum ab omni herede suo firmiter et inviolabiliter observari, rogans me Iohannem Iacobum notarium infrascriptum ut de praedictis omnibus et singulis unum seu plura... instrumentum vel instrumenta.

Ego Iohannes Iacobus filius quondam egregii viri ser Iohannis de Gayfis notarius publicus imperiali auctoritate notarius civis et habitator Tridenti suprascriptis omnibus et singulis praesens interfui et rogatus publice scribere scripsi et de mandato ipsius codicillantis publicavi.

25.

Cles, 1521 novembre 26.

Clemente di Franceschino fu Clemente da Cles elegge suo procuratore Antonio di ser Paolo Arnoldi da Tuenno.

In Christi nomine amen. Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo primo, indictione nona, die mensis vigesimo sexto mensis novembbris in contrata Prati plebis Clesii super via communis ante domum ser Christofori Galinarii de Clessio, praesentibus se Simone notario de Guio habitatore Meculi et ser Christoforo Busetto notario de Rallo habitatore Clesii, ser Bartholomeo notario de Clesio et ser Bonaventura notario de

Presono plebis Maleti omnibus et aliis ad infrascripta vocatis et rogatis.

Ibidem Clemens filius quondam Francischini olim Clementis de Prato plebis Clesii vallis Ananiae et tridentinae diocesis ante praesentiam spectabilis viri ser Bonifacii Bettae de Arso habitator Clesii vallium Annaniae et Solis honorandus assessor magnifici generosi ac potentis viri domini Baldesaris de castro Clesii in praemissis vallibus honorandus capitanei et vicarii generalis pro reverendissimo et illustrissimo domino domino Bernardo eius fratre episcopo tridentino nostro et domino dignissimo, constituit in causa quam habet cum Bartholomeo eius patruo, eius tutor et gubernator in omnibus causis, littibus et controversiis que habet vel hebere intendit vel habiturus est cum aliquo vel aliquibus tam in agendo quam in deffendendo et tam in criminalibus quam civilibus et in omnibus eius negotiis tractandis ac gerendis ser Antonium filium ser Pauli Arnoldi de Tueno plebis Tassulli ibi praesentem... sibi... et contitui proprium curatorem, qui curator in praedictis et quolibet et quolibet preditorum ipsius... iudicis confirmato promisit ipse curator dicto... adulto quia corporaliter iuravit ad sancta Dei Evangelia omnia et singula ipsi... adulto in causis et negotiis eius utilia facere et in utilia praetermitere ipsumque personam et nos bona fide custodire et salvare.

26.

Samoclevo, 1522 marzo 31.

Odorico di castel Thunn capitano della Rocca di Samoclevo si obbliga a mantenere il chierico Domenico fu Giovanni Cagnon da Malè perchè possa continuare gli studi e diventare sacerdote.

S. N. Cisti nomine amen. Anno eiusdem nativitatis millesimo quingentesimo vigesimo secundo, indictione decima, die lunae ultimo mensis martii, in arce Somoclevi plebis Maleti vallis Solis ac tridentinae diocesis in stuba magna dictae arcis, praesentibus magnificis dominis Gaspare et Iacobo fratribus filiis magnifici ac potentis viri domini Antonii de castro Thoni habitatoribus in dicta arce Somoclevi, magistro Federico sartore filio quondam Marini Polachi de Somoclevo plebis suprascriptae Maleti testibus ad infrascripta notis, vocatis et rogatis, cum omnes ad divini cultus sacro teste eloquio teneantur augmentum, in quo quotidie dominicae passionis recolitur memoria atque non minus ad sacerdotalis dignitatis ligentur promotiorem; cuius ministerio in dies pro fidelium tam vivorum quam mortuorum salute hostia salutaris imolatur et ideo magnificus et generosus eques auratus dominus Odoricus filius quondam magnifici et generosi domini Danielis de Sporo per se et suos haeredes dignum dixit ac meritorum humiles ac devotas preces honesti et discreti viri Dominici filii quondam Iohannis Francisci olim Antonii Cagnoni de Maleto plebis antedictae Maleti habentis quidem iam quatuor ordines minores et subdiaconatus et sacros excelsiores clericorum ordines promoveri cupientis factas, quibus titulo petiit provideri esse ad admitendas huius praesentis instrumenti tenore: eas ipsas admisit et favorabiliter admissas affirmavit et quum non habent benefitium aliquod eclesiasticum nec sufficiens ad hoc patrimonium, super quo certe possit ad praefatos sacros clericorum ordines promoveri, ne ipso suo laudabili ac pio frustretur voto quo ardentissime clericali intenditur ascribi militiae, ita enim praesentis instrumenti robore mensa sua et omnibus munimentis cuiuslibet... et necessariis clero seu presbitero quotienscumque sibi necesse vel opportunum foret in omnem ipsius Dominici legitime necessitatis eventura providuit ut inde cunctis vitae sua labentis diebus honestum et condecentem victus et amictus provisionem haberri possit ut praedictum est; pro quibus omnibus et singulis sic

firmiter observandis et plenissime atendendis predictus magnificus dominus Odoricus eques auratus sibi Dominico praesenti et stipulanti et recipienti obligavit omnia sua bona praesentia et futura.

Ego Leonardus Visintayner filius quondam nobilis et sapientis viri domini Sigismundi v. de Tertiolasio habitator Maleti plebis Maleti vallis Solis ac tridentinae diocesis publicus imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius suprascriptis omnibus et singulis suprascriptis... monumentis promissioni suprascriptae interfui et rogatus scribere publice scripsi signumque mei tabelionatus officii consuetum apposui ad laudem Dei.

27.

Trento, 1524 febbraio 18.

Matteo da Pissavacca vende a Cristoforo fu ser Pasio Nodari da Gandino cittadino di Trento, un terreno arativo e vignato della superficie di 2 piovi, situato a Pissavacca nel luogo detto alla Pontara, al prezzo di 50 ragnesi da troni 5 l'uno.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quingentesimo vigesimo quarto, indictione duodecima, die iovis decima octava februarii, Tridenti in contrata sanctae Mariae Maioris in stuba domus mei notarii infrascripti, praesentibus magistro Matheo cerdone quondam Salvatoris de Gardulis, Iacobo quondam Michaelis Porcarii et Bastiano filio ser Iacobi Marzarii omnibus civibus ac habitatoribus Tridenti testibus ad infrascripta vocatis ac specialiter rogatis.

Ibique Mafeus quondam Dominici Calauresiis habitator Pisavacae districtus Tridenti praesens per se ac heredes eius iure proprio ac in perpetuum pro libero ac franco alodo dedit, vendidit ac tradidit magistro Christoforo quondam ser Paxii de Notariis de Gandino civi ac habitatori Tridenti ibidem praesenti pro se et suis haeredibus stipulanti, ementi ac recipienti unam petiam terrae aratoriae ac vineatae duorum plodiorum vel circa positam in pertinentiis Pisavacae in loco ubi dicitur ala Pontara inter hos ut dixerunt confines: versus mane ac meridiem apud viam communis, versus sero apud haeredes Marini de Pisavaca pro utili, pro directo dominio apud ipsum emptorem, versus septentrionem apud ser Antonelum de Blanchis civem ac habitatorem Tridenti ac forte etc. Ad habendum, tenendum ac possidendum et quicquid sibi emptori et suis haeredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum cum omnibus ac singulis que infra predictos continentur confines vel alios si qui forent ulterius veriores, accessibus ac egressibus suis usque in viam publicam ac comunem, ac cum omnibus ac singulis quae ipsa res vendita habet super se, infra se seu intra se in integrum (sic) omnique iure ac actione, usu seu requisitione sibi ex ea vel pro ea aut ipsi rei modo aliquo spectante et pertinente, et hoc nominatim pretio nomine pretii ac finiti mercati inter eos Rainensium quinquaginta in ratione librarum quinque bonae monetae pro singulo Rainense; quos quinquaginta Rainenses praefatus Mapheus in praesentia testium suprascriptorum et mei notarii infrascripti solemniter dixit ac confessus fuit se ab ipso magistro Christoforo emptore praesente ac hanc confessionem acceptante habuisse ac recepisse in promptis pecuniis et cum quibus Rainensibus quinquaginta praefatus Mapheus dixit se heri francasse ac liberasse praedictam petiam terre de qua supra, ab affictu brentarum quatuor vini teroldigi buliti; quem de eadem petia terrae solvebat ac solvere obligatus erat Fraternitati domus Batutorum laycorum Tridenti prout de huiusmodi absolutione ac franchitatione constat publico instrumento rogato manu mei notarii heri, renuntians dictus Mapheus exceptioni non factae suprascriptae venditionis

et non sic habenti pretii praedicti, et exceptioni doli, mali pacti conventi actioni in factum conditioni indebiti ac sine causa et non vera vel ex iniusta causa ac omni alii suo iuri ac legum auxilio omnino renuntiationis. Quam rem venditam dictus venditor se vice ac nomine ipsius emptoris et pro eo se constituit tenere ac possidere donec ipsius rei possessionem acceperit corporalem; quam accipiendi ac sua propria auctoritate retinenti deinceps ei licentiam omnimodam dedit atque contulit, ita quodammodo dictus emptor dictam rem sibi venditam libere accipiat ac sua propria auctoritate nanciscatur et eam teneat ac possideat tamquam rem suam propriam ac expeditam pacifice ac quiete ac sine contradictione ipsius venditoris suorum haeredum ac omnium aliarum personarum, promitens praefatus Mapheus venditor solemniter per se ac eius heredes ipsi magistro Christoforo praesenti pro se ac suis haeredibus atipulanti ac recipienti de predcta re sibi vendita vel eius parte, nullo unquam tempore littem causam quaestionem vel controversiam aliqualiter inferre nec inferre volenti consentire, sed ipsam rem venditam tam in proprietate quam in possessione ab omni homine, persona, comuni, collegio ac universitate legitime defendere, autorizare ac disbrigare, ac vacuam ac expeditam possessionem ipsius rei ipsi emptori tradere, ipsumque emptorem in ea re potiorem facere et praedictam venditionem, pretii solutionem ac omnia ac singula suprascripta perpetuo firma ac rata habere ac tenere, observare ac adimplere ac contra non facere, dicere vel venire per se vel alium aliqua ratione, causa vel ingenio de iure vel de facto sub paena dupli ipsius pretii solemniter promissa, qua paena soluta vel non, tamen omnia ac singula suprascripta firma perdurent. Item refficere ac restituire promisit omnia ac singula damna expensas ac interesse littis ac extra; pro quibus omnibus ac singulis sic firmiter observandis ac plenius attendendis praefatus Mapheus per se et eius haeredes obligavit suprascripto magistro Christoforo emptori praesenti pro se ac suis haeredibus stipulanti ac recipienti, omnia eis (sic) bona praesentia ac futura.

S. N. Ego Iohannes Iacobus Callavinus filius quondam egregii viri ser Iohannis notarii olim de Gayfis, publicus imperiali auctoritate notarius civis et habitator Tridenti suprascriptis omnibus et singulis praesens fui et rogatus publice scribere scripsi, sed quia praesens instrumentum manuscriptum ex continua meis transcribere bene non potui, illud ergo transcribere manu alterius scriptoris collationatum subscrpsi ac signo ac nomine meis consuetis... in fidem praemissorum.

28.

Trento, 1528 aprile 22.

Andrea Crivelli e Francesco Faustini da Trento vendono 6 affitti ad Antonio a Pratro di Trento per la somma di 700 ragnesi da troni 5 l'uno.

In Christi nomine amen, Anno Domini a nativitate eiusdem millesimo quingentesimo vigesimo octavo, indictione prima, die mercurii vigesimo secundo mensis aprilis, in civitate Tridenti in contarta Burgi novi in cenaculo monasterii Sanctissimae Trinitatis, praesentibus magistro Grisostino aromatario, Paulo filio quondam Leonardi de Gabiolo Pahi, magistro Antonio cerdone de Bassano habitatore Tridenti et fratre Baptista filio quondam Bethae de Gavazo plebis Theni testibus vocatis et specialiter rogatis ad infrascripta.

Ibique expositum et narratum fuit qualiter domini Andreas Cribellus et Ioannes Faustinus filius quondam domini Lucae Faustini cives et habitatores Tridenti teneantur et obligati sunt in solidum spectabili doctori domino Antonio a Prato civi et habitatori Tridenti pro parte maioris summe Rhenenses septem centum in ratione librarum

quinque denariorum bonae monetae de Marano pro singulo Rhenensi pro termino mensis ianuarii proxime praeteriti de anno 1527 ut de dicto credito constare dixerunt instrumento publico rogato per dominum Antonium de Grandeis notario et civem Tridenti sub anno 1522 die et loco et testibus ut in eo... premininati cognati domini Ioannes Faustinus et Andreas Cribellus per se et suos heredes pro parte solutionis dictorum Rhenensium septingentorum dederunt in solidum et tradiderunt praefato spectabili doctori domino Antonio a Prato ibidem praesenti pro se et suis haeredibus ementi et in solutum recipienti et acceptanti infrascripta bona, res et afflictus infrascripti, videlicet:

Primo unum afflictum comunem inter eos cum cui solvit librarum duarum cum dimidia denariorum bonae monetae de Marano, qui afflictus solvit et solvi consuetum per Thomasum Michaelis de Molinariis ville Sardaneae super una petia terrae prativae seccatorum trium posita in pertinentiis dictae vilale Sardaneae in loco ubi dicitur dre ai Colardai infra hos confines: a mane et meridie apud commune, a sero apud Ioannem Nicholai Sardaneae, a septentrione apud Bartholameum Michaelis de Molindinariis Sardaneae pro pretio rhenensium decem in ratione ut supra, de cuius afflictus instrumento rogatus fuit dominus Martinus Malpaga notarius et civis Tridenti sub anno 1523.

Item dominus Ioannes Faustinus antedictus de bonis suis propriis pro parte solutionis dicti crediti Rhenensium septingentorum anni 1527 dedit et in solutum tradidit ipsi domino Antonio a Prato praesenti et acceptanti unam domum muris et lignaminibus aedificatam, cupis cohupertam, cum curtivo apotheca, canipa, cameris et commoditatibus suis et cum servitute aditus et itineris eundi et redeundi per haeredes quondam domini Nicholai Morzanti olim notarii et civis Tridenti, positam et iacentem in civitate Tridenti in contrata Plateolae operarum infra hos ut dixerunt confines: a mane apud haeredes dicti domini Nicholai Morzanti, a meridie apud dictum dominum Ioannem Faustum cum stabulo, a sero apud ipsum dominum Ioannem Faustum cum domo sua, a septentrione apud viam publicam Plateolae seu Plateolam predictam, de instrumento cuius domus permutationis factae per quondam dominum Andrigetum a Berlina notarium et civem Tridenti in ipso domino Ioanne Faustino, rogatus fuit dominus Ioannes Iacobus Calavinus notarius et civis Tridenti sub anno 1522 die iovis octavo mensis maii. Et hoc pretio rhenensium trecentorum in ratione ut supra.

Item unum afflictum librarum triginta septem cum dimidio denariorum bone monete de Marano, cum proprietate cui solvit, qui afflictus solvi consuetum est per haeredes quondam Martii de Perzino olim civis et habitatoris Tridenti super una domo muris et lignaminibus aedificata cupis cohoperta posita et iacente in civitate Tridenti in contrata Mercati veteris seu strovi, a mane apud Simonem Spon macellatorem Tridenti in parte, apud viam comunem qua itur ad flumen Athesis, a meridie apud viam publicam, a sero apud dominos Angelum et Dominicum fratres de Travaionibus Tridenti et similiter apud ipsos fratres de Travaionibus a septentrione, de quo instrumento locationis est dominus Antonius a Berlina notarius et civis Tridenti sub anno 1494. Et hoc pro pretio rhenensium centum et quinquaginta in ratione ut supra.

Item idem dominus Andreas Cribellus suprascriptus pro parte similiter solutionis dicti crediti Rhenensium septingentorum per se et suos haeredes dedit et in solutum tradidit praefato doctori domino Antonio a Prato ibidem praesenti et acceptanti pro se et haeredibus suis suprascriptos afflictus de bonis dotalibus domine Aureliae eius domini Andreae uxore qui dominus Andreas promisit in bonis suis propriis se facturum et iuraturum cum effectu quod ipsa domina Aurelia eius uxor quandocunque placuerit ipsi

domino Antonio confirmare infrascriptae dacioni in solutum de dictis affictibus et praesentem dationem in solidum laudabit et approbabit et... quascumque faciet et iuravit non contravenire neque habilitationem impetrare neque impertitura ullo nquam tempore per se vel per alias personas quomodocumque sub paenis canonicis et... et sub paena Rhenensium centum phisci reverendissimi Tridenti pro dimidia applicanda et pro quo fisco ego Ioannes Malferus notarius uti publica persona stipulans fui et pro alia dimidia ipsi domino Antonio vel suis haeredibus stipulatione praemissa totiens incurrenda et afferenda quotiens contrafactum fuerit et sub refectione omnium damnorum, expensarum et interesse in litte et extra, promittens etc., obligans etc.

Et primo unum affictum librarum decem denariorum bonae monetae de Marano qui solvitur et solvi consuetum est per Iacobum Bruschinum cerdonem Tridenti super una domo muris et lignaminibus edificata et tegulis cohoperta posita in civitate Tridenti in contrata Macelli magni seu sancti Petri, a mane apud viam comunem de ante, a meridie apud haeredes magistri Ioannis trivisani pro utili et pro directo apud Calapinos, a sero apud magistrum Antonium garbarium brixiensem civem et habitatorem Tridenti, a septentrione apud iura Fraternitatis ligonizatorum ecclesiae sancti Petri Tridenti pro Rhenensibus quadraginta in ratione ut supra.

Item unum affictum librarum octo denariorum bonae monetae de Marano qui solvitur et consuetum est solvi per Charolum Laurentii de dicto nomine eius uxoris super una domo muris et lignaminibus edificata tegulis cohoperta posita in civitate Tridenti in contrata Portellae cum uno horto de retro simul in uno tenere, a mane apud Antonium Kegolinum Tridenti, a meridie apud viam comunem, a sero apud Simonem Stefane in Portella, a septentrione apud iura... de retro, de instrumento locationis rogatus fuit dominus Andreas Facinus quondam domini Melchioris Facini de Padua olim Antonii et civis Tridenti sub anno 1465 die veneris 21 novembbris. Et hoc pretio rhenensium triginta duorum in ratione ut supra.

Item unum affictum librarum duarum denariorum bonae monetae de Marano qui solvitur et solvi consuetum per Zordanum filium quondam Ioannis Odorici de Scudellariis de Paho super uno prato posito in pertinentiis Pahi in loco dicto in Soniazo, a mane apud suprascriptum Zordanum, a meridie apud... Luti et Stefanum Seraphini de Villazano et apud Petrum Nicchelae, a sero apud Christoforum de Padergnono habitatorem in Villazano et apud iura altaris sanctae Agnetis ecclesiae sancti Vigilii Tridenti, de instrumento cuius prati rogatus fuit dominus Andrigetus Gislimbertus Trilaci notarius et civis Tridenti sub anno 1528 die decimaseptima martii. Et hoc pro pretio rhenensium octo in ratione ut supra, quod premium dictorum locorum et affictuum tam per ipsum dominum Ioannem Faustinum quam per dictum dominum Andream Cribellum et pro ambis insimul in totum ascendit ad summam rhenensium quinque centum et quadraginta in ratione ut supra, ad habendum, tenendum et possidendum et quidquid domino Antonio a Prato emptori et suis haeredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus et singulis que infra predictos continentur confines vel alios si qui forent ulterius veriores, cum accessibus, ingressibus et egressibus suis usque in viam publicam et cum omnibus et singulis que dictae res venditae habent super se vel infra se seu intra se in integrum omniisque iure et actione usu seu requisitione sibi ex ipsis rebus aut ipsis rebus modo aliquo spectante et pertinente. Et hoc fecerunt prenominati domini Andreas et Ioannes et ambo in solidum et pretio et finito mercato rhenensium quingentorum et quadraginta ut supra, in ratione ut praemissa, quos rhenenses quinque centum et quadraginta prenominati domini Ioannes Faustinus et Andreas Cribellus in solidum ipsi domino Antonio a Prato emptori et acceptanti in

solutum dica loca et affictus suprascriptis pro dicto pretio rhenensium quingentorum et quadraginta ex causa crediti premissi dare et solvere tenebantur et obligati erant ad eorum solutionem ut supra premissum fuit in principio praesentis instrumenti dationis insolutum. Et ita ipse dominus contentus generatim sit pro summa dictorum rhenensium quinque centum et quadraginta ex causa praemissi crediti sibi domino Antonmio ut praedictum est obligatos ipsos dominos Ioannem Faustum et Andream Cribellum in solidum quietavit, liberavit et absolvit, reservato iure sibi domino Antonio et haeredibus suis pro solutione resti dicti crediti contenti in dicto instrumento rogato per dictum dominum Antonium de Grandeis notarium ut in eo instrumento latius exprimitur, cui instrumento in aliquo derogare nec intendit usque ad integralem solutionem et eius crediti plenam satisfactionem, immo omne ius suum salvum esse vult et intendit contra predictos debitores dominos Andream et Ioannem in solidum sibi obligatos pro resto dicti crediti quas res et affictus praedictus dominus Ioannes Faustinus et Andreas Cribellus se nomine ipsius domini Antonii a Prato et haeredum suorum constituerunt in solidum tenere et possidere donec ipsarum rerum et affictuum premissorum possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps eidem et suis haeredibus licentiam omnimodam dederunt, promittentes praedicti domini Andreas Cribellus et Ioannes Faustinus in solidum per se et suos haeredes ipsi domino Antonio emptori pro se et suis haeredibus stipulanti littem, quaestionem seu controversiam aliquam eidem domino Antonmio emptori pro se et suis haeredibus de dictis rebus et affictibus cum proprietatibus vel earum seu earum per se aliquo tempore non inferre nec inferenti consentire sed ipsas res venditas et affictus praemissos in solidum ut supra datos tam in proprietate quam in possessione ei et suis haeredibus ab omni homine, comuni, collegio et universitate legitime deffendere, autorizare et disbrigare et praedictam venditionem et dationem in solutum et omnia et singula suprascripta perpetuo firma et rata habere et tenere et eis non contrafacere vel venire per se vel per alios aliqua ratione, causa vel ingenio de iure vel de facto sub paena dupli estimationis dictarum rerum et affictuum, habita ratione meliorationis quae pro tempore plus valuerit stipulatione praemissa, qua soluta vel non, predicta omnia et singula firma perdurent, item refficere et restituire sibi omnia et singula damna et expensas et interesse in litte et extra pro quibus omnibus et singulis firmis observandis obligaverunt praedicti domini Andreas et Ioannes in solidum per se et haeredes eidem domino Antonio praesenti pro se et heredibus suis acceptanti omnia eorum bona praesentia et futura, insuper praenominati contrahentes anteaque ad alios extraneos.... convenerant solemniter quod quandcumque in fine singuli anni hinc ad annos novem proxime futuros prenominati domini Andreas et Ioannes Faustinus et eorum heredes et quilibet eorum de per se voluerit seu voluerint retro emere per se et non causa vendendi aliis suprascripta bona et affictus predictos ut praemissum est data et datos ipso domino Antonio a Prato pro eodem ut supra pretio possint et valeant ea et eos retro emere ab ipso domino Antonio et eius haeredibus modo infrascripto, videlicet possint seu possit retroemere domum a Plateola operarum Tridenti in tribus vicibus dando et exbursando rhenenses quinquaginta pro singula vice et alii affictus de uno in unum pro eodemmet pretio ut dati sunt in solutum vel in totum, exbursando totum pretii in una vice et ipse dominus Antonius et sui haeredes teneantur seu teneatur franchare pro rata ut fuerit exbursatum et solutum per ipsos dominos Ioannem et Andream et eorum haeredes exbursando modo et forma ut supra ad.... Item praenominati domini Ioannes et Andreas per se et suos haeredes invicem convenerunt insimul dicta bona et affictus de bonis praenominatis inter eos contracta redimere in dicto tempore annorum novem,

promittentes praenominati contrahentes predicta omnia et singula libera firma et rata et eis non contrafacere vel venire per se vel per allios et nihilominus omnia dicta bona et afflictus suprascripti data et dati in solutum remaneant obligata et obligati usque ad integralem retroemptionem eorumdem sub paena dupli dicti contractus et refectione omnium damnorum, expensarum et interesse in litte et extra, pro quibus omnibus et singulis sic firmiter observandis obligaverunt invicem omnia eorum bona praesentia et futura.

S. N. Ego Iohannes filius quondam providi viri ser Sisinii de Malferis de Dro civis et habitator Tridenti publicus imperiali auctoritate notarius praemissis omnibus et singulis una cum prenominatis testibus praesens fui et rogatus ea omnia publice scripsi verun aliis occupatus negotiis per fidellem scriptorem ex scripturis meis vivis et non canzelatis in hanc publicam formam transcribere feci et collationatis concordare inveni et in fidem praemissorum me propria manu subscrispsi signo et nomine meis consuetis munivi in fidem et testimonium omnium praemissorum.

29.

Stenico, 1532 novembre 9.

Gli arbitri della lite tra Fiavè e Larido per il possesso del monte Cogorna sospendono il giudizio per l'impossibilità di salire sul detto monte a causa della molta neve caduta.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quingentesimo trigesimo secundo, inductione quinta, die sabbati nono mensis novembris. In castro Stenici plebis Banali, tridentinae diocesis et in stuba magna praesentibus spectabili viro domino Bartholomeo notario de Cilao Curiae Stenici, magistro Benevenuto, Thomeo Sisti de Stenico, Victore ac Iacobo fratribus filiis Blasii de Cerana comunitate Prevori omnibus praemisse diocesis tridentinae testibus notis et ad infrascripta praesertim rogatis. Coram magnifico generoso domino Ioanne Iacobo barone in Veless capitaneo dignissimo ipsius castri Stenici ac valium Iudicariae cis et trans Duronum pro illustrissimo necnon reverendissimo domino domino Bernardo S.R.E. presbitero cardinali episcopo ac principe tridentino illustrissimo necnon domino domino clementissimo ac paeclarissimo legum doctore domino Andrea Regio cive tridentino ac commissario... pro paelibato reverendissimo in dicto loco tribunali sedente pro infrascripto actu celebrando.

Ibique dictum ac expositum fuit per et intra Ioannem Baiacum de Flaveo tamquam sindicum et procuratorem sufficientem hominum ac comunitatum totius plebis Lomasi et ville Flavei una cum spectabili legum doctore domino Dominico Calveto de dicto Flaveo eius procuratore parte ex una, ac Pasium Ganesii et Peregrinum quondam Bernardini de magistro Antonio de Larido tamquam sindicos et procuratores sufficientes hominum ac universitatum plebis Blezii de supra plebem una cum spectabili iurisperito domino Antonio Brochetta de Caurasto ipsorum procuratorum parte ex altera, qualiter iam nonnullis annis vertitur inter easdem universitates Lomasi ac Blezii de supra plebem lis et controversia ferme immortalia occasione montis Cogornae super eo maxime quia pro altera ipsarum partium transcendatur ultra suos confines in pasculando et incidendo et etiam per homines de supra plebem Blezii (ut asseritur) acceperunt in hestate proxima de causa oves xii hominibus Flavei pro pignore in loco alla Pozza dalla neve et ipsi de Flaveo accusarunt antedictos de supra plebem Blezii seu ipsorum eidem tamquam abactores ovium et receptatores pecorum abactorum et

superinde agitur processus unus in foro Stenici coram praefato magnifico domino capitaneo, alter similiter processus agitur coram praefato clarissimo domino commissario in appellatione producta Tridenti per ipsos de Flaveo et de supra immensae fiunt expensae per ambas partes.

Item qualiter per praefatos dominos capitaneum et commissarium ordinatum fuerat ut die iovis proxime praeterita iidem domini iudices deberent ascendere dictum montem Cogorne et ibi videre locum ipsius differentiae et postmodum desuper suam facere declarationem, sed iter fuit interceptum, quia eoque die mercurii proxime ellapsa in die, et in nocte alta nix ipsum montem occupavit et multum niuxit et ob id multum et longe maiores fient expense inter ipsas partes si litem prosequeretur cum periculo etiam ne aliqua suboriatur scandalum, idcirco praefatus magnificus dominus capitaneus de voluntate ipsarum partium suspendit litem ac eam antedictam vertentem coram officio suo, et advocavit ad se ac in se assumpsit possessionem praedicti montis Cogornae committendo seriose partibus audientibus et intelligentibus quatenus modo aliquo valeant se ingerere in dicto monte Cogornae faciendo actus aliquos possessionis sub poena marcharum 50 toties committens exigere et applicanda Camerae praelibati Rev.mi quoties nomine ipsarum Univeresitatum et in Communi contrafactum aut contraventum fuerit in aliquo, si autem nomine particulari et in privato contrafactum fuerit tunc, et in eo casu ipsa poena sit solummodo de marchis decem pro singula particulari persona et singula vice applicanda ut supra. Item antedictus dominus commissarius de voluntate similiter ipsarum partium suspendit eam ipsam causam appellationis, coram officio Tridenti vertentem, et ydem dominus capitaneus commissarius unanimiter prout de voluntate ut supra declaravit eiusmodi suspensionem et advocationem possessionis locum habere, et suas vires obtinere modis et formis de quibus supra donec et usquequo liquefacta nive et viso loco ipsius differentiae suam desuper declarationem et sententiam protulerit et fecerit: declarantes quod interim fatalia aliqua currere non possint in ipsis causis neque in praeiuditium ipsarum partium et etiam pro praemissis omnia fieri ac exequi debeant inter ipsas partes absque praeiuditio aliquo earumdem Universitatum et iurium suorum et quod autem quod ipsi actores et accusantes ob ipsam suspensionem, ac prorogationem non possint incidere in poena Senatus consultus Turpeliani, ex eo quia ob accusatione... Et quia pro dictae oves XII fuerunt consignatae ad manus praefati magnifici Capitanei ad manndata sua; idcirco ordinavit eas debere restituiri praemissis de Flaveo absque praeiuditio eorum de Blezio de Supra Plebe. Mandantes huiusmodi suspensionem, advocationem possessorii et omnia et singula antedicta propterea promisit sub meliori formiter conditionibus antedictis observari et adimpleri debere, sub poenis de quibus supra. Ambabus partibus praesentibus et consentientibus ut supra. Ego Bartholomaeus Lutherinus notarius de Stenico praesens ac rogatus scripsi ac publicavi.

Ego Franciscus filius q. eximii domini Ioannis Nicollae de Sclemo Plebis Banali diocesis tridentinae publicus imperiali et apostolica autoritatibus notarius ex licentia mihi a magnifico domino locumtenente castri Stenici ad extrahendum infrascriptum instrumentum praedicti quondam Bartholomaei Lutherini ideo antedictum instrumentum extraxi fideliter et me cum signo meo solito subscripsi. Al laudem Dei.

30.

Roma, 1533 agosto 12.

Breve apostolico del papa Clemente VII col quale affida il monastero della ss. Trinità di Trento ai frati Minori della Provincia di s. Antonio.

Clemens papa VII.

Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem. Cum sicut dilecti filii Ioannes Antonius Pona et Thomas de Cazufo cives tridentini nobis nuper exponi fecerunt alias quondam Antonius de Prato laicus tridentinus et utriusque iuris doctor tunc in humanis agens et de bonis suis in eius ultima voluntate testamentum condens inter alia voluerit et ordinaverit quod ecclesia per ipsum Antonium de consensu Ordinarii constructa et ad honorem sanctissimae Trinitatis dedicata ac monasterium quod idem Antonius iuxta dictam ecclesiam suis sumptibus et expensis construi et edificari fecerat et in quo usque ad eius obitum habitaverat monialibus Ordinis sanctae Clarae regularis observantia secundum regulam nuncupatis pro earum usu et habitatione perpetuis concederentur et assignarentur ac monialibus in eo pro tempore existentibus nonnullos annuos redditus ex quibus vivere possint legaverit, volueritque quod monasterium ipsum et in eo pro tempore degentes moniales sub cura fratrum Minorum regularis observantiae manerent, prout in instrumento publico desuper confecto dicitur plenius contineri, praefati Ioannes Antonius et Thomas asserentes se ultimae voluntatis huiusmodi executores deputatos fuisse nobis humiliter supplicari fecerunt ut eis super executione voluntatis et ordinationis praedictarum et autoritatem nostram impartiri dignaremur.

Nos igitur qui religionis propagationem ubique nostris praesertim temporibus intensis desideramus affectibus, huiusmodi supplicationibus inclinati, tibi autoritate apostolica tenore praesentium committimus et mandamus, quatenus si ad id loci Ordinarii expressus accesserit assensus monasterium praedictum sub tua et successorum tuorum pro tempore existentium Provincia sancti Antonii nuncupata ministrorum cura suscipiens eas quae tibi videbuntur Ordinis praedicti moniales et de prima regula nuncupatas ex quibuscumque monasteriis infra disctrictum Provinciae huiusmodi consistentibus diligendas in eodem monasterio sanctissimae Trinitatis autoritate nostra introducas ac eisdem monialibus per te ut praefertur diligendis, ut de earum monasteriis ad monasterium sanctissimae Trinitatis huiusmodi transire, et in eo voto paupertatis et in comuni observanda per eas emisso non obstante sub institutis Ordinis secundae regulae nuncupatae huiusmodi ex annuis redditibus in comuni vivendo degere libere et licite valeant eadem autoritate concedas, ac si opus sit secum superinde dispenses. Nos enim si moniales Ordinis huiusmodi per te in dicto monasterio sanctissimae Trinitatis introduci ctingat, monasterio praedicto, ac illius abbatissae conventui et monialibus pro tempore existentibus, quod omnibus et singulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, favoribus, concessionibus, gratiis, indulgentiis et indultis aliis monasteriis Ordinis et regulae praedictorum in genere concessis ac quibus illa et eorum personae de iure vel consuetudine seu iuxta privilegia per sedem praedictam illis concessa utuntur, potiuntur et gaudere ac uti potiri et gaudere poterunt quomodolibet in futurum uti, potiri et gaudere libere et licite valeant de speciali gratia indulgemus, non obstantibus felicis recordationis Bonifacii papae octavi praedecessoris nostri qua cavetur ne quis Ordinum mendicantium professores nova loca ad habitandum recipere seu recepta mutare praesumant absque Sedis praedictae licentia speciali faciente plenam et expressam ac de verbo ad verbum de prohibitione huiusmodi mentionem, et quibusvis aliis apostolicis constitutionibus et ordinationibus, necnon Ordinis et regulae praedictorum iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die xii augusti MDXXXIII, Pontificatus nostri anno decimo.

31.

Trento, 1533 ottobre 31.

Composizione di una lite e retrovendita di un affitto.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quingentesimo tertio, indictione sexta, die vero veneris ultimo mensis octobris, Tridenti in contrata pallatii episcopalis in stuba domus habitationis meii notarii infrascripti, praesentibus ibidem Bernardo Poma de Paho filio quondam Zaneti et Nicolao filio quondam Michaelis de mansu Vallis Surdae districtus Tridenti testibus ad hec infrascripta vocatis, specialiter rogatis.

Ibique expositum et narratum fuit cum sit quod ser Christophorus Pasius inter alios affictus quos in concambium dederit nomine conventus monialium sanctissimae Trinitatis civitatis Tridenti egregio domino Antonio de Vigulo Vatario, Antonio nomine Iacobi pupilli filii quondam domini Christophori Montagnae pro domo et viridario ipsi conventui prout appareat in rogationibus mei notarii infrascripti, dedit unum afflictum stariorum quatuor frumenti et trium siliginis, qui solvi debeant per filios et heredes quondam Dominici Praef... de Fornace et locis de quibus in ipso contracambii instrumento constat, quos affictus seuque staria quatuor frumenti et tria siliginis ipsa dominus Antonius dicto tutorio nomine exigere non poterat ab ipsis filiis neque eorum gubernatoribus allegantibus et dicentibus se non esse haeredes domini quondam Dominici eorum patris et loca de quibus solvi debebant huiusmodi affictus videbantur aliis personis esse obligati et per consequens videbatur res litigiosa, unde idem dominus tutor requisivit praefatum dominum Christophorum ad solvendum huiusmodi affictus, qui agnoscere volens bonam fidem respectu affictus praesentis anni sibi domino Antonio dicto nomine spectantis, fuit contentus solvere et ut assertum fuit ibidem solvit cum protestatione quod ipse dominus Christophorus non intendebat amplius solvere, sed premium eiusdem affictus obtulit dicto domino tutori prout ex pacto tempore confectionis instrumenti permutationis pro parte dicti affictus... conventum, in ratione rhenensium quatuor pro singulo stario frumenti et rhenensium trium pro singulo stario siliginis, quibus capiunt sumam rhenensium vigintiquinque, quos ipse dominus Christophorus dedit et solvit dicto domino Antonio dicto nomine, computatis rhenensibus decem datis et solutis Gasparino de Scudellariis de Villazano nomine dicti domini tutoris pro augmentatione pretii unius petie terre prout appareat in actis meii notarii infrascripti, renuntiando idem dominus Antonius dicto nomine exceptioni non habitorum et non receptorum dictorum rhenensium vigintiquinque pro quibus ipse dominus Antonius dicto tutorio nomine et eius haeredum iur proprio et imperpetuum pro libero et expedito alodo dedit et retrovendidit ac tradidit dicto domino Christophoro praesenti pro se et suis heredibus rehementi stipulanti et recipienti dictos affictus superius nominatos cum suis proprietatibus unde solvuntur et solvi debent, ad habendum, tenendum, exigendum et possidendum et quicquid ipsi domino emptori et suis haeredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum et cum omnibus et singulis que dicti affictus retrovenditi habent super se, supra de, inter se, intra se in integrum omniqe iure et actione usu seu requisitione sibi ex ea re vel pro ea aut ipsi rei venditae modo aliquo spectante et pertinente. Et hoc nominatim pretio et nomine pretii dictorum rhenensium vigintiquinque in ratione librarum quinque bonae monetae maranensis pro singulo rhenense ut supra habitorum et receptorum renuncians exceptioni doli, mali

pacti conventi actioni in factum conditioni indebiti et sine causa et omni alii suo iuri et legum auxilio sibi competenti et competituro; quas res venditas dictus dominus venditor dicto nomine, nomine et vice dicti domini emptoris constituit tenere et possidere donec dicte rei vendite tenutam et corporalem acceperit possessionem, quam accipiendi et sua propria auctoritate retinendi... deinceps eidem licentiam omnimodam contulit atque dedit promittens dictus dominus venditor dicto tutorio nomine et eius haeredum, eidem domino emptori praesenti pro se et suis haeredibus stipulanti et recipienti de evictione et legitima defensione rei retrovenditae solum et dumtaxat ex dato et facto suo secundum formam iuris et statutorum civitatis Tridenti sub paena dupli dicti pretii solemni stipulatione premissa, quam retrovenditionem et omnia et singula suprascripta semper et perpetuo firma et rata et grata habere, tenere, attendere, observare et adimplere et non contrafacere vel venire per se vel alium, aliqua ratione, causa vel ingenio de iure vel de facto, sub pena antedicta nec non refectionis omnium damnorum expensarum et interesse litis et extra, qua paena soluta vel non quibus damnis et expensis et interesse reffecit vel non, nihilominus omnia et singula suprascripta rata maneant et firma perdurent; pro quibus omnibus et singulis suprascriptis sic firmiter observandis et plenius attendendis, dictus dominus tutor dicto tutorio nomine obligavit eidem domino emptori omnia sua bona praesentia et futura.

S. N. Ego Albertus Ricius filius quondam providi viri ser Mathei Ricii, civis et habitator Tridenti publicus imperiali auctoritate notarius predictae retrovenditionis instrumento et omnibus ac singulis suprascriptis una cum prenominatis testibus praesens fui et ea fieri vidi, audivi et intellexi, sed aliis negotiis occupatus praedictum instrumentum per alium fidelem scriptorem ex originali meo de verbo ad verbum transcribi collationavi et propria manu subscrispi in quorum omnium et singulorum fidem et testimonium signum mei tabelionatus officii solitum et consuetum apposui rogatus et requisitus.

Laus semper sit Altissimo Deo.

32.

Trento, 1538 agosto 29.

Bernardo Clesio investe Michele Hohentale della parrocchia di Wange.

33.

Trento, 1541 ottobre 11.

Cristoforo Madruzzo notifica che ha donato al fratello Aliprando la Torricella, ove poi sarà costruito il convento di s. Bernardino attuale dei Francescani di Trento.

Christophorus Dei gratia electus et consecratus tridentinae etc. Notum facimus per praesentes quos attentes singularem affectum et amorem quem gerimus erga generosum fidelem fratrem nostrum nobis dilectum Aliprandum baronem castrorum Madrutii, Avii et Brentonici necnon fidelia servitia quae idem et progenitores sui, nobis et ecclesiae nostrae impenderunt, eidem et heredibus suis ex spetiali gratia Turesellam cum possessione circumcirca positam, extra civitatem nostram Tridentinam, supra molendina, ex opposito sancti Bernardini, quae fuit quondam presbiteri Odorici de Desideratis, olim capellani capellae nostrae episcopalnis, et quae ad nos post eius mortem, tamquam Ordinarium, iure pervenit, ex spetiali gratia donandam duximus, et

tenore praesentium donamus cum omnibus et singulis iuribus, ad ipsam pertinentibus. Ita ut praefatus frater noster et haeredes sui, dictam Turesellam et possessionem, habere, tenere, et possidere, ac de eis libere disponere possint et valeant, quemadmodum cum caeteris bonis suis propriis disponere possunt absque impedimento aliquo. Quapropter capitaneis, potestatibus, officialibus et subditis nostris quibuscumque praesentibus et futuris committimus et mandamus quatenus dictum fratrem in hac nostra donatione manuteneant ut nullo pacto contra eam molestent, nec ab aliis molestare sinant. Harum testimonio literarum sigilli nostri appensione roboratarum. Datum Tridenti in arce nostra Boniconsilii, die undecima mensis octobris. Anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo primo.

Christophorus"

34.

Venezia, 1550 settembre 6.

Il Doge di Venezia invia le condoglianze al vescovo principe di Trento Cristoforo Madruzzo per la morte del padre.

Beatissime et illustrissime domine. Havemo preso quel dispiacer per la morte dell'illustrissimo signor padre di vostra signoria illustrissima et reverendissima che ricerca et la molta esistimatione che facenimo di sua signoria per le rare sue virtù et la affetione che portamo alla reverendissima signoria vostra la qual è tale che non solo participamo de tutti gli accidenti suoi secondo le loro qualità, ma siamo ancora astretti a farlene segno si come facemo hora col mezzo della presente. Ci dolemo dunque assai con la illustrissima et reverendissima signoria vostra della perdita ch'ella ha fatto per la morte de così nobile, virtuoso et honorato signore, ma per che si come conoscemo che per l'amore et per la pietà l'ha giusta causa di sentirla gravemente, così per la virtù et per la prudentia sua l'è atta a sopportarla moderatamente et con quella equità d'animo che si deve fare tutte le cose humane però non si estenderemo più oltre et faremo fine con pregar nostro signor Dio che doni a vostra Signoria reverendissima ogni satisfatione et contentezza ch'ella stessa desidera. Dato in nostro Ducale Palatio die vi septembbris inductione octava MDL.

Franciscus Donatus Dei gratia Dux Venetiarum et caetera.

35.

Godenzo, 1554 agosto 12.

36.

Pieve di Ledro, 1554 novembre 6.

Giacomo da enguiso vende a Sebastiano Segala una pezza di terra arativa.

37.

Trento, 1556 febbraio 7.

Vendita di un affitto di 6 staia di frumento posto su un campo a Torchio di Civezzano, fatto a favore della monache clarisse della ss. Trinità di Trento.

38.

Sclemo, 1557 novembre 30.

Domenico di Nicola da Sclemo console per l'anno corrente, convoca per mezzo dei

saltari i vicini di Sclemo per ricordare l'obbligo delle fazioni per la chiesa.

39.

Poia, 1558 novembre 3.

Compravendita.

40.

Poia 1565

Frammento di pergamena.

41.

Godenzo, 1568 maggio 2,

42.

Trento, 1568 luglio 5.

Angela di Nicolò Malanotti da Caldes fa il testamento prima di emettere i voti religiosi.

43.

Godenzo, 1572 febbraio 12

Pergamena rosicchiata dai topi.

44.

Telve, 1575 febbraio 25.

Investitura di due terreni situati a Borgo Valsugana.

45.

Trento, 1577 dicembre 13.

Composizione di una lite per terreni a Strada di Cognola.

In Christi nomine amen. Anno ab eiusdem nativitate 1577, indictione 5, die sabati 14 decembris Tridenti in contrata Malpage in stuba domus mei notarii infrascripti, praesentibus Ioanne de Baldessaris de Albiano, Lazaro a Costa de Vatario testibus adhibitis et rogatis. Et quum orta esset controversia inter Matheum de Pedrotis a Strata de Cognola et Ioannem quondam Sigismundi de Villa occasione revolti et petiae terrae arrativae et vitatae haeredum quondam Bernardini de Villa sita in loco Stratae quae loca ambo emere procurabant et se se in oblatione pretii damnificabant. Ideo pro pacifico eorum statu et pro conservanda inter se amicitia antedicti Matheus et Ioannes concorditer se composuerunt et concordarunt ut infra, videlicet quod dictus Matheus cedat de ulterius non se ingerat in infrascriptis revolto et petia terrae pro illis emendis sed permittat ipsum Ioannem illum et illam emere prout melius erit concors cum venditoribus et quod e converso dictus Ioannes concedat prout libere concessit per se et suos haeredes ipsi Matheo acceptanti medietatem muri dividentis amborum ipsorum domos immediate in ingressu domus ipsius Mathei in parte dextra adeo quod ipse Matheus possit et valeat pro libito apodiare dicto muro et fabricare pro collocandis bladis paleis et aliis straminibus absque impedimento et pretio aliquo.

Item quesum fuit quod livellus brentarum 2 vini bulliti qui est constitutus super ipsa petia terrae dictorum haeredum et qui solvebatur nobili domino Christophoro Calapino et bene solvi debet ipsi Matheo debeat omnino per ipsum Ioannem affranchari et liberari in santo Michele anni 1579 absque executione vel contradictione aliqua et qui teneatur solvere ipse ser Matheo pro ipsius livelli liberatione pretium per eandem Matheum solutum praefato nobili domino Callapino in liberatione facta totius livelli ad quem tenebantur dicti haeredes quondam Bernardini et dictus Matheus de qua solutione tutius constare instrumento per me notarium rogatum et transacto ipso termino dictus Ioannes possit omnino via cuius rogi ad dictam affranchationem faciendam que omnia et singula infrascripta promiserunt antedictae partes sibi invicem et vicissim solemniter stipulationibus hincinde intervenientibus perpetuo ratha et firma habere et tenere et eis in aliquo non contrafacere vel venire per se vel alios aliqua ratione vel causa de iure vel de facto sub pena restitutionis quorumcumque dannorum expensarum et interesse litis et extra, firmis tamen semper manentibus premissis in suo robore tam pena ipsa soluta quam non et sub speciali obligatione omnium suorum bonorum praesentium et futurorum generis cuiuscumque.

Ego Iacobus Pompeatus notarius tridentinus premissa scripsi publice rogatus.

S. N. Ego Livius filius quondam ser spectabilis domini Iacobi Pompeati publicus utraque autoritate notarius ex licentia mihi data a clarissimo iurisconsulto domino Hieronimo... Mantuano et in praesentiarum Tridenti pretore etc. relevandi omnia instrumenta rogata per ipsum quondam genitorem meum ut in actis egregii domini Ioannis Pompeati notarii appareat, praesens instrumentum ex illius protocollis pe fidelem scriptorem, me aliis prepedito negotiis transcribere curavi et... adhibita diligenti auscultatione cum ipso originali concordare inveni me subscrispi ac solito mei tabelionatus officii signo communivi.

46.

Poia (Lomaso), 1578 gennaio 20.

Bernardo Riche da Godenzo vende un terreno a Cristoforo Passi pure da Godenzo. Pergamena in cattivo stato.

In Christi nomine amen, anno a nativitate eiusdem Domini millesimo quingentesimo septuagesimo octavo, inductione sexta, die vero lune vigesimo mensis ianuarii, in villa Poiae plebis Lomassi diocesis tridentinae, in coquina ab igne domus habitationis illorum de... praesentibus

47.

Poia, 1578 marzo 9.

Compravendita a Godenzo...

48.

Trento, 1578 dicembre 31.

Bartolomeo Zilio (de Ziliis) detto Coraiola da Trento costituisce 5 affitti sui suoi beni a favore delle monache della ss. Trinità per debiti contratti colle stesse.

In Christi nomine amen, anno a nativitate eiusdem millesimo quingentesimo

setuagesimo octavo, indictione sexta, die vero martis ultimo mensis decembris, in civitate Tridenti in monasterio sanctissimae Trinitatis ad gradam ferream seu parlatorium. Praesentibus ibidem egregio domino Faustino Bertello notario et cive Tridenti, domino Alexandro Costantiae mantuano saponario Tridenti et ser Bernardo quondam Vigilii a Puthea Pahii factore, testibus omnibus rogatis.

Ibidem personaliter constitutus dominus Bartholomeus filius quondam ser Iosephi de Ziliis cognominatus il Coraiola habitator et civis Tridenti. In executione acquisitionis et obligationis facte de qua in instrumento per me notarium rogato die 23 martii anni proxime elapsi 1577 ad quod de iure proprio et imperpetuum pro libero et franco alodo dedit, consignavit et insolatum tradidit reverendis dominabus monialibus sanctissimae Trinitatis, videlicet reverendeae matri dominae Cherubinae Amanziae abbatissae cum omnibus aliis reverendis monialibus ibidem congregatis more solito pulsata campanella ter iuxta solitum, praesentibus, quae omnes hic pro descriptis habeantur cum assistentia excellentis doctoris domini Iosephi Gaudenti earum sindici, praesentibus et insolatum acceptantibus pro sese et dominabus successoribus infrascriptos affictus cum eorum proprietatibus ut solvuntur et qui solvuntur ac constituti sunt, videlicet:

Primo unum afflictum stariorum quatuor frumenti ad comunem mensuram Tridenti qui solvitur omni anno per ser Dominicum Vecletum de Supramonte pro sorte rhenensium viginti quatuor.

Item aliud afflictum stariorum quinque frumenti qui solvitur per Iosephum quondam Valentini Beli de dicto loco pro sorte Rhenensium triginta.

Item aliud afflictum stariorum quatuor frumenti qui solvitur per Iacobum Bailonum et Leonardum de Aliprandis insolidum de Supramonte praefato, pro sorte Rhenensium viginti quatuor.

Item aliud afflictum stariorum duorum frumenti qui solvitur per Valentimum Blaxiolum de Supramonte pro sorte Rhenensium duodecim de dicto loco pro sorte Rhenensium sex ut de premissis constat publico instrumento rogato per me notarium die tertiadecima mensis praesentis ad quod etc.

Ad habendum, tenendum et possidendum et quicquid dictis reverendis dominis monialibus et successoribus deinceps placuerint perpetuo faciendum, com omnibus et singulis que infra predictos continentur confines vel slios si qui forent ulterius veriores. Cum accessibus ingressibus et egressibus suis usque in viam publicam et comunem et cum omnibus et singulis que dicti affictus insolatum dati habent in se, super se, supra seu intra se, in integrum omnique iure et actione usu seu requisitione modo aliquo spectante et pertinente. Et hoc pro sorte rhenensium nonaginta sex in ratione librarum quinque denariorum bone monete maranensis pro singulo rhenense et pro completa ac integrali solutione Rhenensium centum et trium quos dictus dominus Bartholomeus tenebatur ipsis reverendis dominis monialibus et in supra allegato instrumento computatis rhenensibus septem ibidem in auro et monetis datis, etc., salvo et reservato alio affictu librarum octo qui solvitur per ipsum dominum Bartholomeum super domo empta ipsis reverendis dominis monialibus quos quidem affictus ut supra insolutum datos ipse Bartholomeus se nomine et vice ipsarum reverendarum dominarum monialium ac per eius constituit tenere et possidere donec illorum tenutam et corporalem acceperit possessionem, quam accipiendam et eorum propria authoritate retinendam deinceps eidem licentiam omnimodam contulit atque dedit. Dans cedens et transferens ipse dominus Bartholomeus ipsis reverendis dominis monialibus praesentibus et ut supra acceptantibus omnia eius iura et actiones reales et personales,

utiles et directas, tacitas et expressas ac quascumque alias que vel quas habet, habebat vel quomodolibet habere poterat in dictis affictibus et eorum proprietatibus ita quodammodo dictis iuribus et actionibus utilibus et aliis agere possint ipsisque liceat adversus dictos affictalinos et bona obligata uti agere, excipere, replicare, consequi et se tueri et generaliter omnia alia facere que ipsem dominus Bartholomeus facere posset ante praesentem insolutum dationem constituens eas procuratrices inrevocabile et dominas ut in rem suam. Committendo affictalinis absentibus sed tamquam praesentibus quod de cetero dent et solvant dictos affictus predictis reverendis dominis monialibus nominibus quibus supra sicuti et prout sibi solvebantur ante praesentem consignationem. Promittensque de evictione et legitima defensione secundum formam iuris ac statutum civitatis Tridenti de dictis affictibus ut supra insolutum datis vel aliqua eorum parte ullo unquam tempore litem, causam, questionem aut controversiam aliquam non inferre nec inferrenti aliqualiter consentire, sed predicta omnia tam in proprietate quam in possessione legitime deffendere, authorizare, desbrigare ac manutenere ab omni homine, persona, comuni, collegio et universitate et predictam in solutum dationem ac omnia et singula suprascripta semper et perpetuo habere firmam, ratam et gratam ac firma, rata et grata tenere, attendere, observare et adimplere et in aliquo non contrafacere vel venire per se vel alios aliqua ratione, causa vel ingenio de iure vel de facto sub pena dupli premissorum solemni stipulatione semper premissa ac pena refectionis omnium damnorum, expensarum et interesse litis et extra, qua soluta vel non cum ipsis damnis, nihilominus omnia et singula suprascripta rata maneant et firma perdurent, pro quibus omnibus et singulis suprascriptis sic firmiter observandis et plenius attendendis, obligavit dictus Bartholomeus per se et haeredes dictis reverendis dominis monialibus praesentibus et ut supta acceptantibus cum assistentia praefati excellentis domini earum sindici omnia bona sua praesentia et futura etc.

Insuper actum et conventum fuit per pactum expressum quod ipse Bartholomeus pro ipsis affictalinis tamen absentibus teneatur... eisdem... quod si non soilverint affictus singulis annis usque ad festum sancti Martini liceat eo casu et possint predictae reverende domine moniales procedere contra dictum dominum Bartholomeum tamquam principalem seu haeredem ad pignorationem pro consecutione dictorum affictum ut supra signatorum sub debitis renuntiis ibidem expressis absque aliqua condicione et obligatione suprascripta renuntiantesque exceptioni non facte dictae affictus acceptationem ac rei noon sic ut supra et infra gesta et omnibus aliis suis iuribus et legum auxilio ipsis competentibus et competituris etc. Pro qua insolutum datione sic ut supra facta ipse reverende domine moniales quibus supra nominibus cum consensu et assistentia praefati excellentis domini eorum sindici liberarunt, absolverunt et quietaverunt ipsum dominum Bartholomeum praesentem et acceptantem pro se et haeredibus suis a solutione premissa pactumque eidem fecerunt de ulterius quicquam non petendum premissorum occasione, cassaruntque et annularunt instrumentum ut supra allegatum, itaque de cetero nihil valeat respectu dumtaxat ipsarum reverendarum dominarum monialium crediti ac obligationis facere per ipsumque dominum Bartholomeum et per aquilianam stipulationem precedentem et acceptilationem subsequentem legitime et interpositam per utramque partem que omnia et singula suprascripta permiserunt nunc et semper perpetuo habere firma, rata et grata ac in aliquo non contravenire per se vel alios aliqua ratione, causa vel ingenio de iure vel de facto sub pena refectionis omnium damnorum, expensarum et interesse litis et extra, ac sub obligatione omnium bonorum infrascripti monasterii praesentium et futurorum generis cuiuscumque etc.

S. N. Ego Iohannes filius quondam egregii viri domini Antonii Dro de Malferis civis Tridenti notarius publicus collegiatus, premissis interfui et rogatus scripsi publice ac me subscripti etc. verum me aliiis preoccupatus negotiis ex originali meo... transcribi feci et signum mei tabelionatus officii quod apposui etc.

49.

Trento, 1580 dicembre 22.

Lorenzo Remoto guardia pubblica a Trento afferma di aver messo in possesso Guglielmo Sosi da Cognola di una casa situata a Piedicastello, dove abitava Giovanni Mariota.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quingentesimo octuagesimo, inductione octava, die iovis vigesimo secundo mensis decembris. In burgo Pedecastelli in loco infrascripto, praesentibus Ioanne Antonio Pelato de Gardulo superiori, Iacobo Bailono de Supramonte et Andrea eius filio testibus ad infrascripta vocatis et rogatis.

Ibidem Laurentius Rimotus Comilito publicus Tridenti retulit mihi Ioanni notario subscripto se induxisse ad possessionem domus in qua habitat Ioannes Mariota de Supramonte et horti situati in loco Pedecastelli infra suos confines et ad actualem possessionem ibi misisse ser Gulielmum de Sosiis Cognole districtus Tridenti praesentem hunc possessum acceptantem pro se et haeredibus dandoque eidem ser Gulielmo terram, lapides et ligna respective domus et respectivi horti, teram herbam et ligna in signum vere possessionis dicte domus et horti dicens ego te posui ad possessionem vendite domus et horti sicut et prout res sunt; et hoc si... dictus Ioannes nomine domine Angele Ieremie et domini Christofori filii de quibus in actis subhastationis et per ipsum ser Gulielmum aquisitis: protestans dicta bona velle possidere non solum animo sed etiam corporaliter in futurum, de quibus omnibus rogavit me notarium ut publice conficiam instrumentum, ad futuram rei memoriam. Salvo pretio in instrumeto... subhastationis in formam etc.

S. N. Ego Iohannes filius quondam egregii domini Antonii Dro de Malferis notarius publicus et civis Tridenti premissis interfui et rogatus scripsi publice, ac me subscripti signumque meum solitum notariatus apposui. Die septima iulii ibidem, inductione tertia contrata retro fuit quondam ser Gulielmi.

50.

Trento, 1581 aprile 26.

Benardo fu Vigilio dal Pozzo di Povo costituisce due affitti su suoi beni a favore delle monache della ss. Trinità del valore di 30 ragnesi.

In Christi nomine amen. Anno ab eiusdem nativitate millesino quingentesimo octuagesimo primo, inductione nona, die vero mercurii vigesimo sexto mesis aprilis, Tridenti in monasterio venerabilium monialium sanctae Trinitatis ante ferratam auditorii dicti monasterii, praesentibus Petro filio quondam Iacobi de Blanchis de sancto Urso agri vicentini habitatore Tridenti, Romedio Nones de burgo sancti Martini civitatis Tridenti, et Dominico quondam Ioannis de Melioribus de Lono testibus ad infrascripta vocatis et rogatis.

Ibidem existens Bernardus filius quondam Vigilii a Putea Pahi per se et haeredes suos dedit, vendidit et tradidit venerandae sorori Constantia de Mannis de Verona abbatissae dicti monasterii sanctae Trinitatis intra ferratam auditorii existenti, audienti et intelligenti ac amenti stipulanti et recipienti pro se et successoribus suis unum affictum stariorum sex frumenti cum proprietate et directo dominio eiusdem unde solvitur et super qua constitutus est et qui solvitur omni anno in festo sancti Michaelis vel eius octava ipsi venditori, videlicet stariorum quinque per Antonium Zuchatum de Trilaco; et unius starii per Antonium Parisium de Covalo ut patet instrumento (ut dixit) rogato per quondam dominum Sebastianum Riccium notarium Tridenti sub anno 1546, decimo octavo aprilis: ad habendum, tenendum et possidendum et quicquid dictae dominae abbatissae dicto nomine et successoribus suis deinceps placuerit perpetuo faciendum cum omnibus et singulis que dictus affictus cuo eius proprietate habet super se, supra, infra seu intra se in integrum omnique iure et actione usu seu requisitione sibi ex ea, pro ea aut ipsi rei venditae modo aliquo spectante et pertinente. Et hoc nominatim pretio rhenensium triginta in ratione librarum quinque denariorum bonae monetae de Marano pro singulo rhenense, quod premium dictus vendor ex licentia et mandato dominae abbatissae excepit et recepit ex rhenensibus quadraginta uno ipsi dominae abbatissae mediante dicto Bernardo nuper per Romedium Nones de burgo s. Martini in monetis argenti solutis occasione franchationis per ipsum factae affictus rhenensium duorum ut in instrumento per me notarium infrascriptum paulo ante rogato: dans, cedens et renuncians dictus vendor per se et haeredes suos predictae dominae abbatissae dicto nomine pro se et successoribus suis recipienti omnia iura sua et actiones reales et personales utiles et directas, quae, quales et quantas habet, habebat et quomodolibet habere poterat seu videbatur in dicto affictu et proprietate eiusdem, ita quod deinceps suo nomine predictis actionibus agere possit, excipere, replicare, experiri, placitare consequi et se tueri et omnia alia facere et dicere quod facere poterat ipse vendor ante praesentem venditionem, constituens ipsam procuratricem ut in rem suam et ponens eam in locum et omne ius suum quam rem venditam dictus vendor se vice et nomine predictae dominae emptricis dicto nomine tenere et possidere constituit vel quasi donec eiusdem tenutam et corporalem acceperit possessionem, quam accipiendi sua propria auctoritate et retinendi deinceps eidem licentiam omnimodam contulit atque dedit, promittens dictus vendor per se te haeredes suos predictae dominae emptrici pro se dicto nomine et successoribus suis stipulanti de evictione et legitima defensione dictae rei vendiate secundum formam iuris et de ratihabitione omnium premissorum et in aliquo non contrafacere vel venire per se vel alios aliqua ratione causa vel ingenio de iure vel de facto sub pena dipli pretii predicti stipulatione premissa et refectione omnium damnorum, expensarum et interesse litis et extra: qua pena soluta vel non, tamen omnia suprascripta rata maneant et firma perdurent, pro quibus omnibus observandis et attendendis obligavit omnia bona sua praesentia et futura.

Ego Job notarius Tridenti predictis interfui et rogatus scripsi et publicavi etc.

S. N. Ego Julius filius praefati quondam egregii domini Job de Job notarii et civis Tridenti, publicus Tridenti imperiali authoritate notarius ex authoritate mihi alias concessa autenticandi instrumenta et scripturas dicti quondam domini patris mei ut constat in rogatis domini Ioannis Malpheri notarii Tridenti, suprascriptum instrumentum per fidelem scriptorem ex suo protocollo extrahi feci et illud perlectum et concordans inveni sub signo mei officii et nomine solitis appositis edidi et me subscripsi.

51.

Borgo Valsugana, 1581 luglio 1.

I fratelli Giovanni e Antonio fu mastro Baldessare Rizzardi da Borgo Valsugana costituiscono 4 affitti sui loro beni in favore di Battista Ceschi del valore di ragnesi 23.

In Chrsiti nomine amen. Anno eiusdem nativitatis millesimo quingentesimo octuagesimo primo, inductione nona die primo iulii... In Burgo vallis Ausugii et in sala domus mei notarii infrascripti. Praesentibus Bortholo quondam Leonardi de Fumela et Baldessare de Saveno ambobus de Burgo testibus ad infrascripta habitis, vocatis et rogatis.

Ibique Ioannes et Antonius fratres filii quondam magistri Baldessaris Rizzardi de Burgo Ausugano facientes per se eorumque haeredes et uterque ipsorum principaliter et insolatum, renuntiantes beneficio de duobus vel pluribus reis devenditis epistolae divi Adriani novae constitutioni et omni alii eorum iuri, favori et legum auxilio, dederunt, cesserunt, tradiderunt et vendiderunt domino Bernardino filio quondam domini Baptiste Ceschi Burgi praedicti ibi praesenti pro se suisque haeredibus stipulanti, recipienti et ementi

1. unum afflictum summae capitalis rhenensium octo monetae maranensis, cum proprietate unde solvit: qui afflictus solvit et annuatim solvi debet per Ioannem Mariam quondam Rochi Nauritii de Burgo, super una domo discoperta iacente in Burgo Ausugano, cui a mane et a meridie cohaeret emptor, a sero Baldessar a Beata, a momte stratta imperialis ut constat instrumento rogato per dominum Iacobum a Mullis notarium Castelli Thesini de anno 1558 die sexto martii.

2. Item aliud afflictum summaecapitalis rhenensium duodecim, quem annuatim solvit Liberalis Francescatus de Telvo Inferiori super una petia terrae arativa unius starii seminis iacente in Regula Telvii ubi dicitur in Piuvam, cui a mane et a meridie cohaeret dictus Liberalis, a sero mansus Castri Altii, amonte Gaspar Calinus, ut constat instrumento rogato per quondam dominum Christophorum Bazanella notarium de anno 1555 die undecimo martii.

3. Item tertium afflictum summae capitalis rhenensium decem monetae Marani quem annuatim solvere tenentur haeredes Antonii Toffolini super una petia terrae arativa unius starii cum dimidio seminis, vitibus plantata iacente in Regula Telvii superioris ubi dicitur alli Palluati, cui cohaeret a mane et a sero venditor, a meridie haeredes Laurentii Trentini, a monte haeredes Antonii de quo constat instrumento rogato per quondam dominum Baldessarem ab Olleo notario de anno 1539 die quinto mensis maii.

4. Item aliud afflictum summae capitalis rhenensium novem quem annuatim solvere tenentur haeredes quondam Bartholamei Tollini de Telvo inferiori cum proprietate et directo dominio super qua constitutus est dictus afflictus; ad habendum, tenendum et possidendum et quicquid dicto domino emptori suisque haeredibus deinceps in perpetuo placuerit faciendum cum omnibus suis iuribus et iurisdictionibus ad ipsos afflictus quoquomodo spectantibus et pertinentibus. Et hoc fuit nominatim pretio et mercato rhenensium viginti trium monetae Marani, quos dictus emptor pro completa solutione tempore praesentis contractus dedit, solvit et numeravit dictis venditoribus libras septem et carantanis septem in denariis numeratis. Et reliquum confessi fuerunt se habuisse et recepisse a dicto emptore ad praesentem contractum 19 denariis numeratis. Renunciantes exceptioni non habitorum et receptorum dicti rhenenses triginta trium ut

supra speique alicuius futurae numerationis, et doli, mali, vis, metus, fraudis, condictionis indebiti in factum actioni et omni alii eorum iuri, favori et legum auxilio. Quas res cessas et venditas se nomine dicti domini emptoris constituerunt venditori ipsi facere et possidere donec illarum tenutam et corporalem possessionem acceperit, quam accipiendi eorumque propria autoritate retinendi deinceps et licentiam omnimodam contulerunt atque dederunt, renuntiantesque dictum infrascriptae rei totum et universum ius suum tamquam in rem suam propria procuratori, promittentesque dicti vendidores per se eorumque haeredes dicto domino emptori praesenti per se suisque haeredibus stipulanti de evicione et legum deffensione dictarum rerum venditarum contra quoscumque in lite et extra, praedictaque vendita et omnia et singula suprascripta perpetuo firma, rata et grata habere et tenere et non contravenire per se vel alias aliqua ratione, vi, causa de iure aut de facto sub pena dupli pretii suprascripti solemniter praemissa, cum refectione omnium damnorum, expensarum et interesse litis et extra et sub et sub obligatione omnium suorum bonorum praesentium et futurorum; qua soluta vel non, tamen suprascripta omnia perpetuo firma etc.

S. N. Ego Victor filius quondam spectabilis domini Bartholomei Cisci de Burgo Ausugano publicus imperiali auctoritate notarius, praemissis omnibus interfui, eaque rogatus fideliter scripsi et publicavi; sed aliis occupatus praesens instrumentum alii fido scriptori transcribendi tradidi, quo collationato... (la pergamena è mutila nel resto della sottoscrizione notarile).

52.

Verona, 1581 ottobre 14.

Il commercianate Domenico fu Salvadeo Carnessali da Godenzo, abitante da 30 anni a San Bonifacio di Verona, vende due terreni situati a Godenzo, a Cristoforo fu Pasio Pasi da Godenzo per 27 ragnesi.

S. N. In Christi nomine amen, anno a nativitate eiusdem millesimo quingentesimo octuagesimo primo, indictione nona, die sabati quartodecimo mensis octobris, Veronae in scriptoria infrascripti domini Laurentii posita super plathea Dominorum contratae s. Mariae antiquae, praesentibus Francisco quondam Henrici Chiaverii et Antonio filio Hieronymi de Fornariis ambobus de sancto Sebastiano atque domino Daniele notario quondam domini Francisci de Sacco de sancta Euphemia Veronae testibus etc.

Ioannes Dominicus Merzarius filius quondam Salvadei de Carnessallis de villa Gaudentii subtus plebem de Lomas Iudicariae territorii tridentini habitator iam annis triginta in villa sancti Bonifacii territorii veronensis, per se et suos haeredes pro prima petia terrae et interveniens uti procurator Omniboni quondam Peregrini quondam de dicta villa Gaudentii pro secunda petia terrae ex speciali procura manu Aeneae notarii de Notariis 27 septembbris proxime praeteriti visa et lecta per me notarium, titulo venditionis iure proprio et perpetuum dedit, vendidit et tradidit magistro Christophoro filio quondam Pasii de Pasiis de dicta villa Gaudentii praesenti et ementi pro se et haeredibus suis ac vice et nominibus Dominici et Simonis fratrum suorum, unam petiam terrae aratoriam cum vitibus in dicta villa Gaudentii in contrata sive Regula de Puglia dicta gli Onti de duabus partibus dicti amptoris, de alia via communis et de alia ser Franciscus frater vendoris circa duo staria salva veriori mensura.

Item unam petiam terrae aratoria garbaria iacentis in pertinentia de Pogia subtus ipsam plebem de Lomas in ora del Campo grande, de una parte emptores, de alia

Iacobus de Pasiis, de alia hhaeredes Bartholomei et Antonii de Fraris et de alia via consortium, cica trium staria et si qui alii sunt aut esse consueverunt veriores confines dictis petiis. Ad habendum, tenendum, uti, frui et possidendum et quicquid ipsis emptoribus et haerredibus de dictis rebus venditis deinceps perpetuo placuerit faciendum una cum omnibus et singulis quae infra praedictos continentur confines vel alios si qui forent veriores, accessibus, egressibus ac servitutibus suis usque in vias publicas et cum omnibus et singulis quae dictae res venditae habent supra, infra et extra se in intregrum, omnique iure, actione, usus ac servitute ipsis rebus venditis, quae praedictis venditionibus pro eis vel ex eis modo aliquo pertinentibus, precio Raynensium quinquaginta sex et carantanorum viginti in totum in ratione marcellorum novem monetae veronensis pro quoquo, scilicet raynensium viginti quinque pro prima petia terrae et reliquorum raynensium trigintaunius et carantanorum viginti pro secunda petia terrae. De quibus dictus Christophorus ibi realiter dedit raynenses vigintiseptem dicto Ioanni Dominico acceptanti in monetis et restum dictus vendor sponte dixit et confessus fuit habuisse et recepisse a dicto Christophoro instante et confessionem acceptante et renunciavit exceptioni non sic per eum factae confessionis et non recepti ipsius resti, speique alicuius futurae receptionis illius et generaliter cuilibet alii suo iuri et legum auxilio. Cedens et mandans dictus vendor ex causa praesentis contractus pro se et ut supra, eidem emptori pro se et ut supra acceptanti omnia et singula sua et Omniboni iura, omnesque actiones et rationes reales et personales utiles et directas et alias quascumque sibi et Omnibono quomodolibet competentes et competituras contra et adversus authores suos et maiores et alios quoscumque de iure obligatos eorumque omnium haeredes et bona in sorte duplis penis damnis et interesse et in quibuscumque aliis stipulatis promissis et obligatis pro evictione et legitima dictarum rerum venditarum defensione, faciens et constituens dictum Christophorum acceptantem et alios eius fratres absentes procuratores irrevocabiles in rem suam et ponens illos in locum ius et esse suum ita ut deinceps suo nomine proprio actionibus utilibus et directis et aliis quibuscumque agant, exigant, tueantur, transigant et componant tamquam veri domini et proprietarii, Quas res venditas dictus vendor eorumqdem emptorum nominibus tenere et possidere constituit donec de eis tenutam et corporalem acceperint possessionem, quam accipiendi utrum propria an iudicali maluerit autoritate et in se deinceps perpetuo retinendi eidem emptori acceptanti pro se et ut supra licentiam plenariam contulit. Et per solemnem stipulationem promisit dicto Christophoro pro se et haereditibus suis stipulanti ac mihi notario publico stipulanti nominibus ipsorum Dominici et Simonis absentum, numquam litem, causam aut questionem aliquam in dictis rebus venditis facere vel movere, nec facienti aut facere vel movere volenti consentire. Sed potius ipsas res venditas eisdem emptoribus et successoribus semper et perpetuo legitimate defendere, authorizare et expedire ab omni persona, comuni, collegio, capitulo et universitate, cum ratione impediente omnibus suis et dicti Omniboni in casibus suis expensis. Et promissa omnia et singula aolemniter promisit idem vendor pero se et ut supra semper et perpetuo inviolabiliter observare et numquam in aliquo contrafacere vel venire, sub pena dupli suprascripti precii stipulatione promissa. Pro quibus observandis obligavit eidem emptori pro se et ut supra omnia sua et Omniboni bona generis cuiuscumque, praesentia et futura, quae bona pero eis tenere et possidere et quasi constituit usque ad praemissorum omnium et singulorum plenissimam observationem.

Ego Hieronymus filius domini Francisci notarii de Ruffis de contrata sancti Mathaei cum curtinis Veronae publicus imperiali authoritate notarius, praemissis

omnibus interfui et rogatus ea publice sed extraxi ab actis domini Laurentii de Bonioannis notarii in quorum etc.

Nos Marcus Antonius Memo pro illustrissimo et serenissimo ducali domino Venetiarum et Veronae potestas quoscumque magistratus ad quos id spectare posset ceterosque provayos praesentium tenore certiores reddimus eisdemque veritatis testimonium perhibentes denotamus suprascriptum Hieronymum de Ruffis de praemissso publico instrumento rogatum esse. Notarium publicum legalem et fide dignum, bonae opinionis et famae illisuque publicis scripturis omnibus ut supra roboratis plenam fidem adhibendam esse tam in iudicio quam extra. In quorum fidem praesentem fieri iussimus et sigillo sancti Marci muniri.

Datum Veronae die lunae VI novembris MDLXXXI.

Veronesius Quanter etc.
cancellariae mandato

53.

Trento 1582 settembre 5.

Antonia vedova Cortelli vende una casa situata nella contrada Lata o dei Bellenzani a Trento, a Giordano Girodani.

54.

Villa Banale, 1583 febbraio 5.

Giovanni Fedrigazzi detto della Massenza da Godenzo vende a Cristoforo Pasi pure da Godenzo un terreno.

55.

Trento, 1583 maggio 26.

Luigi Cinagi vende un fondo alla Torresella al cardinale Lodovico Madruzzo per 35 ragnesi.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quingentesimo octuagesimo tertio, indictione undecima, die sabbati vigesimo sexto mensis martii, in castro Boni Consilii de Tridente, praesentibus ibidem reverendo domino presbitero Pompeo Arnoldo beneficiato in ecclesia cathedrali Tridenti ac plebano in ecclesia sanctae Mariae Magdalena de Tridente praemisso et Ioanne quondam Pasoti Vide de Zuzado plebis Thioni ac Odorico quondam Antonii ab Oppio habitatore Tridenti, testibus ad infrascripta omnia et singula vocatis et rogatis.

Ibique personaliter constitutus magister Aloisius quondam Urbani de Cinagis veronensis sartor et habitator Tridenti per se suosque haeredes iure emphiteutico et cum onere solvendi omni anno haeredibus quondam nobilis domini Gasparis del Ben de Roboreto libras quinque denariorum pro capitale renensium 20 et franchitari quandocumque praedicti renenses 20 ut dixit apparere instrumento investiture rogato per egregium dominum Job notarium sub anno 1573 die 14 septembbris, nec non cum alio onere solvendi omni anno conventui s. Francisci extra menia Tridenti livellum soldorum 5 salvis tamen et reservatis iuribus dicti dominorum directi dominii et si et quatenus placeat et huic contractui consentire vellet et non aliter modo dedit et vendidit reverendo et magnifico domino archipresbitero Nicolao Arnoldo magistro

domus illustrissimi et reverendissimi domini domini Ludovici Madrucii cardinalis episcopi ac principis tridentini dignissimi ac vice et nomine praefati illistrissimi domini et haeredum illis ementi et recipienti locum arativum vineatum ac buschivum situm in pertinentiis Tridenti in loco supra Toresellam dicti illustrissimi domini et supra molendinos sitos supra dictum conventum sancti Francisci infra hos confines, videlicet versus mane et septentrionem apud viam comunem, meridiem praefatum Illustrissimum et reverendissimum dominum cardinalem, versus sero illustrem dominum comitem Hieronimum de Lodorono et partim haeredes quondam domini Antonii a Valle et forte apud alias plures et veriores confines ad habendum, tenendum et possidendum et quicquid dicto illustrissimo et reverendissimo domino cardinali suisque haeredibus deinceps perpetuo placuerit faciendum cum omnibus et singulis quae infra praedictos continentur confines vel alias si qui forent ulterius veriores cum accessibus et egressibus suis usque in viam publicam et comunem et cum omnibus et singulis quae habet super se, supra intra seu infra se in integrum omniue iure et actione, usu seu requisitione sici ex dicta re pro dicta re aut ipsi rei modo aliquod spectante et pertinente. Et hoc nominatim pretio et nomine pretii Rhenensium triginta quinque in ratione librarum quinque maranensium pro singulo Rhenense, quos idem reverendus dominus magister domus in testium suprascriptorum meique notarii infrascripti praesentria dedit, solvit et numeravit dicto magistro Aloisio venditionis illos ad se Rhenenses viginti quinque in tot iustinis et duplicibus iustinis et aliis rhenensibus 10 pro completa solutione dicti pretii fuit confessus et contentus habuisse et recepisse, exceptioni non habitis et non numeratis dictis Rhenensibus 10 pro integra solutione dicti pretii et omni alii suo iuri et legum omnium auxilio omnino renuncians; quam rem venditam idem vendor se vice et nomine dicti illustrissimi et reverendissimi domini cardinalis et pro eo tenere et possidere constituit donec et quounque illius possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi sua propria auctoritate et retinendi deinceps eidem et et dicto reverendo domino magistro domus eis nomine stipulanti et acceptanti contulit atque dedit, promittensque idem magister Aloisius vendor per se suosque haeredes dicto reverendo domino magistro domus et mihi notario infrascripto uti publicae personae vice et nomine praefati illustrissimi et reverendissimi domini cardinalis et haeredum illius stipulantibus et recipientibus de evictione et legitima defensione dictae rei venditae secundum formam iuris et de rato et rati habitione omnium et singulorum suprascriptorum sub pena dupli dicti pretii solemini stipulatione praemissa et refectionis omnium damnorum, expensarum ac interesse litis et extra, qua pena soluta vel non nihilominus omnia et singula suprascripta rata maneant et firma perdurent sub hypotheca et obligatione omnium bonorum suorum praesentium et futurorum suprascriptis omnibus et singulis praesens Antonius quondam ser Ioannis de Praxis de Nano vallis Ananiae habitatoris Tridenti parabolam dans et consentiens ac renuncians et cedens locatrioni et investiture sibi per antea factae de dicto loco per dictum magistrum Alovisium anno praeterito quam ambo comuni consensu revocarunt et annularunt in omnibus et per omnia ita et taliter quod sit nulla et nullius valloris et momenti in forma etc. et ipso domino magistro domus quo supra nomine acceptante.

S. N. Ego Thomas filius quondam providi viri Matthaei Benassuti civis Tridenti publicus imperiali auctoritate notarius, quia praemissis interfui et ea rogatus in notam scripsi et publicavi. Hoc praesens instrumentum aliena manu me aliis occupatus negotiis ex originali meo fideliter scriptum et facta auscultatione concordari inveni subscripti cum signo nomineque meis solitis requisitus etc.

Ad laudem Dei omnipotentis.

56.

Trento, 1586 marzo 1.

Giovanni fu Nicolò Leonardi, fu Alessio Tomasi e Giovanni fu Cristele Rambaldo da Miola costituiscono alcuni affitti sui loro terreni per il valore di 200 ragnesi a favore di Antonia fu Bartolomeo Iosi da Nanno vedova di mastro Antonio Corteleri da Arco già mugnaio a Trento.

In Christi nomine amen, Anno ab eiusdem nativitate millesimo quingentesimo octuagesimo sexto, indictione quartadecima, die sabbati calendis martii in civitate Tridenti in Platea magna in stuba domus domini Thomae Benasuti notarii, praesentibus ibidem domino Faustino filio quondam Hieronymi Bertelli de Prevorio notario Tridenti et Antonio filio quondam Iacobi Zanelli de Vigulo Basilicae portitore Tridenti et aliis testibus ad infrascripta rogatis.

Ibique Ioannes filius quondam Nicolai de Leonardi filii quondam Alexii de Thomasiis et Ioannes dictus anser filius quondam Christeli Rambaldi omnes de Miola Pinedi districtus Tridenti et quilibet ipsorum principaliter in solidum per se et suos haeredes iure proprio et imperpetuum pro libero franco et expedito allodio dederunt, vendiderunt et tradiderunt dominae Antoniae filio quondam Bartholomei de Josiis de Nano uxori relictæ quondam magistri Antonii de Cortelerii de Archo olim molinarii Tridenti et eius haereditati in testamento rogato per me notarium infrascriptum die (*spazio bianco*) ibidem praesenti pro se et Dominica filia quondam Iacobi gastaldi de Tridento... unum afflictum perpetualem denariorum triginta trium et unius tertii alterius starii frumenti ad comunem mensuram Tridenti una cum proprietate et directo dominio unde solvit et solvendum ut infra... illustrissimi et reverendissimi domini Tridenti et pacta solita et infrascripta solvendum per vendidores haeredes et successores in rebus et bonis infrascriptis et inferius obligatis et quando libet ipsorum principaliter et in solidum, quem afflictum posuerunt et constituerunt ac locaverunt super infrascriptis et aliis bonis suis omnibus praesentibus et futuris semper in solidum et infra et in spe... super una petia terrae aratoria et prativa unius plodii vel circa in pertinentiis Miolae in loco alla Lovara a mane apud Leonardum Pozel et comune, a meridie et sero Ianesinas, a septentrione via communis.

Item super uno campo stariorum duorum seminis in dictis pertinentiis in loco sotto al Piazo, a mane apud Leonardum suprascriptum et Iacobum Slop, a meridie viam consortalem et fumadios, a sero Gaparem del Anz, a septentrione Petrum de Sigel et super omnibus aliis suis bonis in electione emptricis quondam etc. Ioannes Rambaldus vero constituit super uno campo arativo stariorum octo seminis in circa in loco al Ronco della Gressela, a mane apud Baldessarem Fidelem, a meridie Mauritium Fidelem, a sero Bernardum Slop et Iacobum Slop, a septentrione viam comunem.

Item super uno prato plodii unius vel circa in loco sotto al Piazo, a mane apud Thomam Fidelem, a meridie comune, a sero Michaelem del Friz, a septentrione apud venditorem et super omnibus aliis suis bonis ut supra in electioine emptricis etc. Leonardus de Thomasiis constituit super uno campo arativo unius plodii vel circa in dictis pertinentiis in loco in Cadrobi, a mane apud Mauritium della Betta, a meridie et sero Anz Slop, a septentrione Gasparem del Anz etc.

Item super uno prato medii plodii vel circa in dictis pertinentiis in loco in Giarre, a mane apud Iacobum Slop, a meridie et septentrione Thomasium suprascriptum, a sero

viam comunem et super omnibus aliis suis bonis ut supra in electione dictae emptricis et forsan apud alios veriores confines. Ad habendum, tenendum et possidendum et quicquid dictae emptrici dictis nominibus et haeredibus ac successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum cum omnibus et singulis ad dictum afflictum proprietate, bona et personas obligatas spectantibus pertinentibus. Et hoc nominatim pretio rhenensium ducentorum in ratione carentanorum sexaginta bonae monetae maranensis pro singulo rhenense, ibidem pro dicta domina Antonia datorum et numeratorum dictis venditoribus praesentibus et acceptantibus in tot bonis monetis aureis et argenteis... quos rhenenses ducentos dicta domina Antonia praesens in executione procurantiae seu decreti hodie facti per magnificum dominum Ioannem Baptistam Busetum doctore et pretorem Tridenti nunc... rogati per dictum dominum Faustum Bertellum notarium suprascriptum continente inter ipsam dominam Antoniam ex una et dominum Iordanum de Iordanis filium quondam ser Antonii de Iordanis de Dureo plebis Blezii vallis Iudicariarum notarium Tridenti levavit et accepit e manibus domini Tomae Benasuti notarii Tridenti depositarii apud quem uti dicitur fuerunt depositati per dictum dominum Iordanum praesentis et dictum depositum consignatis et restitutis et illos dicta domina Antonia investivit iuxta obligationem quam habebat cum dicto domino Iordano pro parte solutionis domus ab ipsa domina Antonia emptae in rogationibus dicti domini Thomae Benasuti notarii die quinto septembris 1582 pro qua parte et rata soluta seu locata ut supra absolvit et quietavit dictum dominum Thomam uti depositarium et me notarium infrascriptum uti publicam personam si et in quantum facere possum stipulente nomine dicti domini Iordani absentis quod aquilianam stipulationem pendentem et acceptillationem subsequentem respective legitime impositis renuntiantes omnes et singulas respective exceptioni non factorum praemissorum habitorum omnium suprascriptorum doli mali pacti... in factum condictioni indebiti sive causa et omni alii suo iuri et legum auxilio sibi et cuilibet eorum competenti et competituro, quam rem constituerunt tenere et possidere nomine dictae emptricis respectu directi dominii et proprietatis donec eiusdem tenutam et corporalem acceperit possessionem, qua accipiendi sua propria auctoritate et retinendi deinceps eidem licentiam omnimodam contulerunt atque dederunt in solidum ut supra promittentes de evictione et legitima defensione rerum venditarum secundum formam iuris et lite aliqua sibi non movere nec moventi consentire et per alios movenda in se assumere et expensis propriis in iudicio et extra ab omni persona collegio et universitate legitime tueri defendere auctorizare et disbrigare de dicta venditione et omnia suprascripta semper et perpetuo firma, rata et grata habere, tenere, attendere, observare et adimplere et in aliquo non contrafacere vel venire per se vel alios aliqua ratione, causa vel ingenio de iure vel de facto sub pena dupli pretii suprascripti et refectionis damnorum omnium, expensarum et interesse litis et extra, qua soluta et quibus refusis vel non, rata maneant nihilominus omnia suprascripta et firma perdurent et promiserunt dicti venditores in solidum ut supra dicta bona omnia et singula meliorare et de bono in melius promovere et non deteriorare et dictum afflictum dare, solvere et praesentare dictae dominae emptrici, haeredibus et successoribus in re et ad rem emptam perpetualiter omni et singulo anno in sancto Michaele vel octava cum pactis solitis et infrascriptis videlicet si primo anno cessatum fuerit a solutione integrali dupletur affictus, in secundo indupletur, in tertio tridupletur et si per triennium continuum cessatum fuerit cadant ab omni iure suo utili dominio et melioramentis rerum obligatarum quae devenant ad dominam emptricem ut supra nomine penae... sibi non liceat vendere ius suum utile omnium et melioramenta alicui vendere vel alii obligare sine licentia et requisitione dominae emptricis vel haeredum

aut successorum, cui emere volenti minori pretio viginti solidorum de eo quod re vera ab aliqua alia persona haberi potuerint dare et vendere tenenatur, ipsa vero emere nollente, tardante vel negligente lapsis quindecim diebus a denuntia sibi legitime facta, tunc dent et vendant cui maluerint exceptis servis, iudeis, militibus, religiosis vel potentibus qui solutionem impedire possent et nulla alia superimposita fieri debeat inter eos salvo et reservato pacto perpetuo dictis venditoribus, haeredibus et successoribus in rebus et ad res venditas et obligatas quod quandocumque et quotienscumque perpetuis futuris temporibus et per centum vel mille annos non praescribendas dabunt, solvent et restituent dictae dominae emptrici, haeredibus et successoribus in rebus et ad res suprascriptas rhenenses ducentos in ratione praedicta affictus incursos pro rata temporis et mercedem praesentis instrumenti teneatur illos recipere et rem venditam bona et personas obligatas franchas retrovendere et liberare ac restituere cum generalibus et specialibus clausulis et retroinvestire per cautione praedicta in solemni et generali forma et ad praesentiam dictorum venditorum ibidem personaliter praesentes Thomas filius quondam Anzeli Fidelis de Miola, Pasquinus filius quondam Anzeli Brusigni de Ricaleo et Antonius filius quondam Petri de Sandris de Sternico Pinedi et quilibet ipsorum principaliter et in solidum per se et eorum haeredes facientes se non teneri sed conditione vel se volentes se efficaciter obligare constituerunt se fideiussores et principales debitores pro dictis venditionibus haeredibus et successoribus in solidum ut supra quod solvent et attendent et observabunr omnia et singula in suprascripto instrumento contenta uti attendent et observabunt de suis propriis bonis quae obligant in solidum praesentia et futura in electione dictae emptricis dictis nominibus renuntiantes auctoritate praesenti C de fideius... novis et veteribus Constitutionibus ac de uno vel pluribus reis debendis ac omni alii suo iuri et legum auxilio sibi competenti et constituens per me notarium de omnibus suprascriptis quos fideiussores et quemlibet eorum stipulantes et se ut supra dicti venditores nominibus suprascriptis et principaliter ac in solidum indemnes conservare promiserunt sub pena et obligationibus suprascriptis. Insuper ex speciali pacto conventum fuit quod si defecerint in solvendo aut in aliis ut supra possint in solidum pignorari et quod fiat... vel pignoratio posset procedi unico incanto vel pignoratione contra alios vel alter ipsorum semper in electione dominae emptricis ut supra etiam quod unus tantum mandatis vel cedulis sit vocatus semper intelligantur omnes vocati in solidum ut supra non obstantibus quorumcumque in contrarium per quorum omnium et singulorum observationem obligarunt omnia eorum et haeredum bona praesentia et futura.

S. N. Ego Leonardus filius quondam Ioannis Antonii de Columbinis de Trilaco civis et habitator Tridenti publicus notarius suprascriptis omnibus interfui et rogatus publice scripsi sed aliis

57.

Trento, 1586 dicembre 15.

Vendita di un prato alla Silla di Pergine.

58.

Trento, 1590, febbraio 4.

Controversia e pacificazione avvenuta in seguito ad una rissa fra Guglielmo Sosi e Polo Zatelli da Cognola. Pace fatta con una stretta di mano invece che con il bacio di pace.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate millesimo quingentesimo nonagesimo, indictione tertia, die dominico quarto mensis februarii. Tridenti in contrata Latta in studio domus et habitationis mei notarii infrascripti, praesentibus ibidem Carlo de Carlo habitatore Tridenti, ser Gotardo quondam Dominici de Gottardis de Pisavacha et ser Baptista quondam Iacobi Zateli de Cognola supra Tridentum omnibus testibus ad infrascripta vocatis et rogatis.

Ibidem expositum et narratum fuit cum sit quod superioribus diebus occurserint quedam vulnera per et inter ser Gulilemum de Coziis (=Sosiis) Cognolae praedictae mediante Petro eius filio vulnerato, et ser Antonio Perino nominatim agente pro vendicatione fratre dicto vulnerato ac Coradinum filium quondam alterius Coradini Salveti de Basilica habitatorem in loco Paradisi extra et supra sanctum Franciscum et Iorium quondam Gottardi Pelegrini a Strata Cognolae praedictae pro parte Vendremini ex una et inter ser Polum Zatelum eiusdem loci pro Francisco filio assistente controversiae et ser Vigilium de Sosiis praedictis pro Dominico filio ex altera. Pro quibus vulneribus hinc inde illatis dubitabat verti lis et controversia, unde dictae partes volentes lites effugere et expensas parare ac amicitiam conservare de comuni consensu per tactum manus loco osculi pacis sibi invicem praepararunt et pacem fecerunt remittentes omnes iniurias et rationes ac offensiones hinc inde illatas. Et occasione damnorum tam passuum quam patiendi respectu vulnerum et expensarum hinc inde dictae ambae partes per sese et haeredes ac nominibus quibus supra sese compromiserunt et compromissum fecerunt in nobilem dominum Evangelistam Cherubinum electum parte ser Gulilemi Sosiis praedicti et consortum et dominum Simonem Calianerum civis (sic) Tridenti electum parte ser Poli Zateli et consortes absentes uti praesentes in compromissarios et comunes amicos dantes et concorditer dictae ambae partes pro sese et haeredibus ac nominibus quibus supra dictis dominis compromissariis licet absentibus omnem libertatem, facultatem, potestatem et licentiam decidendi, laudandi, componendi, transigendi et limitandi omnes eorum controversias et rixas tam ortas quam dicta de causa oriundas de iure ac de facto ac de alto et basso ac prout eisdem dominis compromissariis visum fuerit et placebit quomodocumque et qualitercumque stando vel sedendo diebus feriatis vel non, ac citatis partibus vel non, una praesente et altera absente ac prout eisdem videbitur et placebit. Promittentes dictae ambae partes per sese et haeredes ac nominibus quibus supra, dictis dominis compromissariis licet absentibus seu mihi notario infrascripto uti publicae personae eius nomine stipulanti et acceptanti omne id totum quod per dictos dominos compromissarios decisum, laudatum, compositum, transactum et limitatum fuerit, habere firmum, ratum et gratum ac non contraventuros per sese nec alios aliqua ratione, causa vel ingenio, de iure vel de facto sub pena rhenensium vigintiquinque denariorum, quorum medietas applicetur camarae phisco pro qua ego notarius infrascriptus uti publica persona stipulatus fui et altera medietas parti attendenti et per contrafacentem solvendam totiens contrafactum fuerit ac pena refectionis omnium damnorum, expensarum et interesse litis et extra obligantesque dictae ambae partes pro sese et omnibus quibus supra invicem et vicissim omnia bona sua et consortium praesentia et futura.

S. N. Ego Ioannes filius quondam egregii domini Antonii Dro de Malferis civisque Tridenti notarius publicus praemissis interfui et rogatus scripsi publice ac manu propria ac me subscripti. Verum me aliis praepedito negotiis ex originali meo omnia antedicta transcribere feci signumque meum solitum in margine apposui. Ex... Sosii tamen...

solvit quatuor...

59.

Trento, 1597 febbraio 9.

Bartolomeo Corazini da Trento si affrancò di un affitto di tre staia di frumento da Leonardo Zentilini da Strada di Cognola. A sua volta Leonardo aveva bisogno di denaro per cui chiese al detto Bartolomeo di prestargli quei soldi, che assicurò sui suoi beni ecc.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, indictione decima, die dominico nono mensis februarii. Tridenti in contrata Lata in stuba domus habitationis mei notarii: praesentibus ibidem magnifico domino equite Guglielmo Horzano Tridenti, domino Simone Piloni de Clesio scriptore filio domini Ioannis et ser Ludovico fratre subscripti ser Leonardi Filipi, testibus ad infrascripta rogatis.

Ibidem expositum fuit qualiter die hesterna facta fuerit franchitatio afflictus stariorum trium frumenti per dominum Bertolameum Corazinum civem Tridenti ser Leonardo quondam ser Baptista Filipi de Zentilinis a Strata Cognolae ut in instrumento per me notarium rogatum etc. Unde dictus ser Leonardus indigens pecuniis causa se liberandi ab uno affictu qui solvitur domino Nicolao Consolato, per ipsum et haeredes quondam domini Mathei de Pedrotis a Strata praedicta in solidum obligatos ut dixit, rogabit ipsum dominum Bartolomeum ut vellet sibi restituere sortem antedicti afflictus franchitati, videlicet Rhenenses decem et octo et rhenenses sex et libras tres pro retentis eorum quatuor ac libras septem pro mercedibus instrumenti in solutiones habitas respective et reducere dictum afflictum in eius pristimum statum ac modo et forma prout erat ante dictam franchitatem; itaque ipsa franchitatio habeatur pro... obligandoque se in futurum esse afflictum et solvere dictum afflictum prout ante dictam franchitatem per ipsum solvebatur; ita et taliter quod si franchitatio facta non esset, qui dictus Bartolomeus attentis praemissis contentus fuit habere gratam sibi facere et sic in eorum executione. Ibidem ad praesentiam testium suprascriptorum et mei notarii dedit, solvit et numeravit sive restituit antedicto ser Leonardo praesenti et acceptanti pro se habere antedictos rhenenses et summas in eisdem aureis et non argenteis prout habuit ab ipso Leonardo de sorte supradicti afflictus qua pro supradictis incursis ac mercedibus suorum instrumentorum constitutis; qua restitutione sic ut supra facta ipse ser Leonardus de cetero se obligavit solvere suis loco et tempore donec se liberabit dictum afflictum eidem domino Bartolomeo praesenti et ut supra acceptanti modo et forma prout antea dictum est. Cassando dictam franchitatem tenore praesentis, ita quod non possit sortiri effetum aliquem, sed pro nulla et cassa ac pro non facta habeatur. Et ita in futurum dictus Bartolomeus exigere possit ipsum afflictum modo et forma prout in eius instrumentis ad quae etc. Promittendo ser Leonardus firma et rata habere omnia antedicta ac illis non contravenire per se et alias aliqua ratione, causa vel ingenio de iure vel de facto sub pena refectionis damnorum, expensarum et interesse litis et extra, obligandoque ad has suprascriptas ser Leonardus Filipes per se et haeredibus eius dicto Bartolomeo praesenti stipulanti et acceptanti pro se et habere omnia bona sua praesentia et futura.

S. N. Ego Iohannes filius quondam egregii domini Antonii Dro de Malpheris civisque Tridenti notarius publicus praemissis interfui et rogatus scripsi publice ac me subscripti signumque meum solitum in margine apposui.

60.

Cles, 1599 dicembre 18.

Michele di Giovanni Micheli da Maiano di Cles acquista da Giovanni fu Simone Begnudel da Dres un prato alla Crosetta.

Emptio Michaelis filii Ioannis de Michaelibus Maiani a Ioanne filio quondam Simonis Begnudel Dresii.

In Christi nomine amen. Die 18 decembris a nativitate Christi 1599, indictione 12, Clesii vallis Ananiae in stuba domus mei notarii infrascripti, praesentibus ser Dominico de Anndreis Bozzanae et Dominico Begnudel Dresii et Iacobo Thamè Maiani testibus vocatis et specialiter rogatis.

Ibique Ioannes filius quondam Simonis Begnudel dicti Dresii plebis dicti Clesii per se fratri nomine ac haeredum pro quo promisit de rato et ratihabitione in propriis suis bonis in forma valida et pro libero franco et expedito allodio, dedit, vendidit et tradidit Michaelli de Michaelibus Maiani habitatori Clesii ibi praesenti pro se et haeredibus stipulanti ac ementi unam prativam iacentem in pertinentiis Clesii loco dicto alla Croseta, apud Christophorum Trepinum, apud comune et apud egregium dominum Michaelem Turesanum, necnon apud Mathaeum Visentainerum, salvis aliis confinibus etc. Ad habendum, tenendum et possidendum cum omnibus suis iuribus et actionibus et cum ingressibus et egressibus suis usque in vias comunes, quae dicta res habet super se et intra se in integrum. Et hoc fecerunt nominatim pretio limitato per Michaelem patrum emptoris et Iacobum Thamè homines communiter electos... septem prout partes asseruerunt, quod praefatus vendor a dicto emptore manifestavit ante praesentem contractum habuisse et recepisse pro additione omnium pro dicto venditis dicto emptori in eorum permutatatione facta exceptioni non celebri contractus, non facto contractu et omnino renuncians... se dictus vendor exprese et pacto nomine ipsius emptoris et haeredum nomine de retrovendendo, tenere et possidere donec ipsius possessionem et corporalem tenutam acceperit, cum licentia ei data ad eius libitum ingrediendi, promittens dictus vendor per se et haeredes ac quo supra nomine et habere dicto emptori stipulanti per se et haeredes de evictione et legitima ac perpetua dictae rei venditae et iurium suorum a quocumque impedimento iuxta iuris formam deffendere et omnium suprascriptorum firmi ratiue habiti et numquam contravenire per se vel alios, aliqua ratione, causa, ingenio de iure vel de facto, sub paena dupli et refectionis omnium damnorum, expensarum et interesse litis et extra obligando bona eius praesentia et futura.

Ego Christophorus Gallus notarius de his rogatus specialiter publicavi et me subscripsi.

S. N. Ego Bartholomeus Siellius publicus imperiali auctoritate notarius Clesii praesens instrumentum de continuis instrumentis rogatis per quondam spectabilem dominum Christophorum Gallum notarium Clesii per fidelem scriptorem describi curavi ex auctoritate mihi per celsissimum dominum Pompeum Poss etc. concessa et tradita per magnificum dominum Iacobum Iordanum notarium Clesii. Ideo facta concordantia me in fidem meo signo solito subscripsi ad Laudem M. D.

61.

1513 o 1588.

Frammento di pergamena.

Trento, 1600 marzo 2.

Antonio fu Nicolò Pilloni da Ricaldo di Piné costituisce un affitto del valore di 24 ragnesi a favore di Gerardo Nascimbeni da Trento assicurato sui suoi beni.

Emptio domini Gerardi Nascimbeni civis Tridenti, facta ab Antonio quondam Nicolai de Pillonis de Ricaldo Pinedi ut infra etc.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis millesimo sexcentesimo, inditione tertia(decima), die iovis 2° mensis martii Tridenti in stuba domus habitationis mei notarii infrascripti praesentibus ibidem domino Ioanne Baptista fratre mei notarii infrascripti et Michaele filio ser Andreae de Povolis de Cadeno testibus ad infrascripta omnia et singula vocatis rogatis.

Ibique personaliter constitutus Antonius quondam Nicolai de Pillonis de Ricaldo Pinedi per se suosque haeredibus (sic) iure proprio et imperpetuum ac pro libero et expedito allodio dedit, vendidit et tradidit domino Gerardo quondam Nascimbeni de Nascimbenis ibidem praesenti, ementi et recipienti pro sde suisque haeredibus unum afflictum stariorum quattuor frumenti ad comunem mensuram Tridenti cum proprietate et directo dominio unde solvi debet et constitutus est solvendum per eum et eius haeredes omni anno in festo sancti Michaelis vel intra eius octavam, quem afflictum eo meliori modo, via, iure statuit et debuit, possuit et constituit super una petia terre arativa et vineata quantitatis stariorum duorum seminis cum dimidio sita in pertinentiis Seregnani plebis Civezani infra hos confines, videlicet a mane et meridie et sero apud Laurentium et Ioannem fratres de Lunellis de Torculo, a septentrione nobilem dominum capitaneum Hieremiam Guarientum et forte se volentes dictam petiam terrae et illius pro tempore possessores semper fore obnoscatam et obligatos ad solutionem et prestationem dicti anni afflictus, ad habendum, tenendum et possidendum vel quasi et quicquid dicto emptori suisque haeredibus deinceps perpetuo placuerit faciendum cum omnibus et singulis quae infra praedictos continentur confines vel alios si qui forent ulterius veriores cum accessibus et egressibus usque in viam publicam et comunem et cum omnibus et singulis quae habet super, intra seu infra se in integrum omnique iure et actioni, usu seu requisitione sibi ex dicta re, pro dicta re aut ipsi rei obligatae modo aliquo spectantibus et pertinentibus respectivae proprietatis tantum. Et hoc nominatim pretio et nomine pretii Renensium viginti quattuor in ratione etc. Quod pretium idem dictus dominus Gerardus in testium suprascriptorum meique notarii infrascripti praesentia, dedit, solvit et effectualiter numeravit dicto venditori praesenti et illos ad se trahenti in tot monetis argenteis. Quem afflictum cum eius proprietate super qua constitutus est dictus venditor se vice et nomine dicti domini emptoris et pro eo tenere et possidere vel ipsi constituit donec et quousque illius possessionem acceperit corporalem, quam accipendi sua propria auctoritate et retinendi deinceps eidem licentiam omnimodam contulit atque dedit respectu proprietatis tantum ita ut respectu utilis dominii dicta res obligata remaneat apud dictum venditorem cum obligatione praemissa, promittens dictus venditor per se suosque haeredes dicto domino emptori suisque haeredibus stipulanti et acceptanti de evitione et legitima deffensione dicti afflictus cum eius proprietate sua forma iuris et de rato et rati habitione omnium et singulorum suprascriptorum et in praesenti instrumento contentorum sub pena dupli dicti pretii solemni stipulatione promissa et refectionis omnium damnorum et expensarum ac interesse litis et extra, qua pena soluta vel non nihilominus omnia et

singula suprascripta rata maneant et firma perdurent sub hypotecha et obligatione omnium bonorum suorum praesentium et futurorum nec non promittens atque conveniens dictam rem obligatam meliorare et non deteriorare sed illam de bono in melius promovere et de ea et pro ea omni anno in festo sancti Michaelis vel intra eius octavam suis expensis et periculo dare, solvere et effectualiter praesentare dicto domino emptori et eius haeredibus hic Tridenti ad eius domum habitationis staria 4 frumenti ad comunem mensuram Tridenti, boni, sici, nitidi et bene sasonati vel saltem ad taxam nomine afflictus perpetui dicti loci obligati cum pactis et conditionibus apponi solitis instrumentis locationum perpetualium domorum merchati veteris Tridenti ibidem expressis et solemni stipulatione vallatis et in casu devolutionis fiat deffalcatio tertii iuxta tenorem constitutionis illustrissimi et reverendissimi domini etc, cum pacto franchitandi quandocumque pro eo pretio.

Ego Mattheus Benassutus Tridenti, predictis omnibus interfui et ea rogatus scripsi.

S. N. Ego Ioannes Baptista Benassutus publicus imperiali auctoritate notarius et de collegio Tridentino ac relevatione rogitum quondam spectabilis domini fratris mei notarii Matthei suprascripti ex auctoritate concessa ab illustri et clarsissimo pretore Tridenti ut in actis spectabilis domini Caroli Travaioni praesens eius rogitum ex suo originali descripsi, perlegi et concordare inveni... in fidem me subscripsi et signo et nomine meis solitis... rogatus.

63.

Trento, 1601 febbraio 12.

Pietro fu Valentino Gambero di Trento vende al reverendo Silvio a Prato una chiesura situata a s. Donà di Cognola, con dentro 36 filari di viti, per ragnesi 1300.

In Christi nomine amen. Anno ab eiusdem nativitate millesimo sexcentesimo primo, indictione quartadecima, die vero lunae duodecima mensis februarii Tridenti in contrata Vadi Gislota, in stuba domus infrascripti multi reverendi nobilis domini Silvii, praesentibus domino Marcoantonio filio domini Ioannis Iacobi Brochetae de Caurasto Iudicariarum, Fabritio Omniboni de eodem loco, Tridenti commoranribus, domino Valentino a Putheo cive Tridenti, Iacobo Caudiro de Lasino sartore et incola Tridenti et Antonio Bentevengo de Callavino Tridenti habitatore, testibus ad infrascripta omnia vocatis, specialiter rogatis.

Ibi personaliter constitutus ser Petrus filius quondam Valentini Gamberi civis Tridenti per se suosque haeredes iure proprio pro libero et in perpetuum dedit, vendidit et tradidit multum reverendo admodumque nobili domino Sylvio de Prato canonico seniori ecclesiae cathedralis Tridentinae domino Segunzani praesenti pro se suisque haeredibus ementi, stipulanti et recipienti unam petiam terrae arativam et vineatam liberam a decima, quantitatis plodiorum quinque circiter ad corpus et oculum porut est, cum filariis triginta sex vitium intus, sitam in pertinentiis Tridenti in loco et Regula sancti Donati infra hos confines: a mane apud dominum Franciscum Sardaneam civem Tridenti, a meridie partim apud viam comunem et partim apud magistrum Gabrielem Merzarium, a sero apud dominum Iacobum Sardaneam civem Tridenti, mediante rivo aquae, a septentrione apud dominum Mothes Melberum, cum semine frumenti intus prout reperitur, cuius medietatem seminis ipse multum reverendus nobilis dominus emperor solvit et compensavit ibidem ipsi venditori in afflictu curso duorum afflictuum infradictorum super ea debitorum et pro alia medietate seminis reservatum est ius colono pro fruge huius anni tantum usque ad sanctum Michaelem proximum prout

habuit terram ipsam in locatione a dicto venditore; et salvo iure Mensae capitulari venerabilis Capituli ecclesiae tridentinae praedictae quodquod habeat pro una brenta brascati quam omni anno in vindemia loco decimae in ipsa terra solvitur dictae Mensae capitulari nempe decimanis venerabilis Capituli super ipsa petia terrae: ad hebndum, tenendum et possidendum et quicquid dicto multum reverendo nobili domino emptori et suis haeredibus deinceps placuerit in perpetuo faciendum cum omnibus et singulis quae infra praedictos continentus confines vel alios si qui forent ulterius veriores, cum accessibus et egressibus suis usque in viam publicam et comunem et cum omnibus et singulis quae dicta terra vendita habet super se supra se, infra seu intra se in integrum omnique iure et actione, usu sei requisitione sibi ex ea, pro ea aut ipsi terrae venditae modo aliquo spectante et pertinente. Et hoc fecit ipse vendor pretio sic convento renensium mille tricentorum bonae monetae in ratione librarum quinque pro singulo renense et in ratione franchi. Et ultra tamen onus praedictae brentae brascati de ea debitae loco decimae ut supra; in quo pretio, Primo dictus ser Petrus vendor compensavit et bonificavit praedicto multum reverendo nobili domino emptori renensium septem centum capitalium duorum affictuum francabilium constitutorum et fundatorum super eadem terra per dictum ser Petrum cum praedicto multum reverendo nobili domino Sylvio eique debitorum et constabat duobus instrumentis rogatis per me notarium, uno pro capitali renensium 500 de anno 1598 die 19 novembris et alio de renensibus 200 die 8 novembris anni 1600; reliquos vero renenses sexcentum pro integra et completa solutione dicti pretii supradictus nobilis multum reverendus dominus Sylvius ibidem dedit, solvit et numeravit supradicto ser Petro recipienti in tot bonis monetis auri scilicet duplicibus scutis cechinis et ducatis ac tronis tribus argenti; quamque rem venditam dictus vendor se vice et nomine praedicti domini emptoris tenere et possidere constituit vel quasi donec illius tenutam et corporalem acceperit possessionem, quam accipiendi, suaque propria auctoritate deinceps retinendi eidem licentiam omnimodam contulit atque dedit. Promisitque idem ser Petrus per se suosque haeredes praedicto multum reverendo nobili domino Sylvio pro se suisque haeredibus stipulanti de evictione et legitima defensione dictae terrae venditae, tam in proprietate quam in possessione secundum formam iuris et ipsam venditionem et omnia et singula suprascripta perpetuo firmam ratam et gratam ac firma rata et grata habere, tenere, attendere et observare ac in aliquo non contrafacere vel venire per se vel alios aliqua ratione, causa vel ingenio de iure vel de facto sub poena refficiendi duplum dicti pretii et omnia damna, expensas et interesse litis et extra stipulatione solemni intercedente et praemissa quibusque damnis et expensis et poena soluta vel refectis aut non, nihilominus omnia antedicta rata maneant et firma perdurent; pro quibus omnibus et singulis observandis et attendendis, obligavit dictus ser Petrus omnia sua bona praesentia et futura.

S. N. Ego Iulius Job notarius publicus imperiali auctoritate Tridenti collegiatus et civis, antescripsis omnibus et singulis praesens fui eaque scripsi publicavi et hoc inde confeci instrumentum quod ex protocollo originali meo aliis tunc me occupato negotiis per fidelem scriptorem extrahere feci perlectumque in omnibus concordare inveni, ac me subscripti signo mei officii et nomine solitis apposui rogatus.

64.

Fiera di Primiero, 1602 febbraio 8.

Giorgio fu Ianeso Gentili da Borgo Valsugana abitante a Fiera di Primiero dona al convento dei frati francescani di Borgo un terreno attiguo al convento.

In Christi nomine amen. Anno ab eiusdem Domini nostri saluberrima nativitate millesimo sexcentesimo secundo, sub inductione quintadecima, die veneris octava mensis februarii, in stuba superiori domus habitationis mei notarii infrascripti, sita super Mercato Primerii, praesentibus spectabili domino Michaelle filio quondam ser Antonii Mollerani vicario benemerito dictae iurisdictionis Primerii, ser Adamo filio quondam Michaellis Mollerani villaे plebis s. Andreeae quondam Ioannis Mellaia de Tonadico, Ioanne filio quondam Iacobi Bonti de villa Mezani et magistro Bartholomeo filio quondam Leonardi Giagher de Tonadico praedicto omnibus vallis Primerii, testibus vocatis et rogatis.

Ibique constitutus personaliter ser Georgius filius quondam Gianexi Gentillis opidi Ausugii habitator super Mercato Primerii, faciens per se et suos haeredes, omnibus melioribus modo, via, iure et forma, quibus melius facere potuit, titulo purae, merae et irrevocabilis donationis, quae dicitur inter vivos et quae nullo ingratitudinis vicio vel offensa, magna vel parva, commissa vel de caetero committenda, possit aut valeat infringi, cassari, irritari aut annullari etsi non esset actis legitimis insinuata, renuntians beneficio insinuationis et legi si quis argentum, legi si iniqua, capiti de revocanda donatio et omni alii suo iuri de quibus isdem donatarius fuit per me notarium plene certioratus; et cum suis oneribus et honoribus et non aliter, nec alio modo, in perpetuum dedit, tradidit et donavit fabricae ecclesiae et monasterii sanctorum Christophori et Francisci quae nunc edificantur in Burgo Ausugio, in loco veteris ecclesiae dici Christophori, me notario tamquam publica persona, in omnibus et singulis praemissis et infrascriptis stipulante et acceptante, vice et nomine fabricae praedictae, petiam unam terrae arrativae, alias vineatae, quatitatis prout reperitur, positam et iacentem in Regula dicti Burgi Ausugii, subtus quamdam turrim veterem nuncupatam Turrem medium, cui a mane cohaeret Leonardus filius quondam Petri Barberii praedicti Burgi, a meridie bona dicti monasterii, alias domini Iacobi Roii dicti Burgi, a sero similiter bona dicti monasterii, alias quondam Andreeae Bazanellii, a septentrione via consortallis, salvis semper verioribus confinibus; ad habendum, tenendum et possidendum et quidquid reverendis patribus rectoribus et gubernatoribus ipsius ecclesiae et monasterii deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus iuribus et actionibus, honoribus et oneribus ad dictam rem donatam quomodocumque et qualitercumque spectantibus et pertinentibus et cum suis accessibus et egressibus usque in vias publicas et comunes. Quam rem si ut supra donatam, idem donator se vice et nomine rectorum dictae ecclesiae ac monasterii, tenere et possidere constituit, donec et quoisque legitimi rectores et intervenientes ipsius fabricae, illius tenutam et corporalem possessionem acceperint, quam accipiendi et deinceps perpetuo retinendi eisdem licentiam omnimodam dedit et contulit; et promisit idem donator de re ipsa donata ullo unquam tempore litem et controversiam non inferre nec inferrenti consentire, quinimmo rem ipsam ab omni homine et impedienti persona legitime defendere in iudicio et extra, praemissamque donationem ac omnia et singula in praesenti instrumento contenta, semper et perpetuo firma et rata habere et observare ac adimplere et non contravenire per se vel alios de iure vel de facto, in et sub poena duppli valoris dictae rei donatae et refectionis omnium damnorum, expensarum et interesse littis et extra, solemniter praemissa, quibus solutis et reffectis vel non, nihilominus omnia et singula praemissa semper firma permaneant. Pro quorum omnium praemissorum observatione, obligavit idem donator mihi notario, nominibus antedictis stipulanti, omnia et singula bona sua praesentia et futura.

S. N. Ego Iacobus filius quondam domini Petri a Capello, opidi Ausugii publicus sacris imperiali et apostolica auctoritatibus notarius et iurisdictionis Primerii cancellarius, praemissis omnibus et singulis interfui eaque rogatus fideliter scripsi et publicavi, in quorum fidem me subscrivi et meum tabellionatus solitum signum apposui. Ad laudem summi Dei.

65.

Pergine, 1604 gennaio 17,

Nicolò e Martimo fu Gaspare Luchi da Serso vendono un prato di 5 opere da falciatore a Pietro fu Guglielmo Sosi da Cognola al prezzo di 100 ragnesi.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem nativitatis millesimo sexcentesimo quarto, indictione secunda, die vero decimaseptima mensis ianuarii. Pergini in stuba domus habitationis mei notarii infrascripti, praesentibus Ioanne quondam Iacobi de Luchis Sersi, Melchiore quondam Stephani Zatelli Cognolae et Antonio quondam Ioannis Marchel Florotii omnibus ad infrascripta vocatis et rogatis.

Ibidem constituti ser Nicolaus et Martinus fratres filii quondam Gasparis de Luchis Sersi facientes per se suosque haeredes titulo venditionis iure proprio in perpetuum dederunt, vendiderunt et tradiderunt ser Petro quondam Gulielmi de Xosis Cognolae praesenti pro se suisque haeredibus stipulanti, recipienti et ementi petiam unam terrae pratiae quartorum quinque operae in circa, sitam et iacentem in pertinentiis Sersi in loco dicto in Iareure... cui cohaerent a mane dicti venditores, a meridie emptor, a sero via communis, a septentrione venditores, salvis verioribus confinibus. Ad habendum, tenendum et possidendum cum omnibus et quibuscumque iuribus et actionibus, usibus et servitutibus ad dictam rem venditam modo aliquo spectantibus et pertinentibus. Et hoc fecit nominatim pretio... in datione facta per ser Andream Mariotam et Georgium Begher rhenensium centum maranensem in ratione solita etc; quod pretium dicti venditores contenti et confessi fuerunt habuisse et accepisse in denariis computatis rhenensis septuaginta ibidem exbursatis et per dictos venditores receptis, renunciantes dicti venditores exceptioni non habiti et non recepti dicti rhenenses et non factae suprascriptae venditionis tempore praesentis contractus speique futurae numerationis et exceptioni doli mali et omni alii eorum iuri, favori et legum auxilio, constituentes se precario nomine vel quasi ipsius emptoris tenere et possidere dictam rem venditam donec et quounque illius, idem emptor tenutam... et possessionem acceperit corporallem, quam accipiendi etc. Promittentesque per se suosque haeredes eidem emptori stipulanti pro se suisque haeredibus de evictione suprascriptae rei venditae deque eius legitima ac perpetua defensione secundum iuris formam et de rato ratique habitione cum in praesenti instrumento contentum et non contrafacere, opponere vel venire per se vel alios, aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto in et sub paena dupli etc. et refectionis omnium damnorum, expensarum et interesse litis et extra obligantes pro praemissorum omnium observatione omnia et singula eorum bona praesentia et futura generis cuiuscumque etc.

Silvester Ropelis notarius rogatus scripsit et publicavit. Ideo etc.

S.N. Ego Franciscus quondam spectabilis domini Romuli Covellae civis Tridenti et habitator Persini publicus imperiali auctoritate notarius ex licentia mihi concessa ut in actis spectabilis domini Nicolai Lener cancellarii Perzini... ex protocollis quondam spectabilis domini Silvestri Ropelis notarii et cancellarii olim Perzini aliena manu fideliter desumptum autenticavi, me in fidem subscrivi et solitum meum signum

apposui. Ad laudem Dei omnipotentis.

66.

Trento, 1604 marzo 30.

Pietro fu Guglielmo Sosi da Cognola vende a ser Andrea fu Tomaso Meneguzzo da Villamontagna un prato di tre quarti di piovo a Serso al prezzo di 110 ragnesi.

In Christi nomine amen. Anno ab eiusdem nativitate millesimo sexcentesimo quarto, indictione secunda, die vero martis penultima mensis martii, in civitate Tridenti, in stuba domus mei notarii subscripti, in contrata sancti Petri, praesentibus ibidem domino Zuaneto quondam egregii domini Phederici Junctae de Plizano vallis Solis plebis Volsanae diocesis tridentinae et magistro Gasparo quondam servuli lapicidae de Tridento testibus ad infrascripta omnia et singula vocatis specialiterque rogatis.

Ibique personaliter constitutus ser Petrus quondam ser Gulielmi Sosii de villa Cognollae supra civitatem Tridenti per se et suos hareredes iure proprio et in perpetuum pro libero et expedito allodio dedit, vendidit et tradidit ser Andreae quondam Thomae Menegutii de villa Villae Montagnae iurisdictionis venerabilis Capituli Tridenti, praesenti per se necnon et nomine et vice Thomae nepotis sui et Dominici pariter nepotis ex quondam Mattheo fratre dicti Thomae et pro eorum haeredibus ementi, stipulanti et recipienti petiam unam terrae pratiae quartorum quinque unius plodii in circa, positam in pertinentiis villae Sersi plebis Perzini in loco dicto (*spazio bainco*) intra haec infrascripta confinia, videlicet a mane apud viam comunem, a meridie et sero ser Michaellem Fontanarium, a septentrione ser Petrum Fontanarium ambos de dicta villa Sersi, et forte apud alios veriores confines: ad habendum, tenendum et possidendum et quicquid dicto emptori dictis etiam nominibus et eorum haeredibus deinceps perpetuo plecuerit faciendum, cum omnibus et singulis quae intra praedictos continentur confines vel alios si qui essent ulterius veriores; accessibus et egressibus suis usque in viam publicam et comunem et cum omnibus et singulis quae dicta petia terrae vendita habet supr se, supra inter seu infra se in integrum, omnique iure et actione, usu seu requisitione sibi ex ea, pro ea aut ipsi petiae terrae venditae modo aliquo spectante et pertinente. Et hoc pretio et pretii nomine inter se conventi Rhenensium centum et decem in ratione librarum quinque denariorum bonae monetae maranensis pro singulo rhenense; quos dictus ser Andreas emptor ibidem in testium praemissorum meique notarii subscripti praesentia dedit, solvit, numeravit ac tradidit dicto Petro venditori praesenti et illos ad se trahenti in tot monetis argenteis bonis et expendilibus ac usualibus. Quam quidem petiam terrae ut supra venditam dictus Petrus vendor se constituit tenere et possidere nomine et vice dicti ser Andreae emptoris dicto etiam nomine, ac pro eo donec illius tenutam reallem et possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi propria sua auctoritate et in se deinceps retinendi quandcumque placuerit sibi licentiam omnimodam contulit atque dedit. Promittens idem ser Petrus vendor per se et suos haeredes dicto ser Andreae praesenti pro se, nepotibus et suis haeredibus stipulanti et recipienti de dicta re vendita aut aliqua illius parte sibi litem, causam, questionem aut controversiam aliquam numquam inferre nec inferrenti vel inferre volenti modo aliquo consentire, sed dictam petiam terrae venditam totam ab omni homine, persona, comuni, collegio, Capitulo aut universitate sibi legitime deffendere, auctorizare et desbrigare et praedictam venditionem pretii effetuallem solutionem omniaque et singula suprascripta et infrascripta semper et perpetuo firma, rata et grata habere, tenere, attendere, observare et efficaciter adimplere

et non contrafacere vel venire per se vel alios aliqua ratione, causa vel ingenio de iure vel de facto sub poena dupli dicti pretii solemni stipulatione praemissa et refectionis omnium et quorumcumque damnorum, expensarum ac interesse litis et extra, et poena soluta vel non, rata nihilominus maneant et firma perdurent omnia et singula in praesenti instrumento contenta sub obligatione bonorum omnium ipsius ser Petri vendoris praesentium et futurorum, isto tamen pacto apposito et solemni stipulatione vallatto quod quandocumque dictus ser Petrus vel illius harredes elapsis tamen prius annis septem proxime futuris, dabit seu dabunt, solvent et numerabunt dicto ser Andreae, nepotibus vel illorum haeredibus dictos rhenenses centum et decem in ratione praemissa una cum mercedibus praesentis instrumenti teneantur illos recipere et retrovendere ac retrotradere dictam petiam terrae ut supra venditam dicto ser Petro vel illius harredibus, quae tamen franchitatio fieri non posset nisi elapsis dictis annis septem et illis elapsis solum a festo Nativitatis usque ad festum Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi cuiuslibet anni demptis sive elapsis dictis septem et non in alio tempore; item quod hoc interuum dictus vendor teneatur solvere colectam pro dicto pacto usque... rediment illud vel pactu dicto emptori liberaverit quia sic conventum fuit inter dictos contrahentes aliter non combaxasisset.

S. N. Ego Iosephus filius quondam egregii notarii domini Francisci Alesandri Zeli civis Tridentinus, publicus imperiali auctoritate notarius, praemissis omnibus et singulis, licet aliena manu transcriptis, interfui et rogatus ac requisitus ea publice scripsi solitoque mei tabellionatus signo in praemissorum testimonium corroboravi rogatus.

Ad laudem Dei omnipotentis.

67.

Trento, 1604, maggio 21.

Ser Nicolò fu Domenico Pisetta da Albiano costituisce un affitto affrancabile di 4 staia di frumento su un piccolo prato con alberi da frutto della superficie di uno staio di semente per 24 ragnesi.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo sexcentesimo quarto, indictione secunda, die veneris vigesima prima mensis maii, in contrata Maceli civitatis Tridenti in stuba inferiori domus infrascripti domini emptoris, praesentibus ibidem magistro Iulio de Todeschis de Castellano calceatore Tridenti et Dominico filio magistri Orlandi de Todeschis calceatoris Tridenti, testibus ambobus ad infrascripta omnia et singula vocatis specialiterque rogatis.

Ibique personaliter constitutus ser Nicolaus filius quondam Dominici Pisetae de Albiano Tridenti districtus, per se et haeredes eius iure proprio et in perpetuum et pro libero et franco, dedit, vendidit et tradidit egregio domino Vincentio quondam domini Ioannis Mariae Consolati civi Tridenti ibidem praesenti pro se et haeredibus suis stipulanti, ementi et accipienti unum afflictum ad... franchitabilem stariorum quatuor frumenti ad comunem mensuram Tridenti, qui solvit et solvi debet singulo anno per dictum venditorem et haeredes dicto ser emptori et haeredibus, quem afflictum dictus vendor posuit, constituit et assicuravit supra una eius parva prativa cum arboribus fructiferis intus quantitatis unius starii seminis circiter, posita in villa Albiani, infra hos confines, a mane et meridie apud viam comunem, a sero Antonium Pisetam, a septentrione Simonem Seregnanum et forte etc. volens et mandans praedictam petiam terrae et illius pro tempore possessionen seu per... obnoxias et obligatas ad solutionem

praedicti affictus. Ad habendum, tenendum, exigendum et possidendum etc. Et hoc pretio rainensium vigintiquattuor in ratione etc. quos dictus dominus emptor dedit, solvit, numeravit et exbursavit dicto venditori ibidem praesenti et illos ad se trahendi ac imburanti in tot monetis argenteis, quem affictum venditum sive quam rem obligatam ad illius solutionis dictae se nomine et iure dicti domini emptoris tenere et possidere constituit respectu tamen possessionis et directi dominii ita quod respectu utilis dominii et melioramenti dicta res obligata remaneat semper ad dictum venditorem et haeredum cum obligatione solvendi praedictum affictum, promittensque dictus vendor per se et haeredes eius dicto domino emptori praesenti pro se et haeredibus suis stipulanti de evictione et legitima defensione praedicti affictus et rei obligatae secundum formam iuris nec non de rato, rati habitione, omnia et singula supradicta et infrascriptra, sub poena dupli et refectionis omnium damnorum, expensarum et interesse litis et extra et sub obligatione omnium ipsius venditoris bonorum praesentium et futurorum, quam rem obligatam dictae venditionis procurent meliorare et de ea omni et singulo anno in festo sancti Michaelis vel eius octava dare et solvere in hac civitate Tridenti ad domum dicti domini emptoris et haeredum affictum praedictum stariorum quatuor frumenti ad corum... cum pactis solitis et conventis apponi in instrumentis locationum perpetualium domorum mercati Tridenti, ibidem constitutis et quibus pro... appositis habeantur ac secundum constitutionem illustrissimi et reverendissimi domini domini Tridenti, salvo pacto dicto venditori et haeredibus reservato quod praemissa et infrascripta quandocumque se liberam et franchitatem a solutione praedicti affictus, solvendo et exbursando praedictos renenses 24 una cum affictu ad votum emptoris... et revendere et ita de pacto generali habito et solemni stipulatione vallato inter ipsas partes.

Ego Ioannes Franciscus Turcatus notarius Tridenti scripsi et publicavi rogatus etc.

S. N. Ego Ioannes Patricius Trenti Turcatus notarius civisque Tridenti, publicus imperiali auctoritate etc, cum auctoritate mihi data relevandi et autenticandi instrumenta rogata per praedictum spectabilem dominum genitorem meum prou constat in rogatis quondam spectabilis domini Iosephi a... notarii Tridenti ac etc. hoc praesens instrumentum ex suo originali protocollo propria manu exaravi; ideo me autentice subscrispsi, in fidem et testimonium praemissorum omnium.

68.

Cles, 1606 aprile 10.

Pietro Genta di Cles agente di Alessandro Fopolo già assessore delle valli di Sole e del Noce, vende ad Michele Micheli da Maiano una porzione di casale a Cles ai Lorenzoni al prezzo di 10 ragnesi e 20 carantani.

In Christi nomine amen. Anno Domini 1606, indictione 4, die decima mensis aprilis Clesii et in curtivo domus Odorici Menuzii, praesentibus Ioanne Riza, Petro Bertolino et domino Odorico Menuzii testibus rogatis.

Ibique personaliter constitutus dominus Petrus Genta incola Clesii uti agens magnifici et excellentissimi domini Alexandri Fopoli alias assessoris vallium Ananiae et Solis et eo nomine iure proprio et in perpetuum pro libero franco et expedito allodio dedit, vendidit et tradidit Michaelli filio Ioannis de Michaelibus Maiani ibi praesenti stipulanti ementi pro se et eius haeredibus acceptanti et recipienti unam particulam unius casilive iacentis in Clesio loco dicto alli Lorenzoni, a mane haeredes quondam Iacobi Lorenzon, meridie Antoniuam uxorem quondam Ioannis Antonii Lorenzon, sero

Ioannes Michaellis Lorenzon, septentrione Ziprian Carner in Clesio que fuit in solutum data dicto excellentissimo domino Fopulo pro sponsalis sententia lata per eum ut in actis meis in caussa creditorum... iacentis de qua... Antonius via eundi et reddeundi ad dictam oram per viam prout Ioannes Antonius Foradel et Ioannes Antonius Lorenzon soliti erant ire et reddire etc. Ad habendum, tenendum et possidendum etc., et hoc fecit nomine pretii apreciati per dominos Ioannem et Antonium Darda a praesentibus electis in et de rhenensium decem cum cruciferis viginti denariorum. Quos confessus fuit habuisse et accepisse dicto nomine in denariis, exceptioni non habiti dicti pretii ac numerate pecuniae.

S. N. Ego Balthassar Siellus publicus rogatus imperiali auctoritate notarius Clesii praesens instrumentum de licentia...

69.

Borgo Valsugana, 1606, novembre 19.

Memoria della consacrazione della chiesa del convento di Borgo (un tempo appesa in coro).

In Christi nomine amen. Anno ab Incarnatione eiusdem Domini nostri millesimo sexcentesimo sexto, indictione quarta, die vero decima nona mensis novembris in Burgo Ausugio. Ad honorem et laudem Dei et beatissimi patris nostri divi Francisci et sancti Christophori martiris, reverendissimus dominus dominus Simon Feurstaing episcopus Bellinensis, suffraganeus Brixinensis hanc ecclesiam et altare maius consecravit, atque in illo reconditae fuerunt diversae sanctorum reliquiae. Die vero sequenti idem reverendissimus dominus cemeterium ante fores ecclesiae praedictae benedixit iuxta ritum sanctae Romanae ecclesiae. In altaribus vero minoribus infixa sunt tantum altaria portatilia prius Tridenti consecrata. Et haec sint ad perpetuam rei memoriam.

70.

Borgo Valsugana, 1606 novembre 19.

Altra copia del documento di consacrazione della chiesa uguale alla precedente. È aggiunta la seguente scritta: "Desumpta haec est ab originalibus egregii domini Leonardi Florentini Burgi Ausugii degentis et notarii imperialis".

71.

Pergine, 1606 dicembre 5.

Giovanni Giacomo a Prato da Pergine offre un campo con dentro una casa per la costruzione del convento dei Frati Minori a Pergine Valsugana del valore di ragnesi 1.050, nel luogo detto s. Margherita.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Anno a saluberrimo virgineo partu millesimo sexcentesimo sexto, indictione quarta, die vero martis quinto mensis decembris Pontificatus sanctissimi domini nostri papae Pauli quinti anno secundo, imperiique sacrae caesareae maiestatis Rudulphi secundi anno trigesimo primo, in burgo Perzini dioecesis feltrensis, in revolto terreno prope introitum domus infrascripti nobilis et magnifici domini Ioannis Iacobi a Prato, praesentibus ibidem magistro Antonio filio quondam Micaelis de Calvis muratore Perzini, Micaele filio suo, Antonio filio quondam Iacobi Zanetini a Costa, Gaspare quondam Petri Gherla a Tegacio Perzini, Mapheo quondam Christani Ruschae Perzini, magistro Christello quondam

Valentini murarii de Bruneco doliatore Perzini et Octavio quondam Cristophori Heder brixinense habitatore Perzini, omnibus testibus ad infrascripta vocatis, adhibitis et rogatis ore etiam proprio infrascripti nobilis domini Ioannis Iacobi.

Ibique coram nobili et excellentissimo iuris utriusque doctore domino Petro Ghirardi dignissimo capitaneo castri et iurisdictionis Perzini pro illustrissimo domino domino Gaudentio comite Madrutii, Avii et Brentonici etc, domino et possessore praedicti castri et iurisdictionis Perzini, domino nostro gratiosissimo etc., personaliter constitutus nobilis admodum et magnificus vir dominus Ioannes Iacobus filius quondam nobilis et magnifici domini Iosephi a Prato civis Tridenti dixit et exposuit praedecessores suos scilicet nobiles et magnificos dominos Iacobum proavum, Ioannem avum et Iosephum patrem suos fecisse et ordinasse diversa legata pia pro animabus suis, quibus non fuit adhuc integre satisfactum, prout sibi in conscientia notum esse affirmat idem nobilis et magnificus dominus Ioannes Iacobus et ideo mentem et desiderium suum semper fuisse locis piis aliquid dare pro anima sua et pro animabus dictorum praedecessorum suorum. Et cum nuper tractatum fuerit de errigendo in burgo Perzini conventum Ordinis Fratrum Minorum observantiae strictioris Sancti Francisci Reformatorum, cupiens idem nobilis dominus Ioannes Iacobus ut ad honorem Dei altissimi et ob devotionem eius praecipuam dicti gloriosi et seraphici patris sancti Francisci erigatur et aedificetur in praedicto burgo conventus praedictus divino Spiritu ductus decrevisse ex causis supradictis et ut errigi possit dictus conventus, donare et consignare fundum et locum infrascriptum Religioni praedictae exequendo etiam in hoc piam mentem antecessorum suorum qui id facere optarunt prout sibi notum esse affirmat idem nobilis dominus Ioannes Iacobus, et ideo pro exoneratione eius conscientiae et pro salute animae sua et praedecessorum ac descendantium suorum et ex aliis causis legitimis animum suum moventibus, favens dictus nobilis et magnificus dominus Ioannes Iacobus a Prato per se et suos haeredes ac successores, omni quo potest meliori modo, via et iure etc., sponte et libere titulo donationis irrevocabilis inter vivos, quae aliquo ingratitudinis vitio, sive alia quacumque causa numquam revocari possit et annullari quamvis etiam non fuerit in actis legitime insinuata, dedit et donavit pure, libere, simpliciter et irrevocabiliter inter vivos ac consignavit iure proprio et imperpetuum etc., venerabili et reverendo Patri fratri Iacobo de Feltro nunc custodi Provintiae sancti Antonii praedictae Religionis ibi praesenti et pro se et successoribus suis nomine dictae Religionis ac praefatorum Patrum Reformatorum observantiae strictioris sancti Francisci stipulanti et acceptanti, cum praesentia etiam reverendorum Patrum fratris Francisci de Arco, fratris Camilli veronensis et fratris Evangelistae veneti, ad effectum praedictum construendi dictum conventum et non aliter, fundum unum seu petiam terrae prativae muris undique cinctam quantitatis operarum quatuor cum dimidia in circa, seu quantitatis prout est et esse reperitur intra confines infrascriptos, cum domo et aedificiis intus ac horto et curtivo, aliisque commoditatibus, positum et iacentem in pertinentiis praedicti burgi Perzini in loco dicto a santa Margarita, cui loco cohaeret undique comune, seu viae comunes, salvis verioribus confinibus, qui locus aestimatus fuit per aestimatorem iuratos communitatis Perzini in Rhenensibus mille et quinquaginta, prout de dicta aestimatione constat in actis spectabilis domini Silvestri Ropelis notarii et cancellarii modo Perzini, cum omnibus quae intra praedictos continentur confines, vel alios si qui forent, accessibus et egressibus suis usque in vias publicas et comunes et cum omni iure, actione, usu, servitute et requisitione eidem nobili domino Ioanni Iacobo ex dicto loco donato vel pro eo, aut ipsi loco quovis modo competentibus et spectantibus, salvo tamen et reservato

ipsi nobili domino Ioanni Iacobo et suis haeredibus dominio rugiae sive rozalis sui servientis pro conducendam etiam aquam ad locum praedictum donatum, ita tamen quod dicti Patres etiam possint eo uti iuxta eorum exigentiam semper et in perpetuum absque contradictione, una cum dicto nobili domino Ioanne Iacobo et suis haeredibus, dans et cedens dictus dominus Ioannes Iacobus praedicto reverendo Patri fratri Iacobo Custodi praedicto et dicto nomine stipulanti etc. omnia sua iura et actiones cuiuscumque generis, quae habet seu habere potest in dicto loco ut supra donato et qualibet eius parte, constituensque dictum reverendum Patrem Custodem dicto nomine, procuratorem et dominum ut in rem propriam ac ponens eum in locum, ius et esse suum universum in praedictis et circa ea, itaque in futurum Religio praedicta possit locum praedictum habere, tenere, possidere et de eo facere prout sibi deinceps et perpetuo placuerit, cum hac tamen condictione expressa et reservata per dictum nobilem dominum Ioannem Iacobum quod si non fabricaretur dictus conventus in praedicto loco donato vel patres Religionis praedictae ibi continue non habitarent (cessante tamen quocumque legitimo impedimento) quod non possit in alios transferri dominium et possessio dicti loci donati sed reddeat, eo casu, et non aliter in dictum nobilem dominum Ioannem Iacobum et haeredes suos, constituens se dictus nobilis dominus Ioannes Iacobus tenere dictum locum donec illius dicta Religio tenutam et corporalem posessionem acceperit, quam accipiendi sua propria auctoritate et retinendi deinceps perpetuo eidem licentiam omnimodam contulit atque dedit, promittensque dictus nobilis et magnificus dominus Ioannes Iacobus per se et haeredes ac successores suos eidem reverendi Patri Custodi praesenti et stipulanti pro se et successoribus suis nomine Religionis pradictae, seu et mihi notario uti publicae personae stipulanti nomine omnium quorum interest etc. de evictione et legitima perpetua deffensione dicti loci donati a quocumque etc. in iuditio et extra, secundum formam iuris et praedictam donationem ac omnia et singula supra et infrascripta perpetuo firma et rata habere et observare, in nulloque contrafacere vel venire per se vel alios, aliqua ratione, vel causa in iuditio et extra, sub poena dupli valloris dicti loci donati solemni stipulatione praemissa et refectionis omnium damnorum, expensarum et interesse in lite et extra, qua poena soluta vel non, rata tamen maneant omnia praedicta et firma perpetuo durent, obligans dictus nobilis dominus Ioannes Iacobus pro praemissorum observatione omnia sua bona praesentia et futura generis cuiuscumque. Mandando et expresse perhibendo ac etiam rogando dictus nobilis dominus Ioannes Iacobus ne filii, haeredes et posteri sui molestare debeant dictam Religionem occasione dicti loci donati ut supra, vigore alicuius praetensi fideicommissi vel aliter, et casu quo molestare vellent dictam Religionem (quod non credit) dicit et declarat idem nobilis dominus Ioannes Iacobus se posse et velle dictum locum ut supra donare tamquam pro parte suae legitimae, seu quorumcumque aliorum suorum iurium et praetensionum ac dotum quomodolibet ad se spectantium et omni alio meliori modo, via, iure quibus magis facere potest et eidem licuit et licet pro exequendis praedictis et pro fundando dicto conventu, prout dictum locum ellegit pro parte dictorum suorum iurium et praetensionum et praecipue pro dotibus suis maternis, adeoque nemo in futurum procedere possit nec beat contra dictam Religionem et locum praedictum occasione bonorum fideicommissionum alienationum nec aliter, et ita dictus reverendus Pater Custos, nomine dictae Religionis, dixit et protestatus est velle acceptare prout acceptat dictum locum a dicto nobili domino Ioanne Iacobo, tamquam ad eum spectantem et per eum electum pro dictis suis praetensionibus et dotibus ac iuribus praedictis etc.. Rogando insuper dictus nobilis dominus Ioannes Iacobus suprascriptum nobilem et excellentissimum dominum capitaneum etc., ac quoscumque iudices et

superiores auctoritate fungentes etc., tam ecclesiasticos quam saeculares, praesentes et futuros, ut dictam electionem praedicti loci per se factam pro dictis suis praetensionibus et dotibus confirmant et non permittant procedi contra dictam Religionem et locum praedictum occasione bonorum fideicommissionum alienationum, nec aliter, ad hoc ne dicta Religio molestetur et ne pia mens, tam dicti nobilis domini Ioannis Iacobi quam praedecessorum suorum defraudetur, cum id facere affirmet dictus nobilis dominus Ioannes Iacobus pro exonerazione conscientiae suaee et pro salute animae suaee et praedecessorum ac descendantium suorum ut supra dictum est, et ad hoc ut dicti Patres qui pro tempore fuerint in dicto conventu construendo orent Deum pro dicto nobili domino Ioanne Iacobo et pro animabus praedecessorum suorum praedictorum, et pro animabus etiam nobilium quondam animarum Andrianae matris et Emiliae uxoris suarum ac descendantium ex eis, mandans etiam dictus dominus Ioannes Iacobus omni quo potest meliori modo etc., praedicta valere et iure legati et ultimae voluntatis et omni alio meliori modo, via, iure, forma, causa et ordine, quibus magis valere poterint et effectum suum sortiri. Renuncians exceptioni non sic factae dictae donationis ac instrumenti ut supra etc., ac beneficio insinuantionis legis dicenti generalem renunciationem non valere nisi praecesserit principalis, exceptionique doli mali, pacti contradicentis in factum, condictioni indebitae et sine causa, omnique alio suo iure legum et statuti auxilio et favori sibi contra praedicta quovisque modo invalidus (?) et ad maius robur omnium praedictorum praedictus nobilis dominus Ioannes Iacobus iuravit ad sancta Dei Evangelia tactis Scripturis, in forma praedicta omnia observare etc. et non contravenire etc., sub poena et obligatione praemissa ac periurii etc., rogando dictus nobilis dominus Ioannes Iacobus Patres praedicti conventus ut exorare vellint Deum pro dicto nobili domino Ioanne Iacobo et pro tota domo et familia sua et pro animabus defunctorum suorum, iuxta eiusdem domini Ioannis Iacobi intentionem suprascriptam expressam instandoque omnia praedicta per antelatum nobilem et excellentissimum dominum capitaneum suo iudiciali decreto confirmari et approbari omni meliori modo etc. Rogandoque me notario infrascripto ut de praemissis omnibus publicum conficiam instrumentum ad perpetuam rei memoriam.

Qui nobilis et excellentissimus dominus capitaneus intellectis praemissis et de eis informatus, consideratisque considerandis etc., suprascriptum instrumentum donationis, ac omnia et singula in eo contenta et descripta laudavit, approbavit et confirmavit eisque suam et illustrissimi domini praedicti etc, qua fungitur, autoritatem et iudiciale decretum, causa cognita et requisitus interposuit supplendo omnes defectus, si qui etc. omni meliori modo etc.

S. N. Ego Bartholomeus Pivius de Strigno quondam ser Baptista filius imperiali auctoritate notarius publicus degens Perzini suprascriptis omnibus affui, eaque rogatus publice et fideliter scripsi et publicavi in praesentia omnium suprascriptorum, praesensque instrumentum deinde confeci et in hanc publicam formam manu propria reddigi etc. In quorum fidem me subscrpsi et solito meo tabellionatus officii signo munivi et autenticavi.

Deo laus trino et uno semper. Amen.

Nos Carolus miseratione divina sacrae romanae ecclesiae tituli sancti Thomae in Parione presbiter cardinalis Madrutius, episcopus princepsque Tridenti etc. suprascriptum instrumentum donationis cum omnibus et singulis in eo contentis, nostra auctoritate uti princeps Tridenti approbandum, laudandum et confirmandum duximus prout illud attentis in eo expositis ac narratis, approbamus, laudamus et confirmamus. In quorum testimonium praesentes fieri iussimus, appensione sigilli nostri munitas. Datum

Tridenti ex Arce nostra Boniconsilii, die x ianuarii M.DCVII.

Ad mandatum illustrissimi ac reverendissimi domini, domini Cardinalis episcopi principisque Tridenti proprium.

Petrus Alexandrinus a Neustein cancellarius.

72.

Trento, 1609 giugno 17.

Gaspare fu Leone Gorno di Trento costituisce un affitto in favore della signora Caterina Roccabruna vedova Serena, agente a nome dei figli per l'importo di 600 ragnesi, assicurati su un vignale a Pietra Stretta di Trento: Gaspare darà annualmente cento staia di frumento alla signora Roccabruna.

In Christi nomine amen. Anno naticitatis eiusdem millesimo sexcentesimo nono, inductione septima, die vero mercurii decima septima mensis iunii, Tridenti in contrata sanctae Mariae Magdalena, in revolto terreno prope viridarium domus et habitationis infrascriotae nobilis dominae emptricis nomine suorum filiorum. Praesentibus ibidem Simone filio Iacobi Benasuti sucii servitore infrascripti nobilis et admodum reverendi domini archidiaconi Baptistae quondam Georgii a Plathea de Pomarolo et Francisco quondam Petri Pasqualis de Fornace Tridenti habitatoribus, testibus ad infrascripta omnia et singula vocatis specialiterque rogatis.

Ibius constitutus personaliter dominus Gasparus filius quondam domini Leonis Gorni civis Tridenti, per se et suos haeredes iure proprio et in perpetuum ad liberum allodium salvo pacto infrascripto, dedit, vendidit et tradidit nobili dominae Catharinae a Rochabruna uxori relictæ quondam nobilis domini Ioannis Donati Syrenae olim civis Tridenti ibidem praesenti uti tutrici filiorum suorum suprascriptorum cum dicto quondam domino Ioanni Donato marito et in dictis nominibus et illorum haeredibus cum praesentia et consensu nobilis et multum reverendi domini Hieronymi a Rochabruna archidiaconi in tridentina ecclesia cathadrali canonici et nobilis domini Evangelistae Figini sive Cherubini uti comissariorum testamentariorum eiusdem quondam domini Ioannis Donati ementi stipulanti et recipienti unum afflictum perpetualem franchitabilem tamen stariorum centum frumenti ad communem mensuram Tridenti, simul cum sua proprietate et directo dominio unde solvi debet. Quem omni meliori modo posuit et constituit super una eius petia terrae arativa et vineata stariorum sexdecim seminis in circa, cum domo contigua, sive super illius melioramentis et hoc sine praeiudicio iurium domini directi nempe venerabilis Tridenti Capituli, cui nullum fiat praeiuditium et contractus sit factus quatenus dominus directi placeat et non aliter, meliori modo, sita in pertinentiis Tridenti in loco dicto a Preda Stretta nominata il Vignal, inter hos confines: a mane apud viam consortalem, a meridie ser Nicolaum Bochinum, a sero viam comunem, a septentrione apud haeredes quondam domini Achilis Mantii et forte apud alias plures et veriore confines. Asserens et affirmans idem dominus vendor dictam petiam terrae esse idoneam et sufficientem solutioni ipsius afflictus et tertii de pluri iuxta constitutiones. Ad habendum, tenendum, possidendum et exigendum. Cum omnibus et singulis iuribus et actionibus afflictui praedicti et eius proprietati quomodolibet spectantibus et pertinentibus. Et hoc nominatim pretio renensium centum a carantanis sexaginta pro singulo renense quos ipsa domina emptrix ibidem in testium praemissorum meique notarii infrascripti praesentia, dedit, solvit et exbursavit ipsi domino venditori ad se trahenti in monetis auri in auro et pane a moneta. Quem afflictum idem dominus vendor dixit constituisse et pecunias ipsas recepisse

causa eas solvendi diversis dominis mercatoribus creditoribus haeredum quondam domini Vigilii Calderae olim mercatoris Tridenti, quoniam ipse dominus venditor est curator et a quibus creditoribus rogebatur pro eorum satisfactione. Quem afflictum et proprietatem idem dominus venditor suo nomine et vice ipsius dominae emptricis tutorio nomine ut supra tenere et possidere constituit donec etc. Promittens idem dominus venditor per se etc., ipsae dominae emptrici ut supra, stipulanti manutene ipsum afflictum exigibilem et bene fundatum, deque ipsius affictus et proprietatis evictione et legitima defensione secundum formam iuris et statutorum Tridenti et petiam terrae ipsam meliorare etc., et de ea omni anno in festo sancti Michaelis vel eius octava omnibus suis sumptibus et periculo dare, solvere, conducere et praesentare ac mensurare Tridenti ad solitam habitationem ipsius dominae emptricis agendo tutorio nomine ut supra, dicta staria centum frumenti boni sicci pulcri et bene sasonati ad communem mensuram Tridenti ad taxam tamen et iuxta constitutiones illustrissimi et reverendissimi domini domini Tridenti etc., et quatenus ex praemissis vel infra dicendis ab ipsa constitutione omittendo vel faciendo quovis modo recessum fore dici aut dubitari possit declaravit ad tolendum omne dubium et pro validitate contractus omnia haberi pro appositis quae apponenda sunt et pro non appositis quae non erunt apponenda restringentes totum contractum praesentem et contenta in eo ad verum sensum et dispositionem dictarum constitutionum et sic et non aliter nec alio modo contraxerunt, de ratoque omnium et singulorum in praesenti instrumento contentorum sub poena dupli etc., et refectionis omnium damnorum etc. Qua poena soluta vel non nihilominus omnia et singula in praesenti instrumento contenta sint semper firma et rata. Obligans idem dominus venditor pro observatione praemissorum omnium omnia bona sua praesentia et futura. Cum pacto tamen ipsi domino venditori et haeredibus suis reservato de se franchitando quandocumque et quotiescumque solvendo et restituendo pretium de quo supra et affictus si qui incurrisserint et quoad mercedes praesentis instrumenti illas solvere quatenus ad ea tenebitur, et hoc de pacto expresso inter partes solemni stipulatione vallato. Quibus praesens fuit dominus Caesar de Sartis civis et appothecarius Tridenti qui sciens se ad praedicta non teneri volens tamen se efficaciter obligare precibus ipsius domini venditoris se pro eo fideiussorem principalem et principaliter ac in solidum constituit et promisit per se et suos haeredes ipsi nobili dominae emptrici ut supra stipulanti quod idem dominus venditor omnibus per se promissis attendet, observabit et solvet, alioquin idem dominus fidiussor praedictis omnibus in propriis suis bonis attendere, observare et solvere promisit, obligans omnia bona sua praesentia et futura. Renuntians beneficio novarum et veterum constitutionum, Epistolae Divi Adriani ac auth. C. de fideiuss. et omnibus aliis legibus sibi competentibus et faventibus... a me notario. Quem fideiussorem idem dominus Gasparus venditor indemnem conservare promisit sub obligatione omnium bonorum suorum praesentium et futurorum.

S. N. Ego Stephanus filius quondam Iosephi Demae civis Tridenti publicus apostolica ac imperiali authoritatibus notarius suprascriptis praesens fui eaque rogatus scripsi ac publicavi. Ideo me aliis occupato negotiis hoc instrumentum aliena manu transcriptum perlectum cum originali meo concordare inveni subscrispi signum meum solitum apposui.

Ad laudem Dei Optimi Maximi.

Giovanna vedova di Guglielmo Sosi da Cognola fa il suo testamento. Vuole esser sepolta a s. Vito di Cognola, fa un legato per le tronde ecc.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo sexcentesimo decimo, indictione octava, die vero martis decima mensis augusti, Tridenti in contrata sanctae Mariae Maioris et in studio domus mei notarii infrascripti. Praesentibus ibidem egregio domino Marco Antonio Scutellis, Iosepho textore de Nano habitatore Medii s. Petri, Nicolao Iordano sutori Tridenti, Ioanne de Adamis Tridenti habitatore, Francisco Besagno de Ravina, Antonio molitore Spauri Maioris ac Antonio Tachello habitatore Pedecastelli, testibus ad infrascripta omnia et singula vocatis et rogatis ore proprio infrascriptae testaticis dicentis Rogo vos omnes quatenus huic meo testamento et ultimae voluntatis testes esse velitis.

Ibique personaliter existens et super quodam scamno sedens domina Ioanna uxor relicta quondam Gulielmi de Sosiis de Cognola, sana per Dei gratiam mente, sensu, loquella, visu, intellectu ac corpore, considerans statutum esse homini semel mori, nil certius morte et hora illius incertius et prudentis esse dum homo in bona dispositione mentis et corporis existit, rebus suis et una simul personis providere ne post eius mortem lis seu questio aliqua inter posteros suos oriatur. Ideo per hoc praesens suum sine scriptis nuncupativum testamentum, ut infra dispositus et ordinavit et quidem

primo quando ex saeculo eidem migrare contigerit, animam suam Deo omnipotenti, Beatae Mariae Virgini ac toti Curiae coelesti humiliter et devote commendavit, mandans corpus suum sepeliri iuxta eius conditionem in coemeterio sancti Viti Cognolae, ubique eius maritus sepultus fuit, sibique celebrari mandavit obitum, septimum, trigesimum et anniversarium.

Item iure legati reliquit et legavit semel tantum fabricae ecclesiae sancti Vigilii Tridenti libram unam olei necnon eodem iure legavit fabricae ecclesiae s. Viti Cognolae libras duas olei semel tantum solvendae per infrascriptum eius haeredem.

Item mandavit tempore celebrationis septimi pro elemosina distribui semel tantum staria duo frumenti reducti in pane vulgo dicti tronde.

Item iure legati et institutionis reliquit et legavit ac omni alii meliori modo semel tantum Dorotheae filiae suae Rhenenses triginta.

Item Iustinae filiae suae iure legati et institutionis omni alii meliori modo legavit, reliquit semel tantum Rhenenses triginta.

Item iure iure legati reliquit et institutionis ac omni alii meliori modo legavit semel tantum Lucretiae filiae suae Rhenenses triginta et moriente una vel pluribus ex dictis filiabus sine filiis vel filiabus legitimis et naturalibus substituit superstitem vel superstites et earum filios vel filias legitimas et naturales in stirpem et non in capita, mandavitque eas et quemlibet earum fore tacitam et contentam de omni et toto eo quod praetendere possent quocumque iure in bonis praedictae testaticis.

Item iure legati et institutionis reliquit et legavit et omni alii meliori modo, Luciae, Gasparinae et Annae filiabus ser Petri filii sui charissimi Rhenenses quinque pro singula, eis dandos per infrascriptum eius haeredem.

In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus et immobilibus, iuribus et actionibus praesentibus et futuris, ubicumque sint et reperiri possint, haeredem suum universalem sibi instituit, ore proprio nominavit et esse voluit ser Petrum filium suum charissimum susceptum cum praedicto quondam Gulielmo marito et moriente praedicto filio sine filiis masculis legitimis et naturalibus substituit ei per fideicommissum illiusque filias seu eius filiorum filios et filias quatenus matres prius decessissent in stirpem tamen et

non in capita omni meliori modo etc.

Et hoc dixit ipsa testatrix esse et esse velle suum ultimum testamentum et ultimam eius voluntatem, quod et quam voluit valere iure testamenti et si iure testamenti non valeret, valeat et valere voluit iure codicillorum et donationis causa mortis et omni alii meliori modo quo magis et melius valere potest, rogans me notarium ut de praemissis publicum conficiam instrumentum ad perpetuam rei memoriam.

S.N. Ego Maximilianus filius quondam nobilis et excellentissimi protophaesici et consiliarii caesarei domini Petri Andreae Matthioli publicus apostolica imperialique autoritatibus notarius Tridentique civis quia praemissis interfui ea scripsi et publicavi.

74.

Godenzo, 1612 gennaio 26.

Compromesso tra gli abitanti di Godenzo.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo sexcentesimo decimo secundo, indictione decima, die iovis vigesimo sexto mensis ianuarii in villa Gaudenti plebis Lomassi et diocesis tridentinae et in stuba domus habitationis ser Simonis, praesentibus dicto Dominico...

75.

Compravendita a Godenzo.

76.

Trento, 1614 giugno 30,

Francesco fu Michele Vicari da Trento, col consenso della madre Massenza Crivelli, costituisce (ipoteca un campo per) un affitto del valore di ragnesi 600 assicurato su un fondo a Mezzolomardo, ai Broili a favore di Francesco Dema di Trento: Francesco darà ogni anno 100 staia di frumento come affitto.

In Christi nomine amen. Anno a partu Virginis millesimo sexcentesimo quartodecimo, indictione duodecima, die lunae trigesima mensis iunii in civitate Tridenti in contrata Lata in uno thalamo terreno domus magnifici domini Philippi Lasini habitationis nunc infrascripti domini venditoris, praesentibus ibidem egregio domino Aldrigeto quondam spectabilis domini Antonii Gislomberti olim notarii civisque Tridenti et ser Petro quondam Ioannis Nardelli de Supramonte habitatore Cadeni districtus Tridenti, testibus ad infrascripota adhibitis et specialiter rogatis.

Ibique personaliter constitutus nobilis et excellens legum doctor dominus Franciscus filius quondam nobilis domini Michaelis de Vicariis civis Tridenti, asserens et affirmans se iam complevisse vigesimum quintum annum sua aetatis cum praesentia et consensu nobilis dominae Maxentiae natae Cribelae eius matris per se et suos haeredes, iure proprio et in perpetuum pro libero alodo dedit, vendidit et tradidit nobili et magnifico domino Francisco Demae quondam nobilis et magnifici domini Iosephi Demae civi Tridenti ibi praesenti pro se et suis haeredibus ementi et recipienti unum afflictum perpetuum franchitabilem stariorum centum frumenti boni, siccii, nitidi ac bene sasonati communis mensurae civitatis Tridenti ad taxam tamen et secundum constitutiones illustrissimae superioritatis Tridenti et veteres et novas a quibus domini contrahentes recedere haud intendunt, imo probantur, quod si quasdam hoc in instrumento descriptae forent dictis contrahentibus contrariae, quod non por insertis, et si quae omssiae, non omittendae, quod pro specifice descriptis habeantur ita ut

praesens contractus intelligatur celebratus secundum sensum et normam dictarum constitutionum simul cum sua proprietate et directo dominio unde solvetur. Quem dictus dominus Franciscus omni meliori modo, via, iure, forma, causa et ordine quibus melius, validius et efficacius potuit et potest, posuit, constituit, asecuravit atque fundavit super residuo sive melioramentis sui loci arativi, vineati et prativi quantitatis plodiorum octo circiter positi in pertinentiis Medii Sancti Petri in loco alli Broili.

Item super residuo sive melioramentis positi ibi contigui, supra et in Rocalin plodiorum quinque in totum circiter, alias per nobilem dominam Maxentiam praedictam sibi tunc curatricem praedicti excellentis domini Francisci filii obligatum ad solutionem alterius affictus franchitabilis stariorum ducentorum sexdecim ac duorum stariorum frumenti ad favorem eiusdem domini Demae ut in instrumento die vigesima septima martii anno quinto supra millesimum sexcentesimum, in rogitis quondam egregii domini Alexandri Gislomberti notarii Tridenti celebrato, quibus quidem omnibus bonis, mane versus adhaerent nobilis dominus Simoni... civis Tridenti et Nicolaus Terna, meridiem versus haeredes quondam domini Vigilii Ioannelli et Paulus Ferrarius, versus sero Baptista Nicolodinus et haeredes Michaelis Matuelae sive de Baptistis, septentrionem versus via communis et forte alii veriores confines, quae quidem bona sive illorum melioramenta ipse excellens dominus Franciscus affirmavit et fructifera et sic idenea et sufficientia ad futuram dicti affictus solutionem, prout illa et eorum quoscumque pro tempore possessores, voluit fore et esse obligata et obnoxia ad illum persolvendum. Ad habendum et cum omnibus et singulis iuribus et actionibus, viis usibus et requisitionibus dicto affictui vendito et illius proprietati quovis modo pertinentibus. Pretio renensium sexcentum, parentorum sexaginta pro quolibet rhenense, quos dictus dominus Dema in testium praemisorum et mea infrascripti notarii praesentia, in auro et argento bono et expendibili exbursavit, numeravit, solvit ac dedit praedicto excellenti domino Francisco venditori ibi praesenti, illos ad de trahenti et imbursanti, qui ideo se vice ac nomine praedicti domini emptoris ac pro eo tenere et possidere constituit dicta bona obligata vel quasi donec de illis dictus dominus emptor tenutam realem et possessionem acceperit corporalem, quamque accipendi propria auctoritate et in tenutam retinendi vel quasi, ipsi licentiam omnimodam dedit et contulit respectu directi tantum, ita quod utile remaneat penes dominum venditorem et haeredibus, cum onere solvendi talem affictum ut infra dicetur. Promittens dictus nobilis et excellens dominus Franciscus de Vicariis per se et suos haeredes ipsi nobili domino Demae praesenti pro se et suis haeredibus stipulanti de evictione et legitima dictorum bonorum obligatorum contra quemcumque difensione secundum iuris formam, talemque affictum manu tenere, bene fundari nec non de ratoi et rati habitione perpetua omnium et singulorum supra et infrascriptorum et numquam in aliquo contrafacere et pena dupli pretii praedicti solemniter praemissa et refectionis omnium damnorum, expensarum ac interesse litis et extra.

Item promisit dicta bona obligata meliorare et de bonis in melioribus promovere ac pro illis omni anno in festo sancti Michaelis Arcangeli vel infra illius octavam dare, solvere, conducere, praesentare et mensurare hic Tridenti ipsi domino emptori aut illius haeredibus domi sua aut illorum habitationis dicta staria centum frumenti, secundum... Constitutiones praenarratas et eiusdem nomine affictus dictorum locorum cum pactis et obligationibus in similibus instrumentis ac investituris locationum perpetualium domorum mercati veteris Tridenti apponi consuetis, hic ammissis bonitatis gratia, licet publicatis et quae uti descriptis habeantur. Pro quibus omnibus et singulis praemissis firmiter observandis dictus excellens dominus venditor obligavit cuncta sua et harredum

bona generis cuiuscumque praesentia atque futura iuris et facti omni exceptione remota et specialiter rei non sint supergestae. Pacto tamen ipsi excellenti domino venditori et illius haeredibus reservato solemnique stipulatione valato se franchitandi quandocunque hae ulla prorsus temporis praescriptione a dicto affictu etiam in tribus vicibus solvere renenses biscentum pro qualibet vice et affictus decursos ad ratam capitalis et temporis quia sic expresse pepigerunt omni meliori modo.

S. N. Ego Sebastianus Sicilianus filius quondam domini Iacobi olim civis Tridenti, publicus imperiali auctoritate collegiatus Tridenti notarius, praemissis aliena manu ex meo protocolo descriptis interfui rogatus illa publicavi atque diligenter perlegi et concordare reperi laudando ac postillam in fine positam, errore scriptoris omissam quam cadet in suprascripta linea a principio, quae continet nomen unius testis, ideo subscripi et signo meo munivi. A laudem Dei semper.

77.

Cles, 1617 gennaio 9.

Antonio Tamè da Maiano di Cles vende a Michele Micheli un terreno situato a Maiano, al Molinel, per 31 ragnesi.

In Christi nomine amen. Anno Domini millesimo sexcentesimo decimo septimo, indictione decima quinta, die lunae nona ianuarii in villa Maiani plebis burgi Clesii vallis Annaniae et tridentinae dyocesis in stuba domus Martini Thamé, praesentibus testibus adhibitis et rogatis Ioanne Polet, Iacobo quondam Antonii Thamé et Vito quondam Matthaei Thamé omnibus de Maiano.

Ibidem personaliter constitutus Antonius quondam Matthaei Thamé de Maiano per se et haeredes suos, iure proprio et imperpetuum pro libero, franco et expedito allodio dedit, vendidit et tradidit magistro Michaeli de Michaelibus ibidem praesenti pro se et haeredibus suis ementi, stipulanti et recipienti petiam unam terrae arratoriam positam in pertinentiis Maiani in loco dicto a Molinel cui cohaeret Rivus, bona fabricae sancti Petri, via communis, Balthasar Bertholasius et forte etc. ad habendum, tenendum, possidendum et faciendum quicquid sibi et haeredibus suis post hac placuerit, cum omnibus et singulis iuribus et actionibus, quolibet modo pertinentibus ad ipsam rem venditam cum accessibus et egressibus suis usque ad vias publicas et comunes, et hoc fuit pro precio et nomine precii rhenensium triginta unius denariorum, quod quidem premium habuisse et recepisse confessus est idem venditor ab ipso emptore exceptioni non numeratae peccuniae, doli, mali et omni alii iuri suo et legum auxilio omnino renuntians, constituens se dictus venditor dictam rem venditam tenere et possidere quousque ipsius rei venditae possessionem acceperit corporalem, quam accipiendo ei perpetuo retinendi licentiam omnimodam contulit, cum promissione evictionis, ratti habitionis, legitime deffensionis a quacumque persona impediente et impedire volente sub obligatione bonorum omnium praesentium et futurorum.

Omnia ad maiorem Dei gloriam.

S. N. Ego Ioannes filius quondam Antonii Valenti de burgo Clesii publicus imperiali auctoritate notarius, praemissis omnibus et singulis praesens fui et ea rogatus publice scripsi ac consuetum notariatus officii signum ad maius robur imposui.

78.

Pergine, 1618 maggio 20.

Elisabetta Tabarelli da Cembra moglie in terzo matrimonio di Michele Gentili da Pergine si accorda con fratello Cristoforo sulla sua quota di eredità, stimata in ragnesi

292 oltre i 375 già avuti.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem nativitatis millesimo sexcentesimo decimo octavo, indictione prima, die vigesimo mensis maii, in burgo Perzini in stuba domus domini Michaelis Gentilli, praesentibus Bernardino quondam Sebastiani Fachini de Viarago et Adamo quondam Ioannis Iacobi de Ferrariis de Saledo de Segonzano famulis dicti domini Michaelis testibus ad infrascripta vocatis atque rogatis.

Ibidem constituta domina Helisabeth filia quondam domini Antonii Tabarelli de Cimbria uxor in tertio matrimonio infrascripti domini Michaelis Gentilli faciens per se et haeredes cum praesentia, autoritate et consensu dicti domini Michaelis mariti de meliori modo etc., quibus etc., fecit pacem, finem, remissionem et quietationem ac pactum perpetuum de ulterius quicquam non praebendo domino Iacobo Christophoro fratri suo ibidem praesenti pro se et haeredibus acceptanti pro omni iure, actione ac pro omni et toto eo quod petere seu praetendere potest, poterat, potuisset vel in futurum videretur, omnem haereditatis et successionis paterna et materna, sive iure legitimae vel sanguinis aut debiti iuris et bonorum subsidii et tam ex testamento quam ab intestato, aut quacumque alia de causa sibi quomodolibet competenti vel competitura in dictis bonis et haereditate paternis et maternis. Nec non in successione et quota haereditatis quondam domini Francisci fratris et dominarum Dominicae et Barholomeae sororum omnium ab intestato et absque filiis defunctarum.

Et hoc fecit nominatim pro renensibus ducentum et nonaginta duobus in ratione solita etc. ultra renenses 375 alias habitos et in dotem traditos quondam domino Alexandro Minato secundo marito, videlicet renenses 280 ad computum suprascriptarum praetensionum, item renenses 20 pro legato quondam dominae Cattarinae Ioriatae et renenses 75 pro legato seu successione quondam domini Gasparis a Porta de Cimbria primi sui mariti. Et hoc iuxta accomodationem factam per dominum Ioannem de Molitoribus de Perzino... communiter et hinc inde ellectum praesentem et sic se accommodasse affirmantem et quam accomodationem partes laudaverunt, renuntiantes cuicunque liti, seu iudicio quae inter eas dictis de causis vertebatur per solemnem et reciprocam stipulationem. Quosque renenses 292 dicta domina Helisabeth contenta et confessa fuit habuisse a praedicto domino Iacobo Christophoro fratre acceptante in promptis peccuniis ante praesentem liberationem. Renuncians exceptioni non sic factae praesentis conventionis, liberationis et pacis et finis, non numeratae peccuniae et non habitae dictae summae, exceptionique doli, mali pacti conventi etc., omniue alii suo iuri, legum, statutorum favori et auxilio. Promittens praesentem liberationem ac omnia et singula suprascripta et in praesenti instrumento contenta firmam et ratam, ac firma et rata habere et non contravenire per se vel alios aliqua ratione vel causa de iure vel de facto paena dupli etc., et refectionis omnium damnorum, expensarum et interesse etc., obligans omnia bona sua praesentia et futura generis cuiuscumque. Et ad maius praemissorum robur dicta domina Helisabeth tactis Scripturis manu dextera iuravit ad Sancta Dei Evangelia praemissis non contravenire paenis et obligationibus praemissis ac paena periurii, certiorata a me notario de vi et importantia dicti iuramenti etc.

S. N. Ego Andreas filius quondam spectabilis et egregii domini Horatii Leporini Perzini publicus imperiali authoritate notarius, praemissis aliena manu ex prothocollo meo fideliter scriptis interfui, rogatus illa publice scripsi et publicavi. Ideo me subscripti et solitum meum signum apposui etc.

Ad laudem Dei omnipotentis.

Trento, 1619 marzo 2.

Mario Boldeni da Verona abitante da molto tempo a Rovereto, marito della nobile Giacoma del Ben da Rovereto rivende a Carlo Madruzzo un affitto del valore di ragnesi 22. Il documento di procura è fatto a Rovereto.

In Christi nomine amen. Anno ab eiusdem nattivitate millesimo sexcentesimo decimo nono, indictione secunda, die vero sabbati secunda mensis martii in castro boni Consilii Tridenti, in tallamo multi reverendi domini aechonomi. Praesentibus ibidem domino Antonio quondam domini Ioannis Bonomi et domino Nicolao quondam ser Antonii Pedroti, testibus ad infrascripta omnia et singula vocatis spetialiterque rogatis.

Ibique personaliter constitutus magnificus dominus Marius Boldenus de Verona habitator iam longo tempore Roboreti uti maritus ac coniuncta persona nobilis dominae Iacobae natae dal Ben de Roboreto praedicto et ut procurator et eo nomine praedictae nobilis dominae Iacobae ad vendendum seu franchitandum nonnullos afflictus et praesertim infrascriptum, ut ex procura in praedictum dominum Marium facta per praedictam dominam eius uxorem appareret in rogitis spectabilis domini Bonefidei Malinverni notarii Roboreti sub die tertia octobris anni 1614, indictione duodecima ibidem visa infraque registranda.

Ideo praedictus dominus Marius dicto procuratorio nomine per dictam dominam eius uxorem et per illius haeredes iure proprio et imperpetuum, pro libero, francho et expedito allodio dedit, vendidit seu retrovendidit ac tradidit multum reverendo domino comiti de Contis aechonomo illustrissimi et reverendissimi domini domini Caroli Madrutii cardinalis ac episcopi principisque Tridenti domini nostri etc., nomine praedicti illustrissimi et reverendissimi et illius haeredum non autem mensae episcopalis redimenti, stipulanti et recipienti unum afflictum perpetualem seu livellum librarum quinque denariorum seu unius renensis omni anno, quem solvere tenebantur illustrissimi domini Madrutii ut dictum est, super loco seu illius parte dicto alla Toresela, prope molendina extra moenia Tridenti ut ex suis instrumentis seu investituris apparere debet; quae vigore praesentis retrovenditionis, seu franchitatis nulla et nullae sint nulliusque valoris, roboris ac momenti. Ad habendum tenendum et possidendum et quicquid praedicto multum reverendo domino retroemptori, nomine ut ante et illius haeredibus deinceps perpetuo placuerit faciendum, cum omnibus et singulis iuribus et actionibus ad dictum afflictum et illius proprietatem modo aliquo spectantibus et pertinentibus. Absolvens, liberans et franchitans praedictus dominus Marius nomine praedictae nobilis dominae Iacobae uxoris, per ipsam et per illius haeredes praedictum multum reverendum dominum comitem praesentem nomine ut supra, et illius haeredum stipulantem et acceptantem ab ulteriori solutione et praesentatione dicti afflictus seu livelli tam pro tempore praeterito, quam futuro. Et hoc pretio et pretii nomine inter se convento renensium viginti duorum in ratione librarum quinque denariorum bonae monetae maranensis pro singulo renense, ultra omnem ratam inclusorum. Quos dictus multum reverendus dominus cardinalis aechonomus ibidem praesaentibus testibus praedictis ac me notario subscripto dedit, solvit, numeravit, exbursavit ac tradidit, de pecuniis praedicti illustrissimi et reverendissimi domini domini cardinalis etc. praedicto magnifico domino Mario retrovenditori praesenti et dicto procuratorio nomine, illos ad se trahenti, in moneta argentea bona atque expendibili. Quem quidem afflictum una cum illius proprietate dictus dominus Marius retrovenditor se nomine et vice dicti multum reverendi domini aechonomi retroemptoris ac pro eo, dicto nomine tenere et possidere constituit donec illius tenutam realem et possessionem

acceperit corporalem, quam accipiendi sua propria auctoritate et in se deinceps perpetuo rettinendi, sibi licentiam omnimodam contulit atque dedit. Promittens praedictus dominus Marius retrovendor, nomine praedictae dominae eius uxoris, per illam et per illius haeredes praedicto multum reverendo domino aechonomo retroemptori praesenti nomine praedicti illustrissimi et reverendissimi domini domini etc., stipulanti et recipienti de evictione et legitima deffensione dicti affictus et illius proprietatis secundum formam iuris nec non et de rato, ratique habitione perpetua omnium et singulorum suprascriptorum sub poena dupli pretii praedicti, solemni stipulatione praemissa, et refectionis omnium et quorumcumque damnorum, expensarum ac interesse litis et extra; qua poena soluta vel non, rata tamen maneant firmaque perdurent omnia et singula in praesenti instrumento contenta, sub obligatione omnium bonorum tam praedictae nobilis dominae Iacobae, quam domini Marii retrovendoris, praesentium et futurorum generis cuiscumque in forma etc.

Tenor procura sequitur.

In Christi nomine amen. Anno ab eius nattivitate 1614, indictione XII, die veneris tertio mensis octobris, in porticu septentrionali domus mei notarii, Roboreti. Praesentibus magistro Mattheo de Pertessadris de Pedresano et Sanctorlino filio quondam Ioannis Antonii Zopani samitariis et habitatoribus Roboreti testibus rogatis etc.

Nobilis domina Iacoba filia quondam nobilis domini Gasparis Beni Roboreti et uxor nobilis domini Marii Boldeni veronensis habitatrix Roboreti praedicti, praesens agens per se et suos haeredes, voluntarie et ex certa sui animi scientia omni meliori modo, via, iure et forma etc., quibus etc., solemniter constituit et ordinavit in suum verum et legitimum procuratorem et exactorem praefatum dominum Marium eius maritum praesentem at acceptantem etc., specialiter et expresse ad affrancandum omnes et singulos infrascriptos suos affictuales a capitalibus infrascriptis cum emergentibus ab eis etc. et superinde unum et plura infrascripta publica celebranda coniunctim et divisim nec non summas dictorum capitalium recipiendas sive habuisse et recepisse confitendum in totum sive partim et pro manutentione affranchationum et cuiuslibet ipsarum faciendum, obligandum quaecumque sua bona etc., prout magis et melius videbitur dicto domino Mario marito suo cum omnibus promissionibus, obligationibus et clausulis necessariis et opportunis etc., Et promisit solemniter dicta domina Iacoba dicto domino Mario marito et procuratori ut supra constituto stipulanti, una cum me notario infrascripto uti publica persona quorum interest aut in futurum intererit nomine similiter stipulante et acceptante semper et perpetuo habendo rata et grata omnia et singula facienda, confitenda affranchanda, promittenda et liberanda per dictum dominum Marium etc., et non contrafaciendo etc., poena dupli et refectionis etc., qua vel quibus etc. tamen obligando bona sua praesentia et futura etc. manuque dextera tactis Scripturis iuravit ad sancta Dei Evangelia, non solum de ratis habendis suprascriptis verum etiam esse cautam et securam pro tota et integra summa dictorum omnium sive infrascriptorum afflictualium in et super bonis praedicti sui mariti prout etiam ipsem dominus Marius per se etc., cautavit et affirmavit praedictam dominam eius uxorem stipularem pro se etc. specialiter et expresse in et super petiam terrae aratoriam et vitatam in loco della Stuffas acquisita a Peterlino de Peterlinis nec non super domo in Roboreto acquisita a nobili domino Nicola del Ben sororio de qua in rogationibus meis, ad quas respective confinium relatio habeatur etc., et quae omnia nomine dominae suae uxoris tenere constituit etc., cum promissione evictionis etc. praedicta domina Iacoba etc, obligando boan sua etc., solemni stipulatione inter etc.,

nomine afflictum etc.

Illustrissimus et reverendissimus sig. signor Cardinale et veschovo di Trento per il capitale di	Ragnesi 20 carantani 00
Per quattro de Gazadina per capitale de	Ragnesi 28 carantani 10
Iacopo et Zuan fratelli Banaletti de Mozanicho	Ragnesi 28 carantani 36
Baldessare Gopani et compagni de Soramonte	Ragnesi 14 carantani 15
Francesco et Hieronimo Menestrina de Soramonte	<u>Ragnesi 24 carantani 00</u>
	Ragnesi 115 carantani 01

Loco sigilli. Ego Bonafides filius quondam domini Francisci Malinverni publicus ultraque auctoritate notarius matriculatus Roboretanus etc., praemissis interfui et rogatus scripsi et publicavi etc., in quorum etc.

Loco sigilli. Nos Petrus Franciscus Hocetus iuris consultus Appuanus Roboreti suique districtus Praetor pro etc.

Attestamus suprascriptum egregium dominum Bonafidem Malinvernus, qui de praemissae procurae documento rogatus fuit esse publicum legalem et authenticum notarium collegiatum Roboreti cuius quidem scripturis et ipsius publicis et authenticis hic plena et undique locorum adhibetur et adhiberi debet fides in quo etc. Roboreti 3 octobris 1614.

Laurentius Franciscus cancellarius

S. N. Ego Iosephus filius quondam spectabilis notarii L. Francisci Alexandri Zelli civis tridentinus publicus imperiali autoritate notarius etc. Praemissis omnibus et singulis licet altera manu transcriptis interfui et scripsi ac requisitus ea publice scripsi solitoque mei tabellionatus notariatus signo in praemissorum robur ac testimonium chorroboravi rogatus etc.

Ad laudem Dei omnipotentis

80.

Cles, 1619 luglio 5.

Fiore Micheli moglie di Giovanni Agostini da Cles vende una parte di casa con orto attiguo, situata a Maiano, a mastro Michele suo zio. Il prezzo fu stabilito in ragnesi 100.

In Christi nomine amen. Anno Domini millesimo sexcentesimo decimo nono, indictione secunda, die veneris quinta mensis iulii, in burgo Clesii vallis Annaniae et tridentinae diaecesis et super aula domus Clementae, praesentibus testibus adhibitis et rogatis Ioanne Dominico Chellero et Ioanne Michaelae Zanchano.

Ibidem coram nobili et clarissimo domino assessore Camello pro etc. comparuit magister Antonius quondam Laurentii de Augustinis Clesii curator datus donae Flori filiae quondam Viti de Michaelibus et uxoris Ioannis Augustini eius nepotis ex fratre Augustino et exposuit dictam donam Florem in villa Maiani habere quandam partem domus et sibi in utilem esse cum hic Clesii cum Ioanne marito habitaret velle eandem partem domus magistro Michaeli patruo dictae Adiutae Floris alienare, super quibus... informationem recipi a Bartholomeo de Michaelibus patruo Dominici Begnudelli Dresii, Petro Furlano Clesii et me notario omnibus maioribus annis vigintiquinque attinentibus dictae Adiutae. Qua informatione habita institut declarari dictum contractum de iure fieri posse et debere, qua informatione hic habita pronuntiavit dictum contractum de iure fieri posse et debere... per se et haeredes suos dicto nomine, iure proprio et imperpetuum pro libero, franco et expedito allodio dedit, vendidit et tradidit

dicto magistro Michaeli de Michaelibus ibidem praesenti pro se et haeredibus suis ementi, stipulanti et recipienti dictam domum muri muratam et lignaminibus constructam a terra usque ad aerem, videlicet cum cubiculo et stabulo et prout nunc reperitur.

Item particulam horti dictae domui contiguam, quibus rebus venditis adsunt nunc infrascripta confines videlicet dictus magister Michael, Bartholomeus de Michaelibus, via consortalis et fortasse etc., ad habendum, tenendum, possidendum et faciendum quicquid sibi et haeredibus suis in posterun placuerit cum omnibus et singulis iuribus et actionibus, quolibet modo ad ipsas res venditas spectantibus et pertinentibus, cum accessibus et egressibus suis usque ad vias publicas et comunes, videlicet per viam alla Ramenzina. Hocque dictus magister Antonius curator dicto nomine fecit pro precio et nomine precii rhenensium centum denariorum aestimo praedictorum Begnudelli et Zanchani ac Chelleri communiter a partibus electorum, quod quidem precium in denariis habuisse et recepisse fassus est exceptioni non numeratae, contractus non sic celebrati et omni alii iuri suo, omnino renuntians, constituens se dicto nomine dictas res venditas tenere et possidere, earumque ipsarum rerum venditarum acceperit corporalem possessionem, quam accipiendi et deinde retinendi licentiam omnimodam dedit promittens de evictione, rati habitione, legitima deffensione omnium et singulorum in praesenti instrumento contentorum sub obligatione bonorum omnium dictae Adiutae praesentium et futurorum cui actui praedictus nobilis et clarissimus dominus assessor omni meliori modo interposuit authoritatem suam et iudiciale decretum supplendo quoscumque deffectus. Qui Ioannes Augustinus maritus dictae Adiutae praesens assicuravit et cautam fecit dictam eius uxorem super omnibus suis bonis in electione dictae Floris uxoris praesentis et acceptantis pro praemissa summa.

Laus Deo sit semper Virginis Matri Mariae.

S. N. Ego Ioannes filius quondam Antonii Valenti de burgo Clesii publicus imperiali autoritate notarius praemissis omnibus et singulis interfui, eaque rogatus publice scripsi, publicavi, subscripsi et meum consuetum notariatus signum ad maius robur imposui.

81.

Trento, 1620 aprile 28.

Claudio Labeth rivende due affitti a Bartolomeo fu Vigilio da Cognola al prezzo di ragnesi 277.

In Christi nomine amen. Anno ab eiusdem nattivitate millesimo sexentesimo videsimo, inductione tertia, die vero martis vigesima octava mensis aprilis, Tridenti in contrata sancti Petri in stuba domus mei notarii subscripti, praesentibus ibidem Francisco Alexandri filio mei notarii subscripti, domino Ferdinando de Ferrariis hospite Tridenti et domino Georgio quondam domini Ioannis Riernsanck exactore steurarum Tridenti testibus etc.

Ibique personaliter constitutus magnificus dominus Cladius Labeth quondam magnifici domini Petri civis Tridenti, uti maritus et coniuncta persona dominae Maxentiae uxoris, pro qua de rato promisit in propriis suis bonis in solemini et valida forma, et quod attendet et observabit omnia suprascripta in praesenti instrumento promissa aliter ipse dominus Cladius de suo proprio attendere et observare promisit sub obligatione bonorum suorum omnium praesentium et futurorum, nomine ideo dictae dominae Maxentiae uxoris per ipsam et per illius haeredes ac uti succendentem in ius

spectantem domini Stephani Demmae notarii Trienti, ut in rogitis mei notarii subscripti sub die mercurii 16 mensis februarii 1614, ut ius habeatis ab excellentissimo domino Andrea Pompeato (*abrasione*) infrascriptorum afflictum a quondam nobili domino Vincentio Consolato cive Tridenti ut pariter in rogitis mei notarii subscripti vigore pacti seu pactorum, quod seu quae habet infrascriptus Bortholomeus curator et eo nomine, Ioannus Guliemi quondam Petri de Sosiis de Cognola supra Tridentum iure proprio et imperpetuum pro libero, francho et expedito allodio dedit, vendidit seu retrovendidit et tradidit Bortholomeo quondam Vigilii de Cognola praedicta praesenti ut curatori praedicti Ioannis Gulilemi pro ipso et pro illius haeredibus redimenti, stipulanti et retinenti,

Primo unum afflictum franchitabilem stariorum triginta quatuor frumenti ad comunem mensuram et secundum taxam Tridenti, pro capitali rhenensium biscentum et quatuor, quem solvere tenebatur quondam Leonardus de Philiéis a Strata supra Cognolam praedictam avus maternus dicti Ioannis Gulielmi, de cuius afflictus constitutione constat in rogitis quondam spectabilis domini Romuli Chovellae notarii sub die 9 mensis ianuarii anni 1576.

Item alium afflictum stariorum decem et octo frumenti pro capitali rhenensium centum et octo, de cuius affictu constitutione constat in rogitis mei notarii subscripti sub die lunae 29 ianuarii 1602, ad quae quatenus sit opus habeatur relatio. Ad habendum, tenendum et possidendum et quicquid dicto Ioanni Gulielmo et haeredibus suis deinceps perpetuo placuerit faciendum, cum omnibus et singulis iuribus et actionibus, ad dictos afflictus et illius proprietate modo aliquo spetcatis et pertinentibus, absolvens, liberans et franchitans iam dictus retrovendor per se et suos haeredes eumdem Bortholomeum retroemptorem praesentem nomine dicti Ioannis Gulielmi pro ipso et pro illorum haeredum stipulanti et recipienti ab ulteriori solutione dictorum afflictum et illorum proprietate tam pro tempore praeterito quam futuro. Et hoc pretio ultra omnem ratam incursorum et mercedes instrumentorum, rhenensium biscentorum septuaginta septem, librarum duarum et grossorum trium in ratione librarum quinque denariorum bonae monetae pro singulo rhenense non obstante quod capitalia praedictorum duorum afflictum ascendant ad summam rhenensium tercentorum et duodecim, eo quia suprascripto anno 1616 spectabilis dominus Stephanus Dema antedictus dedit eidem domino Claudio rhenenses triginta quatuor, libras duas et grossos novem ut ex instrumento per me notarium subscriptum rogato patet, et hoc causa ad aequandum seu suplendi ratae ad quam tenebatur praedictus Ioannes Gulielmus ut latius in dicto instrumento. Quos rhenenses biscentos septuaginta septem, libras duas et grossos tres, dictus Bortholomeus de pecuniis dicti Ioannis Gulielmi ibidem praesentibus testibus praedictis ac me notario subscripto dedit, solvit, numeravit, exborsavit ac tradidit dicto magnifico domino retroemptori praesenti et illos ad se trahenti dicto nomine, in auro et argento bono et expendibili. Quos quidem afflictus una cum illorum proprietate dictus dominus retrovendor se tenere et possidere constituit vice et nomine dicti retroemptoris ac pro eo dicto nomine, donec illorum tenutam realem et possessionem acceperit corporale, quam accipiendi propria autoritate et in se deinceps retinendi sibi licentiam omnimodam contulit atque dedit, promittens antedictus dominus Claudio retrovendor nomine dictae dominae Maxentiae eius uxor, per ipsam et pro illius haeredes (sic) eidem Bortholomeo retroemptori praesenti pro dicto Ioanne Gulielmo et pro illius haeredibus stipulanti et recipienti, de evictione et legitima defensione dictorum afflictum et illorum proprietati ex dato et facto suo tantum nec non et de rato ratique habitione perpetua omnium et singulorum suprascriptorum sub poena dupli

pretii praedicti et refectionis damnorum omnium, expensarum ac interesse litis et extra, sub obligatione bonorum omnium dicti domini Claudii retrovenditori praesentium et futurorum.

S. N. Ego Iosephus filius quondam spectabilis notarii domini Francisci Alexandri Zelli civis tridentinus, publicus imperiali auctoritate notarius, praemissis omnibus et singulis, licet aliena manu transcriptis interfui et rogatus ac requisitus ea publice scripsi, solitoque mei tabellionatus signo chorroboravi.

Deo laus.

82.

Trento, 1620 dicembre 14.

Gli eredi di Leonardo Filippi da Strada di Cognola liberano dall'affitto di 18 ragnesi gli eredi di mastro Pietro Sosi da Cognola.

In Christi nomine amen, Con il presente publico authentico scritto, qual voglio habbi forza de publico et authentico instrumento, confessio io Antonio Corazini publico collegiato notario et cittadino di Trento haver con effetto alla preenza delli testimoni sottoscritti hauuto et receuto in tanti buoni contadi Ragnesi desdotto dico Ragnesi 18 dalli Heredi del quondam Leonardo di Filippi dalla Strada da Cognola, cioè da mastro Bortholomeo di Sosii detto di Alenegazzi, come tutor delli Heredi del quondam mastro Pero di Sosi da Cognola, ser Gio. Battista di Caldonazzi detto di Villioni molinaro da Cognolla, mastro Antonio Celva da Povo facendo a nome di loro moglie et da Catharina figliola del detto quondam ser Leonardo di Filippi et questi Ragnesi desdotto sono per un capitale di un affitto de stari tre formento alla tassa, il quale li detti heredi Filippi erano soliti a pagare ogn'anno in virtù d'un instromento di costituzione del detto affitto, del qual ne fu rogato il quondam egregio signor (*spazio bianco*) il qual instromento et ogn'altro documento publico, o privato, con il presente l'annullo, che per l'avenire non sia più d'alcun valore; et per li detti Ragnesi desdotto riceuti, come di sopra, libero, quieto, et assolvo li sudeti Heredi Filippi et li beni obligati, et qualunque in particolare delli soprannominati d'ogni ulteriore pagamento, tanto del capitale quanto degli affitti sin hora scossi, facendoli patto perpetuo di non dimandargli più cosa alchuna. Promettendo d'haver sempre ferma e rata la praeſente franchitacione et liberatione, sotto l'obligatione di tutti li miei beni, che ho et che son per havere in valida forma etc.

Actum in civitate Tridenti in contrata Cantoni in stuba habitationis mei notarii, die lunae quartadecima mensis decembris anno Domini 1620, indictione 3.a. Praesentibus magistro Iacobo Armanino muratore Trdenti, Antonio quondam Donati Cavedeni de Sardanea et Ioanne filio quondam Nicolai Bertoli de Ultracastello communis Pahi, testibus specialiter a me vocatis et rogatis.

S. N. Ego Antonius Corazinus publicus collegiatus notarius et civis Tridenti quia praemissis omnibus praeſens fui eaque rogatus publice scripsi et publicavi, ideo praeſens hoc publicum instrumentum fideliter conscriptum exinde... signo solito corroboravi etc.

Laus Deo semper.

83.

Trento, 1622 gennaio 7.

Baldassare fu Simone Zamboni da Rovereto costituisce un affitto di 200 rganesi a favore di Francesco Pasi da Trento, assicurato su fondi situati a Rovereto: darà ogni

anno stia 33 e un terzo di frumento

In Christi nomine. Anno a partu virgineo millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, inductione quinta, die autem veneris septima mensis ianuarii, in civitate Tridenti in contrata sancti Benedicti in stuba domus meae habitationis, praesentibus ibidem Antonius quondam Valentini Zucati de Ciago plebis Callavini districtus Tridenti et egregio domino Ioanne Baptista Siciliano fratre meo testibus adhibitis et specialiter ad haec rogatis.

Ibique constitutus personaliter Balthasar filius quondam domini Simonis Zamboni de Roboreto olim incola Tridenti asseverans se peregisse vigesimum quintum suae aetatis annum, per se et suos haeredes iure proprio et in perpetuum pro libero alodio, salvo pacto infrascripto, dedit, vendidit et tradidit domino Francisco filio quondam domini Valentini Pasii civi Tridenti ibi praesenti pro se et suis haeredibus ementi et recipienti ius exigendi annum censem sive afflictum stariorum triginta trium et unius tertii frumenti ad taxam tamen et secundum constitutiones illustrissimae Superioritatis Tridenti a quibus ipsi contrahentes minime recedere intendunt, sed secundum illas se contrahere declarant. Quem dictus dominus Balthasar omni meliori modo, via et forma quibus efficacius potuit ac potest, posuit, constituit et assicuravit super sua arativa et vineata quattuor stariorum seminis in circa, posita in pertinentiis Roboreti a Magazol, cui ab una coheret nobilis dominus Bonhomus dal Ben.

Item super alia arativa vineata stariorum duorum, alla Segà, cui adhaeret nobilis domina Anna Sardanea nunc uxor magnifici domini Pauli Maboni de Roboreto et via communis.

Item super prato unius plodii in circa a Lizzana, cui cohaeret nobilis dominus Bortolomeus de Godutis et dictus dominus Mabonus, via communis et dominus Dominicus Cagamei et alii plures et veriores confines qui hic pro descriptis habeantur. Ad habendum etc., quas quidem terras dictus dominus Balthasar affirmavit esse liberas a quocumque alio onere, habiles et idoneas ad solvendum dictum afflictum, prout ita eas et illarum pro tempore possessores voluit fore obligatas et obligatos donec se liberaverit ut infra dicetur. Pretio renensium ducentorum, quos dictus dominus Franciscus emptor in testium praemissorum et mea subscripti notarii praesentia in duplicitibus hispanicis aureis exbursavit, numeravit, solvit ac dedit praedicto domino Balthasari venditori praesenti et illos ad se trahenti et imburanti promittens dictus Balthasar venditor per se et suos haeredes ipsi domino Francisco emptori praesenti pro se et suis haeredibus stipulanti de evictione et legitima dictarum terrarum obligatarum contra quemcumque defensione, ipsumque afflictum manutenere exigibilem, bene fundatum secundum formam iuris et dictarum constitutionum atque de rato omnium et singulorum supra et infrascriptorum et numquam in aliquo contrafacere etc. sub poenis ad quas vigore dictarum constitutionum se obligare potest. Nec non promisit dictas terras in bona cultura conservare, meliorareque et pro illis omni anno in festo divi Michaelis Archangeli aut infra illius octavam, solvere et praesentare praedicto domino Francisco emptori, aut illius haeredibus domi suae habitationis Tridenti dicta stria triginta tria cum uno tertio frumenti, ad taxam tamen et secundum constitutiones praedictas, cum pactis solitis et consuetis quae a me notario publicata fuerunt hic tamen omissa brevitatis gratia, pro quorum observantione obligavit dictus dominus Balthasar omnia bona sua praesentia et futura generis cuiuscumque. Pacto tamen eidem domino Balthasari venditori et eius haeredibus reservato se quandocumque liberandi a dicto affictu sine ulla emptoris praescriptione, solvendo dictos renenses biscentum cum

decursis si qui erunt omni meliori modo.

S. N. Ego Sebastianus Sicilianus publicus imperiali auctoritate collegatus Tridenti notarius praemissis interfui, rogatus illa publicavi et authentice subscripsi.

Ad laudem Deo semper.

84.

Trento, 1623 marzo 7.

Domenico fu Federico Scolari da Godenzo abitante presso Bologna vende a Pasio fu Simone Pasi da Godenzo, il diritto su metà della decima delle quadre di Godenzo, Comano, Poia e Ballino, avuto il consenso del padrone del diretto dominio il signor Cristoforo Galasso di castel Campo, per 136 ragnesi.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, indictione sexta, die vero martis septima mensis martii, in contrata sanctae Mariae Magdalena civitatis Tridenti, in hypocaustro domy mei notarii infrascripti, praesentibus ibidem nobili et egregio domino Ioanne Francisco Trenti Turcato notario et cive Tridenti, patre mei notarii infrascripti et domino Antonio fratre mei notarii, magistro Dominico Thura sartore Tridenti et Dominico filio quondam Simonis Martineli de Comao Iudicariarum, omnibus testibus ad infrascripta omnia et singula vocatis specialiterque riogatis.

Ibique personaliter constitutus dominus Dominicus filius quondam Federici de Scolaribus de Gaudentio nunc habitator in territorio bononiense per se et haeredes eius cum praesentia et consensu nobilis domini Christophori Gallassii de castro Campi tamquam domini directi dominii et ius decimandi infrascriptum et citra tamen praeiuditium et iurum suorum ibidem praesentis et consentientis et parabolam dantis ad infrascripta omnia et singula nomine proprio et in perpetuum omni meliori modo, via, iure, forma et causa dedit, cessit et renunciavit Pasio filio Simonis de Pasiis de Gaudentio Iudicariarum ibidem praesenti pro se et nomine dicti eius patris et haeredum stipulanti, ementi et recipienti medietatem decimae quadris [Quadre, cioè *plaghe, territori*] et provisionibus villarum Comaii, Gaudentii, Puliae et Balini prout antiquitus ipse dominus vendor possedit et iuxta normam suarum antiquarum investiturarum etc. Ad habendum, tenendum, exigendum et possidendum etc.

Et hanc cessionem dictus ser Dominicus fecit precii rainensium centum et trintasex in ratione etc., et in ratione monetae venetis sic conventum et concordatum inter ipsas partes quos dictus Pasius ad praesentiam suprascriptorum testium meique notarii infrascripti, dedit, solvit, numeravit et exbursavit dicto ser Dominico ibidem praesenti et illos ad se trahenti ac imbursanti in tot ducatonis venetis etc. Renuncians dictus vendor exceptioni non factae dictae cessionis et habitorum praedictorum rainensium 136, modo et forma prout supra etc. Dans et cedens dictus dominus Dominicus per se et haeredes dico Pasio ibidem praesenti et acceptanti nomine quo supra, omnia eius iura et actiones reales et personales meras et mixtas, tacitas et expressas, que et quas, qualiter et quantas dictus vendor habebat seu quomodolibet habere poterat in dicta medietate decimae comitendo omnibus suppositis dicta decima ut de cetero solvere debeant dictam medietatem decimae, dicto Pasio vel eius patri aut haeredibus et ipsum agnoscere debeat in dominum illius, constituens eum procuratorem inrevocabilem ut in rem suam propriam, quam quidem cessionem et omnia et singula in praesenti instrumento contenta dictus ser Dominicus promisit per se et haeredes dicto Pasio ibidem praesenti et acceptanti nomine patris sui et haeredibus stipulanti et

acceptanti firmam ratam et gratam ac firma rata et grata habere, tenere, attendere, observare et adimplere non contrafacere, nev contravenire per se vel alios aliqua ratione, causa vel ingenio de iure vel de facto sub poena dupli et refectionis omnium damnorum, expensarum et interesse litis et extra et sub obligatione omnium eius bonorum praesentium et futurorum per praemissorum omnium observationem.

S. N. Ego Ioannes Patricius Trent Turcatus notarius civisque Tridenti publicus imperiali auctoritate praemissis omnibus et singulis interfui et rogatus scribere ea publice scripsi et publicavi, verum me aliis praepedito negotiis hic praesens suo originali protocollo per fidelem scriptorem transcribere feci et facta diligentि perfectione cum eo concordare inveni, eo me autentice subscrpsi in fidem.

85.

Andogno, 1633 marzo 23.

*Compravendita di un molino ad Andogno situato nel luogo detto il Molin.
Pergamena molto rovinata.*

86.

Trento, 1623 maggio 3.

Antonio fu Paolo del Pol da Santa Massenza costituisce un affitto redimibile del valore di 300 ragnesi, a Marta di Domenico Galicioli, già moglie di Francesco Rossi, tutrice dei figli, assicurato sui suoi beni: darà ogni anno staia 50 di frumento.

In Christi nomine amen. Anno ab eiusdem nativitate millesimo sexcentesimo vigesimo 3°, inductione sexta, die vero mercurii 3 maii in civitate Tridenti, con contrata Platheolae in appotheca domus magnifici domini Dominici Galicioli civis Tridenti, praesentibus ibidem magistro Hieronimo Rassis ac magistro Ippolito quondam Matthaei de Thisis habitatoribus Tridenti testibus etc.

Ibique personaliter constitutus Antonius quondam Pauli del Pol de Sancta Maxentia per se et suos haeredes, iure proprio et in perpetuum pro libero, franco et expedito allodio, dedit, vendidit ac tradidit magnifica dominae Martae filiae magnifici domini Dominici Galicioli et uxori quondam magnifici domini Francisci de Rubeis uti tutrici filiorum suorum susceptorum cum dicto quondam domino Francisco, praesenti et dicto tutorio nomine et pro illorum haeredibus ementi, stipulanti et accipienti unum afflictum franchitabilem stariorum 50 frumenti ad comunem mensuram Tridenti et ad taxam quae eo quo potuit meliori modo, via, forma, causa et ordine posuit, constituit, locavit et assicuravit super una eius petia terrae arativa et vineata stariorum 5 seminis circa, sita in pertinentiis Sanctae Maxentiae Regulae Magnani in loco dicto a Degarin infra hos confines, videlicet a mane apud Ioannem fratrem dicti vendoris, meridie viam comunem, sero dictum Ioannem, septentrione Martenos de Fravetio.

Item super alia petia terrae arativa et vineata stariorum 2 cum dimidio circa sita in pertinentiis praedictis in loco dicto in Broili infra hos confines: a mane apud Antonium de Sancta Maxentia dictum Tonet, meridie et sero dictum venditorem, septentrione dominum Aldrighetum Frizeriam et forte etc. et supra tanta quantitate ad normam Constitutionum illustrissimae Superioritatis asserens etc., volens etc., Ad habendum, tenendum et possidendum vel quasi etc., cum omnibus etc., omniue iure etc., et hoc pretio Renensium tercentum in ratione etc. Quos ibidem praesentibus testibus praedictis ac me notario infrascripto dicta domina emprix dedit, solvit, numeravit ac tradidit dicto vendori praesenti et illos ad se trahenti in argento bono, nempe in tot talleris

imperialibus n° 180 in ratione librarum septem cum dimidio pro singulo tallero, constituens dictus venditor dictum afflictum et illius proprietatem tenere et possidere nomine et vice dictae dominae emptricis quae praedicto nomine donec etc., respectu proprietatis tamen promittens dictus venditor per se etc. dictae dominae emptrici praesenti et dicto nomine et pro illorum haeredibus stipulanti et acceptanti de evictione et legitima defensione dicti afflictus et illius proprietatis secundum formam iuris, nec non de rato et ratihabitione etc., sub penna dupli et refectionis damnorum et expensarum, ac interesse litis et extra in forma etc. Promittens meliorare et non deteriorare dictas terras ac de eis et super eis omni anno in festo sancti Michaelis vel eius octava solvere dicta staria 50 frumenti ad taxam et cum pactis et conditionibus apponi solitis in locationibus perpetualibus domorum mercati veteris Tridenti, quae hic pro appositis habeantur, obligans etc., et cum pacto reservato dicto venditori et haeredibus quandocumque redimendi dictum afflictum, solvendo dictos Renenses 300 ac mercedes praesentis instrumenti qualitercumque etc., cum incursis si qui etc. et ita etc., omni etc., et cum reservatione quod quatenus praesentis afflictus constitutio non esset facta iuxta tenorem Constitutionum illustrissimi et Reverendissimi domini domini etc., quod possit semper ad illarum verum sensum et intelligentiam reduci et pro redditu intelligatur etc. Quibus omnibus praesens Peregrinus quondam Blasii de Parisiis de Covalo et sciens ad predicta minime teneri volens tamen precibus dictis Antonii se obligare pro eo extitit fideiussor principalis et in solidum et tanquam compromissor promittens quod dictus Antonius omnia per se ut supra promissa attendet et observabit alias de suo proprio attendet et obsevabit renuncians beneficio novarum et veterum Constitutionum de fideiussione et et auctoritati praesenti etc. fideiussone etc., certioratus etc. obligans omnia bona sua praesentia et futura et pro pignore conventionali et speciali hypotheca obligavit unam petiam terrae arativam cum aliquibus pedibus vitium intus in pertinentiis Covali in loco dicto a Valars infra hos confines, videlicet a mane apud haeredes quondam Dominici Cossae, meridie, sero et septentrione comune et forte etc., volens etc. Quam fideiussionem indemnem conservare promisit sub eadem obligatione etc.

S. N. Ego Ioseph filius magnifici domini Ioannis Andreae a Ponte civis et aromatarii Tridenti, publicus imperiali auctoritate notarius collegiatus Tridenti, praemissis omnibus et singulis interfui, eaque rogatus scribere scripsi et publicavi, licet aliena manu e meo originali descriptis, cum eo tamen perfectis concordare inveni. Ideo me autentice subscripsi.

Al laudem Dei Beataeque Virginis Matris Mariae etc.

87.

Pergine, 1623 luglio 23.

Maddalena vedova di Giovanni Bianchi da Costa di Vigalzano, curatrice dei figli, dovendo restituire parte della dote a Dorotea prima moglie del marito, costituisce un affitto del valore di ragnesi 18, in favore di Matteo Baldessari, assicurato sui suoi beni: darà ogni anno tre congiali di vino.

Vi sono cinque serie di tre tagli a semicerchio nella pergamena: indica che è stata annullata.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo sexcentesimo tertio, inductione sexta, die vigesimo tertio mensis iulii, in burgo Perzini in stuba mei notarii. Praesentibus Ioanne filio Tomae Bernabedi, ser Ioanne filio Francisci Carlini ambobus

Perzini habitatoribus, testibus vocatis atque rogatis.

Ibidem constituta domina Magdalena relicta quondam Ioannis de Blanchis a Costa tanquam mater et administratrix bonorum filiorum suorum cum dicto quondam Ioanne susceptorum et pro quibus filiis suis de rato promisit in propriis bonis et ex causa solvendi residuum dotis, sive restututionis dotis quondam Dorotheae primae uxoris dicti quondam Ioannis, Mateo de Baldessaribus fratri suo per se et successores ac haeredes faciens titulo venditionis iure proprio, dedit et vendidit domino Vinciguerrae de Vinciguerris de Perzino ibidem praesenti pro se et aliis suis fratribus et eorum haeredibus ementi, stipulanti et acceptanti unum afflictum congialium trium brascati ad mensuram Perzini, quem posuit et constituit supra uno vineali cum clausura contingua et modico nemore posito in Regula Vigalzani in loco alla Coreda, a mane via communis, a meridie domina Barbera de Blanchis, a sero Leonardus a Rauta, a septentrione Henricus Cheler, salvis etc. Ad habendum etc. cum omni iure et actione etc., Hocque fuit pretio Renensium decem et octo in ratione solita etc. monetae veteris modo currentis, quos ibidem dedit in tot monetis aureis et argenteis, et quos dicta domina Magdalena pariter ibidem dedit et tradidit dicto Matteo de Baldessaribus recipienti ex causa supra narrata et de quibus apparere debet publico chirographo rogato per me notarium, quod pro annullato habeatur, ponens praefata domina Magdalena dictum dominum Vinciguerram emptorem, omnibus quibus supra, ex nunc in possessione vel quasi, exigendi dictum afflictum; promisitque de illius evictione ac loci obligati, contra quoscumque secundum formam iuris etc. Nec non omni anno in festum sancti Michaelis vel in eius octavam dare, solvere et praesentare dictum afflictum praefato emptori dictis nominibus vel haeredibus, iuxta tamen taxas et constitutiones cum pactis consuetis et in similibus apponi solitis, ac de rati habitione omnium praemissorum poena dupli etc. et refectionis omnium damnorum, expensarum etc., obligans omnia dictorum suorum filiorum et propria bona praesentia et futura generis cuiuscumque.

Salvo pacto perpetuo et quandocumque se affrancandi dando dictos Renenses decem et octo et mercedes praesentis instrumenti solvendo, cum rata afflictus cursi.

S. N. Ego Andreas filius quondam egregii domini Horatii Lepurini Perzini, publicus imperiali auctoritate notarius, praemissis, aliena manu ex prothocollo meo fideliter descriptis interfui, illaque rogatus publice scripsi et publicavi. Ideo me subscrpsi et solitum meum signum apposui etc.

Ad laudem Dei omnipotentis.

88.

Trento, 1624 marzo 14.

In pessima condizione: ricupero di legatura di libro.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate millesimo sexcentesimo vigesimo quarto, inductione septima, die vero decima quarta mensis martii, Tridenti in auditorio perillustris domini Petri Belli consiliarii et vicarii generalis coram ser... comparuit quondam Petri quondam Zaioti Zaioti de Cortesano... S. R dominationis die...de hac vita... testamento rogato.reverendum dominum Omnebonum de Carolis de plebe Lomasi capelani in plebe Meani... etiam et quod dictum ser Georgium, Marcum...

(Begnudelli notaio?).

89.

Trento, 1624 giugno 16,

I coniugi Antonio Ferrandi e Maria da Trento pervengono ad un accordo che regoli la loro relazione matrimoniale e i doveri verso i figli.

In Christi nomine amen. Anno ab eius nativitate millesimo sexcentesimo vigesimo quarto, indictione septima, die vero decimo sexto mensis iunii in civitate Tridenti in castro Boni Consilii, in auditorio officii spiritualis, coram perillustri et revrendissimo domino Petro Bello Dei et sanctae apostolicae Sedis gratia episcopo Hieropolitano suffraganeo, canonico, Vicario in spiritualibus generali et consiliario Tridenti. Cum verteretur coram S. reverendissima dominatione ut in actis meis constat lis et controversia inter Antonium Ferandum Tridenti et Mariam eius uxorem occasione de qua in actis ipsis desuper formatis etc. quam... S. reverendissimae dominationis ac illustrissimi domini Alberti baronis de Wolchenstain civitatis Praefecti ac multum reverendi domini Ioannis Petri de Ferariis plebani sancti Petri Alemanorum dirimentes ad infrascriptum concordium et compositionem pro conservanda pace et amore simul prout decet inter coniuges devenerunt etc. Videlicet:

Primo quod, praevia reconciliatione, inter eos ibi coram S. Reverendissima dominatione per tactum manus sequuta peccata sua uterque eorum exponant et sacra synaxe se refiant.

Secundo quod nemo eorum alterum seu aliam verbis aut factis offendat, sub poena marcarum quinquaginta factis, et vigintquinque verbis, usibus piis arbitrio officii applicandis etc., sed invicem ut decet inter virum et uxorem tractent sibi mutuo promitere.

Tertio quod ipse Antonius maritus provideat de educandis suis liberis extra domum, prout contentus fuit ac se obligavit cum hoc tamen quod possit ex negotio tam suo quam uxorius ad effectum eos alendi annuatim levare Renenses quinquaginta, quia sic etiam ipsa uxor etiam contentatur.

Quarto quod detracta dote ipsius Mariae uxorius quae est de Renensibus tercentum et quinquaginta tronorum quosque pro singulo cautetur ipse Antonius maritus pro aliis Renensibus tercentis, in casu mortis tamen et hoc ex causa consumptorum ac expensarum dum retroacto tempore insimul cohabitarunt cum filiis dicti Antonii etc., detractis nihilominus prius debitibus quatenus existant etc. et ita invicem ac vicissim se obligarunt etc. Hac expressa conditione et lege, quod acquisitiones fiendae ab utroque eorum praeveniente obitu alterius inter haeredes praedefuncti coniugis et inventis fiat aequalis divisio acquisitionum etc. quia sic per pactum expressum conventum fuit.

Quinto et ultimo, quod ipse Antonius pro nunc teneatur ire ad habitandum cum dicta eius uxore Bulzanum, ubi pro exercenda eius arte lucri facit, cum hoc etiam quod ipsa volens ire extra dictum locum Bulzani, hoc fieri non possit absque expresso consensu et voluntatis ipsius Antonii mariti, extra tamen casus infirmitatis pro aeris intemperie mutanda in pagis territorii Bulzani, quia sic per pactum expressum factum et conventum fuit et non aliter etc. Quibus stantibus dicti iugales renunciaverunt liti et quibuscumque praetensionibus partium tam in actis deductis quam non. Quod concordium et compositionem, pacta, conventiones cum omnibus et singulis ut supra promissis, stipulatis et conventis dictus Antonius et dicta Maria iugales per tactum manus coram dicto revrendissimo domino episcopo praestitum, sibi invicem et vicissim, solemnibus stipulationibus intervenientibus per se, se et eorum haeredes omni meliori modo etc., promiserunt pro nunc et in perpetuum ac omni tempore, habere firma, rata et grata, firmum, ratum et gratum... seu illis numquam ullo tempore contrafacere vel venire per se vel alias, aliqua ratione, causa vel ingenio, de iure vel de facto sub poena

de qua supra stipulata ac poena dupli ac refectionis omnium damnorum, expensarum ac interesse litis et extra etc. Pro quibus omnibus et singulis observandis et adimplendis sibi invicem dictae partes obligaverunt omnia eius et haeredum bona praesenstia et futura etc. Super quibus omnibus et singulis dictus perillustris et reverendus dominus, causa cognita, suum iudiciale decretum interposuit supplendo omnes et quoscumque defectus si qui incurrisserint et ita etc.

Actum et publicatum dictum concordium in omnibus ut supra praesentibus admodum reverendo domino Ioanne Petro Ferrario plebano Alemanorum ac reverendo domino Ioanne Saxio cappelano reverendissimi domini, necnon domino Patro Butarino sevitore illius, testibus ad praemissa vocatis et specialiter rogatis.

S. N. Ego Marcus Antonius Scutellius Curiae episcopalis cancellarius, notariusque collegatus Tridenti, quia de praemissis rogatus fui eaque scripsi ac publicavi. Ideo hic me authentice subscrpsi etc.

Laus Deo Optimo Maximo.

90.

Trento, 1625 aprile 5.

Giacomo Antonio Sardagna costituisce un affitto del valore di ragnesi 600, assicurato su un fondo arativo e vignato di 5 piovi, posto ai Muredei di Trento: darà alle monache ogni anno 100 staia di frumento.

In Christi nomine amen. Ibique personaliter constitutus nobilis dominus Iacobus Antonius Sardanea civis Tridenti filius quondam nobilis domini Francisci, per se et haeredes iure proprio etc., dedit, vendidit et tradidit reverendis dominabus Apolloniae abbatissae et sorori Iustinae Ceschinae vicariae ac aliis reverendis monialibus conventus Sanctissimae Trinitatis ibidem praesentibus et capitulariter congregatis, pulsato campanello more solito, acceptantibus pro se et successoribus, unum afflictum stariorum centum frumenti ad comunem mensuram Tridenti, cum eius proprietate etc.

Quem afflictum omni meliori modo posuit et constituit super una petia terre arativa et vineata quantitatis plodiorum quattuor circiter in pertinentiis Tridenti, in loco alli Muredelli, a mane haeredes quondam domini Antonii Pelluchini de Tridento, meridie dictus nobilis dominus venditor, sero et septentrione via communis et forte apud alios plures et veriores confines. Affirmans dictam petiam terrae esse liberam ab omni alio onere et valere tertium de pluri, et si de pluri valeret, vult esse obligatam, iuxta Constitutiones illustrissimi et Reverendissimi domini. Ad habendum, tenendum et possidendum vel quasi etc., respectu proprietatis, tamen etc. Et hoc fecit pro pretio et capitali Rhenensium sexcentorum, quos dictae reverendae Matres sive dominus Laurentius Venturellus megotiorum gestor dictarum reverendarum monialium ad praesentiam suprascriptorum testium meique notarii infrascripti, dedit et effectualiter numeravit dicto nobili domino Tacobo Antonio ibidem praesenti ed ad se trahenti in tot talleris bonis et expendilibus, in ratione tronorum septem cum dimidio pro singulo tallero. Quae pecuniae sunt alias consignatae in dotem reverendae dominae Malgaritae de Barbis moniali dicti conventus.

Quem afflictum cum eius proprietate, super qua constitutus est dictus nobilis dominus Iacobus Antonius nomine dictarum reverendarum dominarum monialium, constituit tenere vel quasi donec etc., respectu proprietatis tamen, ita ut respectu utilis dominii dicta re obligata remaneat apud dictum dominum venditorem, cum praemissa obligatione etc.

Promittens per se etc. dictis reverendis dominis monialibus de evictione et legitima defensione dicti afflictus eiusque proprietatis secundum formam iuris etc., de rato et rati etc. sub poena dupli et refectionis omnium damnorum, expensarum ac interesse litis et extra, obligans bona sua praesentia et futura, in casu evictionis et ad securitatem rei iuxta tenorem Constitutionum. Nec non promisit dictam rem obligatam meliorare et non deteriorare, sed illam de bono in melius promovere et de ea solvere omni anno in festo sancti Michhaelis vel infra eius octavam staria centum frumenti, boni, sici, nitidi, vel ad taxam dictis reverendis dominis monialibus ad eius conventum hic Tridenti iuxta Constitutiones, cum pacto tamen dicto nobili domino Iacobo Antonio reservato se franchitandi quandocumque pro eodem pretio. Et precibus dicti nobilis domini Iacobi Antonii constitutus nobilis dominus Bartholomeus de Albertis filius quondam nobilis et excellentis doctoris domini Alberti civis Tridenti fideiussit principaliter et in solidum pro dicto nobili domino Iacobo Antonio et promisit quod dictus nobilis dominus Iacobus Antonius attendet solvet iuxta per se promissa aliter de suo proprio attendere et solvere promisit. Obligans bona sua praesentia et futura. Renuncians certioratus per me notarium epistolae Divi Adriani ac auctoritate praesenti C. de fideiussore.

Quem fideiussorem indemnem conservare promisit, sub eadem obligatione.

Item actum et conventum fuit quod dictus afflictus ullo umquam tempore non dividatur sed solvatur per unum solum, etiam si deveniretur ad alias divisiones bonorum et petiae terrae obligatae.

Actum publicatum Tridenti in auditorio conventus Sanctissimae Trinitatis, die sabbati quinta aprilis 1625, inductione 8, praesentibus nobili domino Ludovico Melchiore cive Tridenti, nobili ac excellenti domino Ludovico Alberto cive Tridenti et domino Antonio Bonomo pariter cive Tridenti et domino Bernardino Terzo de Tridento, testibus ad suprascripta omnia vocatis rogatisque.

S.N. Ego Matthaeus Bennassutus filius quondam spectabilis domini Thomae publicus notarius civis collegiatus Tridenti praedictis interfui, rogatus scripsi, publicavi et suprascriptum exemplum ex meo originali per fidem scriptorem exaratum subscripti cum signo mei tabellionatus officii.

Ad laudem Dei et Gloriosae Virginis Mariae.

91.

Godenzo, 1626 settembre 23.

Simone fu Pasio Pasi da Godenzo fa il suo testamento. Fa alcuni legati pii per le chiese ecc. costituisce erede universale il figlio Pasio.

In Christi nomine anmen. Anno ab eiusdem nativitate millesimo sexcentesimo vigesimo sexto, inductione nona, die vero mercurii vigesimo tertio mensis septembris, in villa Gaudenti plebis Lomassi diocesis Tridenti et stuba domus habitationis infrascripti testatoris. Praesentibus ser Antonio Carnesallo de Poia, Ioanne quondam Bonati et magistro Ioanne quondam Henrici de Rigotis, Baptista quondam Ioannis Pasi, Pelegrino Floriolo, Petro Formaino his quinque de Gaudento praedicto et Ioanne quondam Bartholomei Lunardi de Comao omnibus plebis ac diocesis praemissis, testibus idoneis, notis et tam ore proprio infrascripti testatoris quam mei notarii vocatis et rogatis.

Ibique dominus Simon filius quondam domini Pasi de Gaudento praedicto in simili etate constitutus sedens super quoddam scamnum, sanus gratia Dei Nostri Iesu Christi mente intellectu, et corpore, rebus suis consulendo ad maiorem eius

omni (sic) quietem et satisfactionem praesens suum statuit condere nuncupativum testamentum.

Quo prius animam suam Deo Optimo Maximo eisque Gloriosissimae Virgini Matri Mariae pie ac devote comendavit iubens et mandans quando vitam cum morte commutaverit eius cadaver honorifice sepeliri in cimiterio sancti Ioannis de Gaudento praedicto apud suos praedefunctos cum obitu, septimo, trigesimo et anniversario iuxta conditionem suam et ritum loci.

Item reliquit fabricae sancti Vigilii de Tridento patroni nostri carantanos quatuor semel tantum.

Ite, reliquit et legavit ecclesiis sive capellis sancti Ioannis de Gaudento praedicto, sancti Georgii de Poia et sancti Iacobi de Comaio medium catiam olei olivae pro singula earum semel tentum.

Item reliquit et legavit iure institutionis et haeredis particularis Cathelinae [sic pro Catherine] eius filiae viduae relictæ quondam Bartholomei de Lunardis de Comaio Renenses quinquaginta sex cum carantanis quatuor in augmento dotis de quibus renensibus quinquaginta sex dictus testator est creditor praefati quondam Bartholomei eius generis, sive haeredum prout in saldo scripto in libro dicti testatoris constat sub anno 1607, quod creditum reliquit iure praefato ipsi dominae Catherine, filiae iubens et mandans de illis fore tacitam et contentam de omni ac toto eo quod petere, consequi vel habere possit in bonis et haereditate dicti testatoris ex quavis causa vel iure et praesertim legitimæ, falcidiae vel trabellianicae et ita omni meliori modo etc.

Item iure institutionis et particularis haeredis reliquit et legavit Dominicae eius filiae nuptiae ser Dominico Martinello de Comaio ultra dotes alias eidem datas carantanos quatuor semel tantum iubens de illis fore tacitam et contentam modo suprascripto.

Item reliquit et legavit iure institutionis particularis dominae Mariae uxori Antonii Carnesalli de Poia, dominae Lutiae uxori egregii domini Nicolai Argnochii notarii de Vigo neptibus dicti testatoris carantanos quatuor pro singula semel tantum, mandans etc.

Item reliquit et legavit iure legati et particularis institutionis Baptistae et Florio fratribus filiis quondam Antonii de Pasiis et nepotibus dicti testatoris carantanos quatuor pro singulo semel tantum, iubens et mandans fore tacitos et contentos etc.

Item reliquit et legavit iure legati et particularis institutionis haeredibus quondam dominae Antoniae eius sororis et viduae quondam Christophari pariter carantanos quatuor dandos semel tantum, mandans etc,

Item reliquit et legavit iure legati et institutionis particularis haeredis Margaritae eius filiae quando nupserit tantum quantum aliis filiabus nuptis datum et solutum in singula earum et non plus eidemque quo usque nupserit vel non nubenti quoad vixerit quod possit stare, vivere et laborare cum infrascripto filio haerede instituto et quatenus cum ipso stare vel habitare non potuerit, sive noluerit, eo in casu reliquit eidem medietatem omnium dicti testatoris bonorum ad utendum et redditus possit ad libitum disponere et testari donec vixerit et non nupserit, et non aliter; quo usufructu extincto dicta bona remaneant penes infrascriptum haeredem volens et mandans praedictam eius filiam fore et esse tacitam de omni ac toto eo quod praetendere et consequi possit in bonis et haereditate dicti testatoris vigore legitimæ falcidiae et trabellianicae sive quavis alia ratione vel causa etc.

Item reliquit iure legati ac pro famulatu ac laboribus praestitis in domo dicti testatoris Ioanni filio quondam Lunardi sive Zanini de Comaio nepoti Renenses decem

semel tantum iubens de illis fore tacitum et contentum sde praedictis laboribus etc.

In ominibus autem aliis suis bonis mobilibus et immobilibus, iuribus et actionibus generis cuiuscumque et ubicumque reperiri possint haeredem suum universalem nominatim instituit, nominavit et esse voluit dominum Pasium eius filium legitimum et naturale et hanc dixit esse suam ultimam voluntatem et ultimum testamentum nuncupativum quod et quam valere voluit et iussit iure testamenti et si forte dicto iure non valeret mandavit valere iure codicillorum et si iure codicillorum non valeret, valere voluit iure donationis causa mortis factae vel aliter cuiuslibet ultimae voluntatis quibus etc.

S. N. Ego Philippus filius quondam domini Dominici a Pratis de Dasindo plebis Lomassi diocesis tridentinae publicus sacra imperiali auctoritate notarius praemissis omnibus et singulis una cum praenominatis testibus interfui et rogatus ea publice scripsi, legi et publicavi propterea ad maius praemissorum robur signum mei tabelionatus officii consueti in principio huius meae subscriptionis apposui solitaque auctoritate munivi atque manu propria subscrripsi.

Ad Laudem Deo Optimo Maximo.

92.

Trento, 1627 gennaio 12,

I fratelli Vigilio e Giuseppe fu Domenico Sosi da Cognola costituiscono un affitto con Giovanni Gelmo fu Pietro Sosi pure da Cognola, del valore di 200 ragnesi (da lire 4,5), assicurato sui loro beni a Cognola: daranno ogni anno a Giovanni Gelmo stari 33 e un terzo di frumento. Il pagamento avvenne in talleri da lire 7,5.

In Christi nomine amen, Anno nativitatis eiusdem sexcentesimo vigesimo septimo, indictione decima, die vero martis duodecima mensis ianuarii, Tridenti in stuba domus mei notarii sitae in contrata Lata. Praesentibus excellentissimo domino Antonio filio quondam excellentissimi domini Alberti Campi cive Tridenti, Laurentio Saraceno de Ravina genitore mei notarii et ser Ioanne de Thomasiis nuncupato il Bontempo mansatore dicti domini Campi, testibus ad infrascripta vocatis et rogatis etc.

Ibique personaliter constituti Vigilius et Iosephus filii quondam Dominici de Sosiis de Cognola per se suosque haeredes iure proprio et imperpetuum, dederunt, vendiderunt et tradiderunt domino Ioanni Gelmo quondam Petri de Sosiis de Cognola praesenti, ementi et recipienti pro se suisque haeredibus unum afflictum stariorum triginta trium et unius tertii frumenti ad taxam cum proprietate et directo dominio unde solvitur et solvi debet, solvendum per eos omni anno in sancto Michaeli et eius octava et quem afflictum omni meliori modo etc., quibus etc., posuerunt et constituerunt super una eorum petia terrae arrativa et vineata in pertinentiis Cognolae supra Domos, quantitatis unius plodii circa et super tanta quantitate quae bene valeat capitale cum tertio de pluri, iuxta Constitutiones illustrissimae Superioritatis secundum quas dictae partes intendunt facere praesentem contractum et non aliter, vel alio modo, infra hos confines, a mane apud emptorem, meridie domos, sero suprascriptum dominum Franciscum de Sosiis, septentrione emptorem et forte etc. asserentes et affirmantes dictam petiam terrae esse habilem et sufficientem ad solvendum et tollerandum dictum afflictum et si aliter reperiretur obligarunt omnia alia eorum bona praesentia et futura. Ad habendum, tenendum et possidendum et quicquid praedicto domino Ioanni Gelmo suisque haeredibus deinceps perpetuo placuerit facinedum cum omnibus et singulis ad dictum afflictum eiusque proprietatibus modo aliquo spectantibus et pertinentibus. Et hoc

fecerunt nominatim pretio et nomine pretii Rhenensium ducentorum de libris 4 1/2 pro singulo Rhenense, quos praedictus dominus Ioannes Gelmus effetualiter ad testium praedictorum et mei notarii praesentiam dedit, solvit et numeravit dictis venditoribus illos ad se trahentibus et imburstantibus in tot talleris de libris 7½ pro singulo etc. Promiseruntque dictam petiam terrae obligatam meliorare et non deteriorare et illam de bono in melius promovere et de illa et pro illa omni anno in sancto Michaeli et eius octava, dare, solvere, mensurare et praesentare dicto domino Ioanni Gelmo et haeredibus staria 33 frumenti boni, sicci, nitidi et bene sasonati ad comunem mensuram Tridenti ad taxam, tamen cum pactis, conditionibus et obligationibus de quibus in locationibus mercati Tridenti et Constitutionibus illustrissimae Superioritatis novissime emanatis ibidem expressis hic tamen brevitatis gratia omissis, quae tamen hic pro insertis et descriptis habeantur, quem afflictum cum proprietatibus super quibus constitutus est dicti Vigilius et Iosephus se vice et nomine dicti Ioannis Gelmi et pro eo tenere et possidere vel quasi constituerunt donec et quousque illius possessionem vel quasi acceperit corporalem, quam accipiendi et sua propria auctoritate retinendi deinceps eidem licentiam omnimodam contulerunt atque dederunt respectu proprietatis, et utile dominium remaneat penes venditores cum obligatione praemissa, promiseruntque per se, suosque haeredibus de evictione et legitima deffensione praedicti afflictus et eius proprietatibus secundum formam iuris ipsumque afflictum manutene bene fundatum et exigibilem sub poena dupli et refectionis omnium damnorum et expensarum etc. Qua poena soluta vel non, nihilominus omnia et singula in praesenti instrumento contenta rata maneant et firma perdurent sub ipotheca et obligatione omnium bonorum suorum praesentium et futurorum, cum pacto perpetuo dictis Vigilio, Iosepho et haeredibus reservato de se quandcumque franchitando et liberando a solutione et praeestatione praedicti afflictus, solvendo Rhenenses ducentos bonitatis intrinsicae et extrinsicae ut habuerunt, afflictus decursos et mercedes praesentis instrumenti quatenus de iure ad illos tenebitur et non aliter nec alio modo etc., in valida et solemni forma etc.

S. N. Ego Maximilianus filius quondam nobilis et egregii archiatris consiliarii caesarei domini Petri Andreae Matthioli notarius collegiatus et civis Tridenti quia praemissis interfui illa scripsi et publicavi unde hoc instrumentum confeci quod per fidelem scriptorem exscripsi factaque perlectione in omnibus cum originali protocollo concordare inveni in fidem me subscripsi solito mei tabellionatus signo.

Ad laudem Dei summi.

93.

Poia, 1627 aprile 7.

Giovanni fu Armano Armani da Poia vende a Pasio fu Simone Pasi da Godenzo un vigneto di passi 91 situato alle Traverse nella Regola di Godenzo, al prezzo di lire 90.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo sexentesimo vigesimo septimo, inductione decima, die vero mercurii septimo mensis aprilis in regulis Poiae plebis Lomasi diocesis tridentinae et in vineto infrascripti venditoris loco alli Giardini, praesentibus ser Bartholomeo quondam Hieronimi Castagnarii de Sclemo plebis Banali et ser Alberto quondam Thomasii de Albertis de dicta Poia, testibus etc.

Ibidem personaliter constitutus dominus ser Ioannes quondam Armani de Armanis de dicta Poia titulo venditionis per se et suos haeredes iure proprio et imperpetuum pro

libero, franco et expedito allodio dedit, vendidit et tradidit ser Pasio quondam Simonis Pasii de Gaudento eiusdem plebis Lomasi ibidem praesenti pro se suisque haeredibus ementi, stipulanti et acceptanti passus nonaginta unius vineti a logoniztorum numero aserto orientali, (?) positi in regulis dicti Gaudenti, loco alle Traverse, apud a mane dictum emptorem cum suo vineto, a sero dictum venditorem cum altera parte dicti vineti, a meridie viam comunem et a septentrione iura castri Campi et forte etc. Ad habendum, tenendum, accessibus etc., cum omni iure etc., cum viis suis tam ad... quam alterius. Et hoc nominatim pro pretio tronorum nonaginta carantanorum decem pro singulo trono; quod quidem pretium dictus vendor ibi in praesentia dictorum testium meaque notarii infrascripti contentus et confessus fuit se a dicto emptore habuisse computatis tronis sex ibi numeratis datis pro completa solutione totius pretii, renuncians constituti etc. hec non.... promittens de evictione et legitima dictae rei venditae defensione in formam iuris et... cum omnibus suprascriptis perpetuo firma habere sub poena dupli dicti pretii et refectionis etc. Pro quorum omnium praemissorum observatione dictus vendor eidem emptori se pignore obligavit omnia alia bona praesentia et futura generis etc.

S. N. Ego Ioannes filius quondam egregii domini Ioannis Nicolae de Sclemo plebis Banali diocesis tridentinae publicus imperiali et apostolica auctoritatibus notarius praemissis omnibus interfui et rogatus ea publice scripsi, legi et publicavi ac me cum signo meo solito subscrispsi, ad Laudem Dei.

94.

Baselga di Piné, 1627 novembre 1.

Battista fu Giovanni del Au da Lases costituisce a favore di Francesco fu Grisento Grisenti da Baselga di Piné un affitto affrancabile del valore di ragnesi 100, assicurato su un terreno di 5 staia di semente, posto a Lases nel luogo detto a Viaz: darà ogni anno di affitto staia di frumento 16 e due terzi.

In Christi nomine amen. Anno ab eiusdem nativitate millesimo sexcentesimo vigesimo septimo, indictione decima, die vero lunae primo mensis novembris in villa Basilicae plebis Pinedi districtus Tridenti, in stuba domus infrascripti emptoris, praesentibus Ioanne Maria Ioannino de Erzolaga, Victore quondam Baptista a Domomagna de Bedulo et Ioanne Maria quondam Petri Petterlati de Vicho eiusdem plebis Pinedi, testibus ad infrascripta omnia et singula vocatis et rogatis.

Ibique personaliter constitutus Baptista quondam ser Ioannis del Au de Lasesio eiusdem plebis Pinedi per se et suos haeredes iure proprio et in perpetuum pro libero, franco et expedito allodio dedit, vendidit et tradidit ser Francisco quondam ser Grisenti de Grisentis de Villa Basilicae praedictae ibidem praesenti pro se et suis haeredibus ementi stipulanti et recipienti afflictum unum franchitabilem stariorum sexdecim et duorum tertiorum frumenti ad taxam et mensuram comunem Tridenti solvendum per dictum Baptistam venditorem et haeredes quem omni meliori modo constituit super una sua petia terrae arativa stariorum quinque sive incirca posita in pertinentiis Lasesii praedicti in loco dicto a Viaz inter hos confines nempe a mane apud viam comunem, a meridie haeredes de Zanonis de Tridente, a sero Iacobum quondam Pasqualis de Toniolis de Lona, a septentrione viam consortalem et forte etc. Asserens antedictus vendor antedictam petiam terrae ut supra obligatam esse valloris infrascripti cum tertio de pluri et esse habilem idoneam et sufficientem ad solutionem iamdicti afflictus detracta etiam parte colloni. Ad habendum, tenendum, possidendum vel quasi quicquid

praedicto ser Francisco et haeredibus suis deinceps perpetuo placuerit faciendum cum omnibus et singulis iuribus et actionibus ac praedictum afflictum et illius proprietatem modo aliquo spectantibus et pertinentibus respectu proprietatis tamen et hoc pretio renensium centum in ratione librarum quinque denarioum bonae monetae pro singulo renense. Quos praedictus emptor ibidem ad praefactorum testium et mei notarii subscripti praesentiam dedit, solvit, nimeracvit et tradidit praedicto Baptista venditori prasesenti et illos ad se trahenti in duplicibus eureis bonis iusti ponderis et expendilibus. Quem quidem afflictum una cum illius proprietate antedictus venditor se tenere ac possidere constituit vice ac nomine iamdicti emptoris ac pro eo donec illius tenutam acceperit possessionem vel quasi quam accipendi proprias auctoritate in re deinceps perpetuo retinendi sibi omnimodam licentiam contulit atque dedit respectu proprietatis tantum ita ut respectu possessionis dicta petia terrae ut ante obligata remaneat penes dictum venditorem et haeredes cum onere tamen solvendi dictum afflictum, promittens antedictus Baptista venditor per se et suos haeredes praelibato ser Francisco emptori praesenti pro se suisque haeredibus stipulanti et recipienti de evictione ac legitima dicti afflictus defensione et illius proprietate secundum iuris formam et statutorum Tridenti nec non et de rato ratique habitione perpetua omnium et singulorum supra et infrascriptorum sub poena dupli dicti precii solemni stipulatione praemissa et refectione damnorum omnium, expensarum ac interesse litis et extra, qua poena soluta vel non, rata nilominus maneant et firma perdurent omnia et singula in praesenti contractu contenta, sub obligatione bonorum omnium dicti venditoris praesentium et futurorum etc. Promittensque antedictus Baptista venditor per se et suos haeredes eamdem petiam terrae ut supra obligatam meliorare et non deteriorare sed eam de bono in melius semper promovere et de ea ac pro ea omni anno in festo vel octava divi Michaelis dare, solvere, conducere et praesentare praedicto ser Francisco emptori vel haeredibus ad domum sua solitae habitationis praedictae staria sexdecim et duos tertios frumenti ad taxam et mensuram ut antea, salvo tamen et reservato pacto dicto Baptista venditori et haeredibus redimendum afflictum seu se a solutione illius liberandi et franchitandi quandocumque et quotiescumque solvendo praedictos renenses centum in ratione de qua supra et ratam incursorum si quae erit quia sic pacto conventum fuit etc.

S. N. Ego Franciscus Alexander spectabilis notarii domini Iosephi Zelli filius imperiali auctoritate notarius collegiatus et civis tridentinus antescripsis omnibus et singulis aliena manu transcriptis interfui et ea rogatus publice scripsi et publicavi, me subscripsi et signum meum solitum apposui in fidem praemissorum omnium etc. rogatus.

Deo omnipotenti et gloriosae Virgini Mariae honor et gloria.

95.

Trento, 1628 aprile 9.

I fratelli Antonio e Martino fu Nicolò Brugna da Lases costituiscono un affitto redimibile in favore di Pietro fu Pietro Gramola da Deggiano panettiere a Trento, del valore di 100 ragnesi, assicurato su un fondo arativo e vignato al Carpané di Lases. Darà al fornaio Gramola ogni anno staia 16 e due terzi di frumento.

In Christi nomine amen. Anno a partu Virginis millesimo sexcentesimo vigesimo octavo, inductione undecima, die vero dominico nona mensis aprilis Tridenti in contrata sanctae Mariae Magdalena in stuba donus dominorum fratrum de Longis, praesentibus

ser Aldrigeto quondam ser Bartholomei de Zenis de Cavedino et Bartholomeo quondam Antonii Anzelini de Cadeno et Baptista quondam Nicolai de Auiis de Lasesio testibus vocatis et rogatis etc.

Ibique personaliter constitutus (sic) Antonius et Martinus fratres ac filii quondam Nicolai Brugnae de Lasesio Pinedi et unusquisque eorum principaliter et in solidum cum debitis renuntiis dederunt et vendiderunt iure proprio et imperpetuum (pacto tamen infrascripto reservato) magistro Petro quondam alterius Petri Gramolae vallis Solis de Dezano pistori Tridenti ibidem praesenti pro se et haeredibus suis stipulanti, ementi et recipienti unum afflictum perpetualem franchitabilem tamen, steriorum sexdecim et tertiorum duorum frumenti ad taxam et comunem mensuram Tridenti una cum sua porprietate et directo dominio unde solvi debet etc. Quem omni meliori modo posuerunt, constituerunt atque fundarunt super una eorum petia terrae arrativa et vineata steriorum duorum seminis circa, posita in pertinentiis Lasesii in loco dicto in Carpané infra hos confines a mane apud Thomasios a meridie viam comunem a sero dictos Thomasios a septemtrione haeredes quondam domini Gasparis Montis et forte etc. Ad habendum etc., salvo etc., cum omnibus etc., et hoc pretio rhenensium centum bonae monetae tronorum quatuor cum dimidio pro singulo renense. Quos dictus dominus emptor ibidem ad testium praemissorum ac mei infrascripoti notarii praesentiam dedit, solvit et numeravit eisdem ser vendoribus praesentibus et ad se trahentibus etc. in tot ducatonis venetis Taleris imperialibus et moneta parva argenti bonis et expendibilibus etc. Quam rem dicto afflictui obnoxiatam dicti venditores et unusquisque eorum principaliter et insolidum dixerunt et asseruerunt esse sufficientem solutioni dicti affictus cum tertio de pluri iuxta Constitutiones illustrissimae Superioritatis etc. Quam meliorare promiserunt etc., et de ea omni anno perpetualiter in festo sancti Michaelis vel infra eius octavam, dare, solvere conducere et mensurare hic Tridenti ad solitam habitationem dicti domini emptoris vel haeredum, dicta staria sexdecim et tertiorum duorum frumenti ad comunem mensuram et taxam Tridenti ad ratam tamen etc., boni etc., omnibus damnis et expensis ipsorum vendorum etc. Promittentes de evictione etc., nec non de rato etc., sub paena dupli etc., obligantes omnia eorum bona praesentia et futura pro praemissorum observatione in solidum ut supra, pacto tamen perpetuo eisdem vendoribus et eorum haeredibus reservato de sese franchitando toties quoties, solvendo praedictum pretium una cum mercedibus praesentis instrumenti quatenus ad eas de iure etc. Laus Deo Semper.

S. N. Ego Michael filius magnifici domini Omniboni Benini publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius collegiatus et civi Tridenti praemissis omnibus et singulis praesens fui eaque rogatus scripsi et publicavi, in fidem me authentice subscrispi.

96.

Mechel, 1629 novembre 9.

Odorico barone Firmian vende a Giovanni fu Michele Micheli da Maiano di Cles un piccolo vigneto a Tomaia di Cles per il prezzo di ragnesi 24.

In Christi nomine amen. Die veneris 9 novembris 1629, indictione 12, in castro Meculi plebis Clesii vallis Anniae et in stuba dicti castri versus meridiem, praesentibus testibus rogatis domino Ioanne Rain Bulg... (strappo), domino Antonio Campo de Campo et domino Michaeli Fonbenpergo Aus... (strappo),

Ibidem personaliter constitutus illustrissimus dominus Odoricus baro a Firmian dominus Mediocoronae et castri Meculi etc. pro se et haeredibus suis perpetuo et in

perpetuum pro libero, franco et expedito alodio dedit, vendidit Ioanni quondam Michaelis de Michelibus Maiani praesenti pro se et haeredibus ementi recipienti unum vinetum parvulum in pertinentiis Clesii loco a Tomaiam, apud a mane magistrum Georgium Lorenzonum, meridie dictum emptorem, sero viam comunem septentrione Martinum quondam Antonii Thamè et forte etc. Ad habendum etc., cum accessibus et egressibus etc. et cum omnibus suis iuribus quomodocumque competentibus, nominatim pretio sic inter partes convento rhenensium viginti quatuor denariorum, quos iuxta bonae... (*strappo*) promisit dictus emptor dare et solvere in denarios ad s. Bartholomaeum proximum dicto illustrissimo venditori accipienti, recipienti, constituens etc., dando licentiam accipiendi propria auctoritate cum promissione evictionis et legitime defensionis ab omnibus impedire volentibus et de rato, ratihabitione omnium praemissorum et eis non contrafacere nec venire per se vel alias aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto sub poena dupli dicti pretii et refractionis omnium damnorum et expensarum litis et extra et pro observatione praemissorum dictus illustrissimus dominus vendor obligavit sua bona praesentia et futura generis cuiuscumque,

S. N. Ego Ioannes Cheller de Burgo Clesii publicus imperiali auctoritate notarius praemissis omnibus interfui, ea rogatus scripsi et publicavi, meque aliis occupato, extrahi curavi manu aliena, sed facta perfectione inveni cum suo originali concordare. In quorum fidem me subscripsi cum appositione signi soliti notariatus officii.

Laus Deo.

97.

Trento, dopo il 1623.

La vedova di Giuseppe Galassio fu Cristoforo di castel Campo, curatrice del figlio Cristoforo rinnova l'investitura a Pasio fu Pasio Pasi da godenzo del diritto di decimazione sulla metà delle decima delle quadre di Comano, Godenzo, Poia e Ballino. Manca il nome della vedova perché la pergamena è mutila all'inizio.

Ibique coram nobili domin... uxor nobilis domini Iosephi filii quondam nobilis domini Christophori Gallassii de castro Campi tamquam curatrix nobilis domini Christophori filii quondam dicti domini Iosephi Gallassii olim eius viri prout de instrumento curae constat publico documento rogato per me notarium subscriptum sub praesenti anno, faciens per se et successorum eius dicto curatorio nomine, prsonaliter praesens dominus Pasius filius quondam domini Simonis de Pasiis de Gaudentio plebis Lomasii Iudicariarum, quia nuper decessit dictus quondam dominus Iosephus Gallassius de castro Campi filius quondam praedicti nobilis domini Christophori Gallassii a quo ultimo loco fuit investitus de iure decimandi medietatis decimae prout constat publico documento rogato per me notarium subscriptum sub anno 1623 die martis septima martii ibidem visa et lecta iuxta naturam et ius antiquum huius feudi tenetur recipere novam investituram decadente seniore investienti seu persona investita petiit genuflexus humiliter institit sibi renovationem fieri investiture feudi medietatis decimae et ius decimandi de primis frugibus terrarum in pertinentiis et squadratis villarum Comaii, Gaudentii, Poiae et Balini, necnon de aliis tribus partibus alterius medietatis praedictae decimae duas (*quas?*), quod et qua in rectum et antiquum feudum ipse et antecessores sui recognoscunt ab ipsis nobilibus de Gallassiis de castro Campi et possidet praedictam decimam et ius decimandi, quibus praesens praefatus dominus Pasius vassallus per se et nomine Dominici et Simonis eius filiorum et haeredum masculorum legitimorum et

naturalium promisit et manu dextera tactis Scripturis ad delationem mei notarii subscripti corporaliter iuravit ad Sancta Dei Evangelia quod ipse Pasius et praedicti eius filii quod dicto domino Christophoro et aliis de familia Gallassia de castro Campi erunt boni et fidelles vassali salvo semper iure privato dominorum de Gallassiis et eorum haeredum et bona hominum et personarum et iura totis viribus conservabunt et per se experiri et si quae cognoverit contra eorum personas, honores et statuta dicere et facere quam citius poterunt ipsi per se vel alios tenebunt et quicquid sibi sub secreto fideliter retinebunt in omnibus et per omnia, secundum quod ratio consimilis feodi et iuramenti postulat et promisit dictus dominus Pasius per se et eius filios masculos legitimos et naturales praedicta omnia observare et non contrafacere vel venire per se vel alios aliqua ratione, causa vel ingenio de iure vel de facto sub poenis consuetis et sub obligatione omnium eius bonorum praeSENTIUM et futurorum.

S. N. Ego Ioannes Patritius Trent Turcatus notarius civisque Tridenti publicus imperiali auctoritate etc. praemissis omnibus et singulis interfui et rogatus scribere ea publice scripsi et publicavi, me vero aliis praepedito negotiis, hoc praesens aliena manu ex suo originali protocollo transcribere feci et facta perfectione cum eo concordare inveni, ideo me autentice aubscripsi in fidem et testimonium praemissorum omnium.

98.

Cles, 1630 gennaio 21.

Il defunto Michele Micheli da Maiano di Cles era obbligato a pagare un affitto di 50 ragnesi a Michele Torresani ed un altro di ragnesi 35 alla chiesa parrocchiale di Cles. Dopo la divisione dei beni tale debito toccò al figlio Tomaso. Per non avere molestie col fratello dovette assicurarei 55 ragnesi della dote della sorella Maria su una parte dell' orto e di un casale.

In Christi nomine amen. Anno Domini millesimo sexcentesimo trigesimo, indictione decima tertia, die lunae vigesimo primo mensis ianuarii, in burgo Clesii vallis Annaniae tridentinae diaecesis et super aula domus nobilis et excellentissimi domini Laurentii Turresani legum doctoris, praesentibus dicto nobili et excellentissimo domino Laurentio Turresano et ser Bartholomeo Turrino Maiani.

Ibidem narratum fuit sicuti quondam Michael de Michaelibus Maiani se obligaverat solvere afflictum rhenensium sortis quinquaginta denariorum nobili et spectabili domino Michaeli Turresano, item alterun afflictum sortis rhenensium trigintaquinque denariorum ecclesiae parochiali Clesii qui tamen duo afflictus in divisionibus sequutis inter Thomam et Ioannem fratres filios quondam Michaelis de Michaelibus pervenerant solvendi a dicto Thoma, quia tamen Ioannes veretur ne occasione dictorum afflictuum a patre constitutotum molestetur aliquo tempore, ideo ad omnem bonum finem et effectum et pro indemnitate dicti Ioannis et etiam in casu quo molestaretur pro portione tangente dictum Thomam occatione unius tertiae partis starii tritici solvendi praemissariae Clesii dictus Thomas per se et haeredes suos omni meliori modo assicuravit et cautum reddidit dictum Ioannem praesentem et acceptantem nomine proprio et Mariae communis sororis respectu rhenensium quinquagintaquinque nomine dotis a qua eorum patre in suo testamento per me rogato constitutae super horto et prato contiguis domui, item super furno, foenili et revolto terreno penes viam, item super thalamo penes stubam et si non sufficerent super alia parte dictae domus in electione, quae posita sunt bona in villa Maiani a mane apud viam publicam, meridie viam consortalem, sero respectu horti Ioannem praedictum fratrem respectu vero domus

aliam partem domus dicti Thomae, Martinum Thamé et forte etc.; quae bona hic obligata constituit se tenere et possidere nomine quorum interest et de eis nullum inire contractum in praeiuditum omnium et quorumcumque interessatorum sub poena nullitatis contractus et refectionis damnorum omnium et expensarum litis et extra et ita omni meliori modo actum, conventum et accepptatum est.

Laus Deo sit semper.

S. N. Ego Ioannes filius quondam Antonii Valenti de burgo Clesii publicus imperiali auctoritate tabellio, praemissis omnibus et singulis interfui, requisitus scripsi, publicavi, subscripsi et signo officii notariatus consuetum roboravi.

99.

Pergine, 1631 febbraio 3.

Paolo fu Leonardo Tonezer da Vigalzano di Pergine fa il suo testamento. Sceglie il cimitero di Pergine come sepoltura. Stabilisce un legato a favore della chiesa di s. Rocco di Casalino ed latri legati... Costituisce erede universale Dominica figlia di ser Francesco Copi (a Cupis) da Vigalzano.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eius millesimo sexcentesimo trigesimo primo, indictione 14, die lunae tertia mensis februarii. Perzini in stuba domus habitationis mei notarii infrascripti, praesentibus Ioanne quondam Gasparis de Luchis et Antonio eius filio, Ioanne quondam Antonii Fontanarii omnibus de Serso, magistro Ioanne Antonio quondam Iacobi Parolini, magistro Ioanne Antonio quondam Ioannis Iacobi Delai his duobus de Santiculo vallis Camonicae, magistro Michaele quondam Ioannis Laner de Vignola habitatore Civignaghi et Donato quondam Antonii Furlani de Phao habitatore Vigalzani, testibus omnibus ad infrascripta adhibitis, vocatis et specialiter rogatis ore proprio infrascripti testatoris et mei notarii.

Ibi constitutus Paulus quondam Leonardi Tonezer de Vigalzano plebis et iurisdictionis Perzini sedens super scamno sanus Dei gratia mente, sensu, visu, loquella et intellectu, considerans hanc humanam vitam fragilem et caducam esse et nil certius esse morte horaque eius nil incertius, nollens intestatus decidere et dum mentis suae compos est de rebus suis disponere iustum procuravit facere testamentum.

Imprimis enim quandocumque ei ex hoc seculo migrari contigerit animam suam omnipotenti Deo eiusque gloriosae Virgini Matri Mariae ac toti coelesti curiae humiliter comendavit, corpus vero suum sepeliri iussit in cimiterio ecclesiae parochialis Perzini sibique celebrari obitum septimum, trigesimum et anniversarium iuxta conditionem suam.

Item iure legati reliquit ecclesiae praedictae quartarolos duos olei pro una vice tantum et ecclesiae s. Rochi de Casalino quartarolum pro una vice tantum.

Item iure legati reliquit Simoni eius testatoris fratri rhenenses tres pro una vice tantum.

In omnibus autem aliis suis bonis praesentibus et futuris generis cuiuscumque haeredem suam unibversalem instituit, nominavit et esse voluit Dominicam filiam ser Francisci a Cupis Vigalzani. Et quia dictus testator non habet uxorem si nuberet et haberet filios tunc instituit dictos filios nascituros haeredes relinquendo iure legati antedictae Dominicae tantummodo unam clausuram stariorum quatuor circa sitam in pertinentiis Vigalzani in loco dicto all'opio, cui a mane coheret dominus Leonardus Zendronus cum bonis uxoris suae, a meridie dominus Simon a Prato, a sero dominus Ludovicus Boniatus, a septentrione via consortalis salvis etc., decedentibus autem

praemissis filiis nascituri in pupillari aetate vel aliter quandocumque sine filiis legitimis et naturalibus eisdem substituit praedictam Dominicam vulgariter pupillariter et per fideicommissum aggravando eam in tali casu per triennium ad distribuendum pauperibus starum unum silliginis in pane etc. Et hoc asseruit dictus testator esse et esse velle suum ultimum testamentum et ultimam voluntatem suam, quod et et quam voluit et iussit valere iure testamenti nuncupativi; et si dicto iure non valeret, voluit et iussit valere iure codicillorum; si vero neque codicillorum iure valuerit, voluit valere iure donationis causa mortis, vel alterius cuiuscumque ultimae voluntatis et dispositionis qua melius de iure valere potest quod voluit posse extendi de consilio sapientis etiam si esset semel vel pluries extractum et extentum, facti tamen substantia non mutata, rogans me notarium ut de praemissis publicum conficiam instrumentum ad perpetuam rei memoriam etc.

S. N. Ego Ioannes Abundius filius quondam domini Bartholomei Crotti de Sparsio Valltellinae nunc Pergini incola, publicus imperiali auctoritate notarius, praemissis omnibus interfui, eaque rogatus fideliter scripsi et publicavi, sed aliis implicitus negotiis aliena manu ex originali meo protocollo extrahi curavi, in quorum fidem me subscripti et consuetum meum signum apposui.

Ad laudem Dei,

100.

Trento, 1637 marzo 5.

Francesco Moggio, agente per le monache della Santissima Trinità di Trento, nella valle di Non, aveva affrancato Giovanni Inama da Coredo da un affitto del capitale di 51 ragnesi e se li era tenuti per uso proprio. Le monache glielo avevano richiesto, ma non avendo da pagare assicurò quei ragnesi sui suoi beni: verserà al monastero staia 8 e mezzo di frumento ogni anno.

In Christi nomine amen. Anno a partu Virginis millesimo sexcentesimo trigesimo septimo, inductione quinta, die vero iovis quinto mensis martii in civitate Tridenti in parlatorio venerabilis monasterii sanctissimae Trinitatis, praesentibus ibidem nobili domino Ioanne Michaele Particella cive Tridenti et magistro Rocho Gavardino lapicida Tridenti necnon domino Ambrosio Snizeto factore praedicti monasterii, testibus rogatis etc.

Cum sit quod dominus Franciscus Mogius quondam domini Ioannis Iacobi de Clesio vallis Annaniae tamquam exactor afflictum venerabilis monasterii sanctissimae Trinitatis Tridenti in vallibus Annaniae franchitaverit afflictum capitalis Renensium quinquaginta unius, qui solvebatur dicto venerabili monasterio sanctissimae Trinitatis per dominum Ioannem Innamam de Coredo, absque scitu et licentia praedicti venerabilis monasterii convertendo in usum proprium pretium supradictum et cum tenderet dictum venerabile monasterium dictos renenses quinquaginta et unum consequi a dicto domino Francisco Mogio ad effectum illos investiendi ipseque dominus Franciscus non habeat modum faciendi huiusmodi solutionem deliberavit dicto venerabili monasterio insolutum tradere afflictum per ipsum solvendum et constituendum super suis bonis sicuti ibidem personaliter constitutus per se et eius haeredes, iure proprio et imperpetuum pro libero, franco et expedito allodio dedit, vendidit ac tradidit reverendae Matri Constantiae Benassutae abbatissae et Clarae Tabarella vicariae caeterisque venerabilibus monialibus ibidem intra ferratam parlatorii existentibus stipulantibus et recipientibus pro dicto monasterio et

successoribus suis unum afflictum perpetualem franchitabilem tamen steriorum octo cum dimidio frumenti ad comunem mensuram et taxam Tridenti simul cum sua proprietate et directo dominio unde solvit ac solvi debet, solvendum per dictum dominum venditorem et haeredes suos, quem omnimet modo etc., posuit, constituit et fundavit ac assicuravit de et super uno eius campo arativo et prativo quantitatis steriorum quatuor seminis circa, cui a mane coheret venditor a meridie domini Tavonati a sero Simon dell'Ananz et partim fratres de Bertholinis, a septentrione via communis et forte etc. Ad habendum etc., cum omnibus etc., et hoc nominatim pretio Rhenensium quinquaginta unius in ratione etc. Quos dictus dominus venditor confessus fuit habuisse ex franchitazione per eum ut supra facta, renuncians etc. constituens etc., asserens que et affirmans supradictam terram ut supra obligatam esse suam propriam neminique obnoxiam, habilemque et sufficientem ad solvendum dictum afflictum et valere tantum quantum pretium et capitale antedictum cum tertio de pluri iuxta Constitutiones illustrissimae Superioritatis Tridenti noviter editas super afflictibus secundum quas dicti contrahentes intendunt facere presentem contractum et non aliter nec alio modo etc. Promittensque dictam terram meliorare etc. et omni anno perpetualiter in festo sancti Michaelis vel infra illius octavam dare, solvere, conducere, praesentare et mensurare dicto venerabili monasterio sanctissimae Trinitatis sive eius factori et agenti, qui pro tempore erit dicta staria octo cum dimidio frumenti ad comunem mensuram et taxam Tridenti sub pactis, paenis, conditionibus et obligationibus de quibus in praedictis Constitutionibus ibidem expressis, sed hic omissis brevitatis gratia quae hic tamen pro descriptis habeantur. Promittens insuper per se et haeredes supradictum afflictum manutene exigitibilem et bene fundatum, deque illius ac proprietatis evictione et legitima defensione secundum formam iuris necnon detracto etc., paena dupli etc. refectionisque damnorum, expensarum et interesse litis et extra, qua paena soluta vel non, nihilominus etc., obligans pro praemissorum observatione omnia bona sua praesentia et futura omni meliori modo etc. Cum pacto perpetuo dicto domino venditroi et haeredibus suis reservato de se quandocumque franchitando a solutione dicti afflictus solvendo dictos Renenses quinquaginta unum et incursos si qui essent una cum mercedibus praesentis instrumenti si ad eas de iure tenebitur.

S. N. Ego Antonius Bernardellus filius quondam domini Caroli civis olim Tridenti publicus imperiali auctoritate notarius collegiatus Tridenti quia praemissis interfui, eaque rogatus publice scripsi ac publicavi. Ideo in fidem et testimonium me hic authentice subscripsi etc.

Ad laudem Dei semper.

101.

Trento, 1638 aprile 15.

Giuseppe Giovanelli procuratore dello zio Giorgio, amministratore della Prepositura, rinnovò la locazione (che si doveva ripetere ogni 19 anni pagando una libbra di pepe) ad Ambrogio Snizer agente delle monache del monastero della SS. Trinità di Trento, di un arativo vignato posto a Romagnano presso il mulino delle dette monache: esse pagheranno un livello di una brenta e uno staio di vino proveniente dal luogo locato.

In Christi nomine amen. Anno reparatae salutis millesimo sexcentesimo trigesimo octavo inductione 6, die vero iovis 15 aprilis. Tridenti in aedibus venerabilis Praepositurae. Praesentibus domino Gaspare quondam domini Gabrielis Facel, ser

Michaele quondam alterius Michaelis Miel ambobus oenipontanis incolis Tridenti testibus notis etc.

Ibique personaliter constitutus nobilis dominus Iosephus Ioannellius procuratorio nomine perillustris domini Georgii Ioannelli eius avunculi tamquam administratoris perillustris... ca venerabilis Praepositurae Tridenti pro serenisimo domino domino Sigismundo Austriae etc. eiusque dignissimo Praeposito titulo locationis perpetualis renovandae in capite cuiuslibet 19 anni hac eadem forma, videlicet cun una libra piperis integri quam dominus infrascriptus conductor solvit per tactum manus nomine suprascripto ac successorum legitime investivit dominum Ambrosium Snizer uti agentem venerabilem et admodum reverendarum monialium sanctissimae Trinitatis Tridenti ibidem praesentem ac pro dictis venerabilibus monialibus hanc locationem sibi fieri potentem pro eisque et successoribus earum acceptante nominatim de uno loco arativo et vineato stariorum (*spazio bianco*) asserentis esse in pertinentiis Romagnani apud molendinum dictarum venerabilem monialium infra haec confinia, a mane apud viam comunem, a meridie Balthasarem Piffer Romagnani, sero venerabilem Praeposituram pro directo, septentrione viam comunem et forte etc. Ad habendum tenendum et possidendum et quidquid etc., cum omnibus etc., salvis iuribus venerabilis Praepositurae respectu directi, cuius rei locatae etc. Promittens de evictione et legitima defensione dictae rei locatae secundum iuris formam de rato etc. poena dupli etc. et refectionis etc. obligans pro... omnium observatione bona venerabilis Praepositurae praesentia et futura. Et hanc locationem fecit dictus dominus procurator quo supra nomine, quia vice versa dictus dominus Ambrosius nomine suprascripto (obligans omnia bona monasterii dictarum venerabilem monialium praesentia et futura) promisit dictum locum meliorare et non deteriorare ac pro eo omni anno in festo s. Michaleis vel infra eius octavam dare, solvere et conducere ad ipsam venerabilem Praeposituram serenissimo domino Praeposito successoribus vel intervenientibus pro eis brentam unam et unum starium vini albi bulliti de prima vasa provenientis in dicto loco suprascripto et hoc nomine affictus et census perpetui dictae rei locatae. Cum hoc quod si dictus livellus non fuerit primo anno solitus dupletur, si in secundo anno redupletur, et si tertio anno cessatum fuerit tridupletur, et ipso facto ipsae venerabiles moniales cadant ab omni earum iure dictae rei locatae utilis dominii et melioramentorum ipsaque bona locata devenire debeant ad ipsam venerabilem Praeposituram et nihilominus teneantur solvere incursos et non solutos super omnibus aliis earum bonis mobilibus et immobilibus ad hoc expresse obligatis et quod insuper eis non liceat vel successoribus earum vendere aut alienare alicui dictum earum ius utile dominium ac melioramenta absque licentia praelibati serenissimi domini Praepositi successorum et intervenientium pro eis poena devolutionis, qui si emere voluerint dictum ius utile dominium et melioramenta teneantur ei vel eis dare 20 solidis minus quam revera ab aliis habere potuerint et si a mense post admonitionem factam tardaverint aut neglexerint illud emere, tum eis liceat venedere cuicunque voluerint exceptis personis a iure prohibitis et inhabilibus ad solutionem dicti livelli, cum hoc attamen ut dicta venerabilis Praepositura pro qualibet nova locatione habeat unam libram piperis nec alio modo fieri possit quam suprascripto.

S. N. Ego Alexander Gislbertus collegiatus Tridenti notarius specialiter deputatus praedicta scripsi et publicavi. Ideo etc.

Ad Laudem Dei et Virginis Matris etc.

Trento, 1641 febbraio 6.

I sarti Lodovico e Matteo fu mastro Domenico Filippi da Strada di Cognola costituiscono un affitto redimibile a favore di Domenico fu Sebastiano Stefani da Trento del valore di 100 ragnesi, che prima avevano costituito a favore di Matteo fu Antonio Pedrotti da Strada; lo avevano assicurato su una loro proprietà: dovranno versare ogni anno staja 9 e due terzi di frumento.

In Christi nomine amen. Anno ab eiusdem nativitate millesimo sexcentesimo quadragesimo primo, indictione nona, die vero mercurii sexta mensis februarii in civitate Tridenti in contrata sancti Petri in stuba domus mei notarii subscripti, praesentibus ibidem Mattheo quondam ser Vendramini de Pedrotis a Strata supra Cognollam et civitatem Tridenti, Valentino quondam Bartholomei Voltolini cum Rizardo quondam Bartholomei Rizardi sucii castri Boni Consilii Tridenti, testibus ad infrascripta omnia et singula vocatis et specialiter rogatis.

Ibique personaliter constituti magister Ludovicus sartor et Mattheus filius quondam magistri Dominici de Philippis a Strata praedicta in ratione bonis vineatis per se et eorum haeredes iure proprio et in perpetuum pro libero et expedito allodio dederunt et vendiderunt et tradiderunt domino Ioanni Dominico quondam domini Sebastiani de Stephanis de Tridente ibidem praesenti pro se et suis haeredibus ementi, stipulanti et recipienti umum afflictum franchitabilem stariorum undecim et duorum tertiorum frumenti ad mensuram et taxam Tridenti una cum illius proprietate et directo dominio unde solvit et qui solvit et omni anno debito tempore solvi beat per ser Mattheum quondam ser Antonii de Pedrotis a Strata praedicta civem Tridenti super sua proprietate ut dictum est apparere in rogitis egregii domini Ioannis Patricii Trent Turchati notarii Tridenti. Ad habendum, tenendum, exigendum et possidendum et quicquid dicto domino emptori et haeredibus suis deinceps perpetuo placuerit faciendum cum omnibus et singulis iuribus et actionibus ad dictum afflictum ut antevenditum modo aliquo spectantibus et pertinentibus, dantes et cedentes dicti vendidores dicti emptori praesenti pro se et suis haeredibus stipulanti et renuncians omnia iura sua et actiones quascumque habuit, habebat et quovis modo habere poterat in dicto afflictu et eius proprietate poena... dictum dominum emptorem in universum ius locum et esse suum ita quod omnia et singula facere possit et facere potuerant dicti vendidores ante praesentem venditionem. Et hoc precio renensium centum in ratione librarum quinque denariorum bonae monetae pro singulo renense; quos dictus dominus emptor ibidem ad praesentiam testium praemissorum ac mei notarii subscripti dedit exbursavit ac tradidit dictis vendoribus praesentibus et illos ad se trahentibus in monetis auri et argenti bonis et expendibilibus. Quem quidem afflictum una cum illius proprietate dicti vendidores se tenere et possidere constituerunt nomine et vice dicti domini emptoris ac pro eo donec illius tenutam acceperit possessionem quan accipiendi et in re attinendi sibi licentiam omnimodam contulerunt atque dederunt. Promittentes dicti vendidores per se et suos haeredes dicto domino emptori praesenti pro se et suis haeredibus in perpetuum et renuncians de evictione et legitima dicti afflictus et illius proprietate defensione secundum formam iuris nec non et de rato et rati habitione per pacta omnium et singulorum supra et infrascriptorum sub poena duppli precii praedicti er refectione damonorum, expensarum ac interesse litis et extra sub obligatione bonorum omnium dictorum fratrum vendorum praesentium... sed quia Mattheus antedictus non est adhuc legitimae aetatis ideo antescrups... Ludovicus eius frater de rato et rati habitione perpetua omnium et singulorum in praesenti instrumento contentorum pro eo sine

solemni forma promisit obligando adhuc omnia bona sua praesentia et futura. Quique Mattheus promisit ratificare et praesentare dicta ad simplicem requisitionem dicti emptoris adimpta aetate obligans bona sua praesentia et futura.

S. N. Ego Iosephus filius quondam egregii notarii domini Francisci Alexandri Zelli civis tridentinus, publicus imperiali auctoritate notarius, praemissis omnibus et singulis licet aliena manu transcriptis interfui et rogatus ac requisitus ea scribere scripsi solitoque mei tabelionatus signo in praemissorum robur chorroboreavi.

Ad laudem et gloriam Dei.

103.

Trento, 1641 novembre 4.

Il monastero della SS. Trinità di Trento vende a Cristoforo fu Giovanni Cristoforetti da Salter dei beni posti a Salter nel luogo detto ai Piazzolli e alla Pozza che aveva ricuperato dagli eredi di Valentino Gabanot da Salter in conto di un capitale; questo al prezzo di 636 ragnesi.

In Christi nomine amen. Anno a partu Virginis millesimo sexcentesimo quadragesimo primo, inductione nona, die vero lunae quartoi mensis novembris in civitate Tridenti, in contrata Sanctissimae Trinitatis in parlatorio praefati monasterii Sanctissimae Trinitatis. Praesentibus ibidem domino Ambrosio Snicero de Alla oenipontana habitatore Tridenti factore dicti monasterii et Ioanne quondam Francisci Marchetti de Tridento testibus ad infrascripta omnia et singula vocatis et rogatis etc.

Ibique constituta personaliter reverenda Mater Angella Malfatta abatissa et reverenda Mater Anna Bassetta vicaria, caeteraeque reverendae moniales monasterii Sanctissimae Trinitatis Tridenti ibidem infra ferratam parlatorii dicti monasterii existentibus capituloiterque ad sonum campanulae congregatae totumque et integrum monasterium facientes et repraesentantes, exposuerunt nomine venerabilis monialis Mariae Caeciliae Clemente consequuta fuisse via iuris nonnulla bona existentia in pertinentiis Salteri vallis Annaniae loco dicto alli Piazzolli et alla Pozza contra haeredes quondam Valentini Gabanot Salteri praedicti occasione cuiusdam capitalis affictus qui per dictos haeredes solvebatur et hoc tam ratione capitalis quam incursum et cum bona praedicta multum distent a monasterio suprascripto et ideo difficile gubernari possint, decreverunt ea vendere ser Christophoro quondam Ioannis Christophoretti de Saltero praedicto cui etiam eorum iura super dicto affictu cesserant ut in instrumento rogato per spectabilem dominum Franciscum Alexandrum Zellum notarium sub die vigesimo quinto ianuarii 1637, quodque instrumentum vigore praesentis de partium consensu nullatur adeo ut sit nullius roboris et pro infecto habeatur quemadmodum nullatum et cassatum aliud instrumentum super huiusmodi re celebratum et rogatum per spectabilem dominum Michaelem Beninum notarium Tridenti sub die decima iulii 1641. Quare ibidem personaliter ut supra constitutae per se et successores suos nomine praedicti venerabilis monasterii cum continua praesentia et assistentia illustrissimi et excellentissimi domini Horatii Consolati dicti venerabilis monasterii syndici, iure proprio et imperpetuum pro libero et franco allodio salvis tamen quibuscumque iuribus cuiusvis domini directi dominii si qui etc., et non aliter nec alio modo etc., dederunt et vendiderunt supradicto Christophoro Christophoretti de Saltero praedicto ibidem praesenti pro se et haeredibus suis stipulanti, ementi et recipienti bona infrascripta ut supra consequuta de quibus in instrumento per excellentissimum doctorem et notarium dominum Michaelem Turresanum de Clesio sub die (*spazio bianco*) Quibus petitis

terrarum scilicet petiae alli Plazzoli, coheret a mane illustris dominus capitaneus Bonifatius Bertholdus, a meridie domina Agnes Gabarda et comune, a sero comune, a septentrione via communis et forte etc. Petiae terrae vero alla Pozza, coheret a mane dicta domina Agnes Gabarda, a meridie haeredes quondam Nicolai dell'Arso, a sero nobilis dominus Christophorus Thavonatus, a septentrione via communis et forte apud alios veriores confines. Ad habendum, tenendum et possidendum et quidquid etc. accessibus et egressibus suis etc. Et cum omnibus et singulis etc., dantes, cedentes et transferentes dicto emptori praesenti et acceptanti omnia sua iura et actiones reales et personales utiles et directas, tacitas et expressas meras mistas et hipotecharias quae, quas quales et quantas, qualia et quanta habent, habebant et quomodolibet habere poterant et possent in suprascriptis bonis et iuribus cessis, constituentes eundem emptorem procuratorem irrevocabilem ut in res proprias ac ponentes eum in omne ius, locum et esse suum ita quod etc. Et hoc precio convento Renensium sexcentorum triginta sex et parentanorum duodecim in ratione etc. Ad quorum computum dictus emptor ibidem effectualiter dedit ac solvit et numeratos tradidit per rotam ligneam praefatis reverendis monialibus renenses triginta sex et parentanos duodecim in tot monetis auri et argenti bonis usualibus et expendilibus. Reliquos vero renenses sexcentum promisit et solemniter convenit solvere in terminis infrascriptis hic Tridenti expensibus et periculo suo praefatis venerabilibus monialibus vel earum successoribus et ius habentibus eis scilicet singulo anno renenses quinquaginta et sic in annis duodecim, cum hoc quod si defecerit in aliquo termino in non solvendo annuatim dictos renenses quinquaginta quod possit cogi ad integralem solutionem absque contradictione aliqua et quia non licet gaudere re et pretio raterim solvere interesse singulo anno in ratione quinque pro centum sub obligatione omnium suorum bonorum praesentium et fuit in electione praedicti venerabilis monasterii et specialiter bona de quibus supra quae remanebunt specialiter hipotechata donec etc. Et super quibus dictae venerabiles moniales resservarunt sibi ius in re et ad rem transeant ad quoscumque etc. Cum clausula constituti in forma etc. Renunciantes eadem reverendiae Matres exceptioni non factae huiusmodi venditionis non factaeque dilationis non si celebrati contractus ac rei non sic gestae, exceptionique doli mali etc., omnique alii suo iuri et legitima auxilio. Constituentes se se tenere et possidere dictas res venditas et cessas nomine et vice dicti emptoris donec etc., Quam accipiendi etc., licentiam dederunt et contulerunt. promittentesque per se et successores suos de evictione et legitima defensione dictarum rerum venditarum tam in petitorio quam in possessorio, facta completa sibi et integrali solutione ut supra. Nec non de rato et rati habitione perpetua praemissorum omnium poena dupli et refectionisque damnorum, expensarum et interesse litis et extra, qua poena soluta vel non, nihilominus etc., obligantes pro observatione omnia bona praefati venerabilis monasterii praesentia et futura in valida ac solemni forma et ita etc., omni etc.

S. N. Ego Antonius Bernardellus publicus imperiali auctoritate notarius collegiatus Tridenti quia praemissis intrfui eaque rogatus publice scripsi ac publicavi et hoc inde confeci documentum aliena manu ex meo originali prothocollo descriptum cum quo facta perfectione in omnibus et per omnia concordare inveni. Ideo in fidem et testimonium me hic authentice subscrispsi etc. Ad laudem Dei semper et ad requisitionem ac pro...

presente al Pretore di Trento signor Mainardo Prusso da Cremona, che la madre per far fronte alle spese dei figli aveva contratto dei debiti aumentati dalle spese per la malattia e la morte della stessa e per il conseguimento della laurea dottorale, vende una parte di prato a Lidorno della superficie di circa 5 piovi, alle monache della ss. Trinità per la somma di ragnesi 530. Il documento richiedeva l'intervento del tribunale perché vi era un fratello minorenne.

In Christi nomine amen. Anno a partu Virginis millesimo sexcentesimo quadragesimo secundo, indictione decima, die vero sabbati decimo quarto mensis iunii in civitate Tridenti in studio episcopalnis palatii. Praesentibus ibidem domino Mattheo Lunello de Torculo plebis Civezzani habitatore Tridenti et magistro Darne quondam Iacobi de Gerardis sartore Tridenti testibus rogatis etc.

Ibique coram perillustri et clarissimo domino Mainardo Prusso iuris utriusque doctore cremonense honorando Praetore Tridenti sedente etc., comparuit nobilis et excellentissimus artium et medicinae doctor dominus Bartholomeus filius quondam illustrissimi et clarissimi domini Ioannis Andreeae Guarinoni de Offperg olim consiliarii serenissimi Leopoldi archiducis Austriae etc., et exposuit quod nobilem dominam Bonam eius matrem ad effectum manutenendi dictum dominum comparentem nec non quod dominum Franciscum eius fratrem nuper defunctum in studiis Bathavii coactam fuisse contrahere debita et postea etiam cum praefata domina Bona mater superioribus mensibus ab hac vita decesserit necessarium fuisse recipere mutuo pecunias pro faciendis funeralibus non tam pro dicta domina matre quam pro praefato domino Francisco fratre et pro solvendis etiam medicis et medicinis habitis in eorum infirmitatibus, nec non etiam in consecutione superioribus diebus Laureae Doctoralis coactum fuisse facere plures ac diversas expensas et solvere honoraria et a dominis creditoribus qui subministrarunt pecunias, molestari, pro eorum satisfactione et minari sibi expensas et ideo cupiens creditoribus satisfacere et se ab huiusmodi molestiis liberare, deliberasse ad minus damnum non tam ipsius excellentissimi domini comparentis quam domini Leopoldi eius fratri vendere et alienare unam petiam terrae prativam positam in pertinentiis Lidorni et de pretio illius satisfacere antedictis dominis creditoribus, verum quia tractatum de interesse non tam ipsius in minore aetate existentis licet sit doctor phisicus, verum etiam supradicti domini Leopoldi fratri in pupilari aetate constituti et ideo in hoc casu tentanda est forma statuti. Quare ad hunc alterum in curatorem sibi et dicto domino Leopoldo eius fratri institut deputari et constitui illustrem dominum Iulium Alexandrinum de Neustain de huiusmodi negotio informatum nec non convocare fecit infrascriptos dominos eius attinentes et proximiores, nimirum illustres et excellentissimos dominos Bartholomeum Malchiorum, Augustinum Gentilotum, Antonium Sardaneam et illustrem et strenuum dominum capitaneum Bartholomeum Madrutm de Hebenhain omnes cives Tridenti ibidem praesentes, a quibus institut informationem percipi an praemissa supra narrata vera sint et debita praemissa sint solvenda et potius huiusmodi alienationem utilem et necessariam, quam damnosam nec ne; qua informatione habita et curatore decreto declarari ipsam alienationem de iure fieri posse et debere et sic illam committi omni meliori modo etc. Qui perillustris dominus Praetor audita dicta instantia praefatis dominis Bartholomeo et Leopoldo fratribus ibidem praesentibus in curatorem ad hunc actum constituit et deputavit praefatum illustrem dominum Iulium Alexandrinum ibidem praesentem dicens ei in praesenti actu curator bonus esse. Qui dominus Iulius curator sic decretus et constitutus promisit et manu dextera tactis Scripturis iuravit ad

sancta Dei Evangelia in praesenti actu tam pro dicto excellentissimo domino Bartholomeo minore, quam pro supradicto domino Leopoldo pupillo utilia facere et inutilia praetermittere, ac pro iure et posse suo eos indefensos non derelinquere et si quid in praesenti actu ad eius manus pervenerit, suis loco et tempore nominatim reddere salvo semper quod uti valeat veritate sub obligatione omnium suorum bonorum praesentium et futurorum. Habitaque super praemissis diligentि informatione a praenominatis illustribus dominis attinentibus omnibus uno ore affirmantibus super eorum conscientiis supranominata esse vera et huiusmodi alienationem utilem et necessariam et non damnosam, interloquendo pronuntiavit eam de iure fieri posse et debere et sic illam commisit omni meliori modo etc. In cuius decreti executione personaliter constitutus antedictus excellentissimus dominus Bartholomeus ac Leopoldus fratres, cum praesentia et consensu suprascripti domini Iulii Alexandrini eius curatoris authorantis per se et haeredes iure proprio et imperpetuum pro libero, franco et expedito allodio dederunt, vendiderunt et tradiderunt illustri et excellentissimo doctori phisico domino Hieronimo Melchiorio civi tridentino uti protectori venerabilis monasterii Sanctissimae Trinitatis Tridenti nec non domino Ambrosio Snicero eiusdem monasterii agenti et factori ibidem praesentibus et pro dicto monasterio stipulantibus, ementibus et recipientibus unam petiam terrae pratiae positam in pertinentiis Lidorni in loco dicto all'Ischia longa quantitatis plodiorum quinque circa, cui a mane coheret dominus Simon Duronus, a meridie paludes magnificaе comunitatis, a sero Gotardus et Antonius Furlanelli de Soleto Pahi, a septentrione nobilis dominus Balthasar Balduinus et forte etc. Quam acquisiverat antedictus clarissimus dominus Ioannes Andreas Guarinonus pater a nobili et excellentissimo doctore domino Ludovico Turri publico instrumento mei notarii sub die 29 septembbris 1618 etc. Ad habendum, tenendum et possidendum et quidquid etc., accessibus et egressibus suis etc. et cum omnibus et singulis etc. Et hoc nominatim pretio convento Renensium quingentorum et triginta in ratione etc. Quos praefatus dominus Ambrosius factor suprascripti venerabilis monasterii et de illius pecuniis dedit, solvit et numeravit praefatis dominis venditoribus praesentibus et ad se trahentibus et imburstantibus in tot monetis auri et argenti bonis et expendibilibus etc. Renunciantes iidem domini venditores exceptioni non factae huiusmodi venditionis etc. Constituentesque dictam rem venditam se tenere et possidere nomine et vice praefatorum dominorum emptorum nomine quo supra stipulantum donec de ea tenutam realem et possessionem acceperint corporalem, quam accipiendi etc., eidem licentiam omnimodam contulerunt atque dederunt. Promittentesque per se et haeredes de evictione et legitima defensione dictae rei venditae, tam in petitorio quam in possessorio, nec non de rato et rati habitione perpetua praemissorum omnium poena dupli etc., refectionis damnorum, expensarum et interesse litis et extra, qua poena soluta vel non, nihilominus etc., obligans pro observatione praemissorum omnia bona sua praesentia et futura in valida ac solemni forma etc. Super quibus omnibus et singulis antedictus perillustris et clarissimus dominus Praetor suam interposuit auctoritatem et iudiciale decretum supplendo et abolendo omnes quoscumque deffectus si qui in praesenti actu incurrisserent et ita etc., omni meliori modo etc.

S. N. Ego Antonius Bernardellus publicus imperiali auctoritate notarius collegiatus Tridenti, quia praemissis interfui eaque rogatus publice scripsi ac publicavi et hoc inde confeci documentum aliena manu ex meo originali prothocollo descriptum cum quo facta perfectione in omnibus et per omnia concordare inveni. Ideo in fidem et testimonium me hic authentice subscripsi etc. Ad laudem Dei semper.

Roma, 1643 gennaio 8.

Breve di Urbano VIII per la fondazione della Provincia di s. Vigilio di Trento dei Frati Minori.

1643, gennaio 8, Roma.

URBANUS PP. VIII

AD FUTURAM REI MEMORIAM

Pastoralis officii Nobis divinitus iniuncti, assidua sollicitudo Nos admonet ut omni cura et vigilantia ad ea semper intendamus, per quae regularium personarum, quae relichto saeculo Dei obsequio se sub arctiori disciplinae norma dedicarunt statui consultur, ut secundum ordinum suorum regularia instituta gratum Altissimo impendentes famulatum foeliciaribus in dies in via Domini proficiant incrementis.

Cum itaque sicut exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Commissarius generalis fratrum Minorum ordinis S. Francisci de observantia et Reformatorum nuncupatorum, e re ordinis huiusmodi apprime futurum sit, si sancti Bernardini Tridentini, ac sancti Antonii de Cles, necnon sanctae Mariae Gratiarum nuncupatarum de Arco ac sancti Rocchi de Roveredo et S. Francisci de Burgo, necnon eiusdem S. Francisci de Pergine Terrarum seu locorum tridentinae et foltensis respective diocesum domus regulares seu conventus fratrum Reformatorum ordinis huiusmodi, a Provincia Veneta alias S. Antonii eiusdem ordinis sub qua existunt, omnino separantur et dismembrentur, ac ex illis nova Provincia sub titulo S. Vigilii erigatur, et instituatur, nedum quia fratres domorum regularium seu conventuum huiusmodi sunt nationis diversae ab aliis Provinciae Venetae praedictae fratribus sed et ob linguarum varietatem, Commissariorumque ordinis huiusmodi in Germaniam pro tempore mittendorum commoditatem, qui ad munus Commissarii huiusmodi eo aptiores erunt quo magis idiomate ac moribus italis imbuti fuerint prout sunt Tridentini, tum et quia maior erit numerus illorum, qui habitum regularem suscipient quando propriam in illis partibus Provinciam habuerint magno cum animarum Christi fidelium Germaniae fructu et consolatione. Nobis propterea dictus Commissarius generalis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur, qui cultum divinum et regularem disciplinam nostris temporibus ubique augeri sinceris desideramus affectibus, piis dicti Commissarii generalis votis huiusmodi quantum cum Domino possumus annuere volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, domos regulares seu conventus supradictas et supradictos a dicta Provincia Veneta seu sancti Antonii eiusdem ordinis sub qua hactenus ut praemittitur extiterunt, omnino dismembramus et separamus ac domos regulares seu conventus huiusmodi sic dismembratas seu dismembratos, separatasque seu separatos in **novam Provinciam sancti Vigilii** nuncupandam cum omnibus et singulis praeminentiis, praerogativis, indultis, privilegiis et gratiis, quibus aliae fratrum Reformatorum eiusdem ordinis Provinciae frui, et gaudere solent, ac possunt et debent **apostolica auctoritate tenore praesentium erigimus et instituimus**. Decernentes praesentes literas validas, firmas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac fratribus praedictis plenissime suffragari, sicque per quoscumque iudices ordinarios et delegatos et causarum Palatii apostolici Auditores iudicari et diffiniri debere, irritumque et inane si quid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter

contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus apostolicis, ac ordinis et Provinciae Venetae seu sancti Antonii huiusmodi et iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis et literis apostolicis eidem Provinciae Venetae, seu S. Antonii, eiusque Ministro Provinciali et quibusvis aliis superioribus et personis quibuscumque tenore et formis, ac cum quibusvis et derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, irritantibusque et aliis decretis in genere vel in specie in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis.

Quibus omnibus et singulis etsi pro sufficienti eorum derogatione de illis eorumque foris Nostri specialis specifica et expressa ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes indutio seu quaevis alia expressio ad hoc servanda foret, tenore huiusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omissio ac forma in illis tradita observata exprimerentur et insererentur praesentibus pro plene et sufficienter expressis et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad effectum praemissorum specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die VIII ianuarii M.DC.XXXIXIIII, Pontificatus Nostri anno vigesimo.

M. A. Maraldus.

Traduzione.

Roma, 8 gennaio 1643

PAPA URBANO VIII
A FUTURA MEMORIA DELL'AVVENIMENTO

“Urbano VIII a futura memoria dell'avvenimento.

L'assidua sollecitudine dell'ufficio pastorale impostoci da Dio ci ammonisce di attendere con ogni cura e vigilanza a quelle cose per mezzo delle quali si provvede allo stato delle persone religiose, le quali, abbandonata la vita nel mondo, si dedicano al servizio di Dio sotto una norma disciplinare più severa, in modo tale che dette persone, prestando un servizio gradito all'Altissimo, possono progredire sempre più felicemente di giorno in giorno nella via del Signore.

Come ci ha esposto il diletto figlio Commissario generale dei Frati Minori dell'Ordine di s. Francesco, dell'Osservanza, chiamati Riformati, c'è nell'Ordine il progetto di staccare dalla Provincia Veneta di s. Antonio, a cui appartengono attualmente, i conventi di s. Bernardino di Trento, di s. Antonio di Cles, di s. Maria detta delle Grazie di Arco, di s. Rocco di Rovereto, di s. Francesco di Borgo e di quello di Pergine pure dedicato a s. Francesco, situati tutti nel territorio trentino, sotto la giurisdizione rispettivamente delle diocesi di Trento e di Feltre, per erigere con essi una nuova Provincia sotto il titolo di s. Vigilio.

I frati di questi conventi sono di nazionalità diversa dagli altri frati della Provincia Veneta. L'erezione della nuova Provincia appare quindi opportuna per la varietà delle lingue e per la comodità dei Commissari dell'Ordine da mandarsi a suo tempo in Germania, i quali saranno tanto più adatti al loro compito quanto più saranno educati nella lingua e nei costumi italiani, come sono i Trentini.

C'è inoltre motivo di sperare che crescerà il numero dei frati trentini quando questi avranno la propria Provincia eretta nel loro territorio, e questo riuscirà di grande frutto e consolazione per i fedeli della Germania.

Per tutte queste ragioni il predetto Commissario Generale dell'Ordine Ci pregò umilmente che Ci degnassimo, secondo la nostra apostolica benignità, di provvedere a questo problema in modo opportuno.

Noi quindi, che con sincero affetto desideriamo accrescere ovunque nel nostro tempo il culto divino e la disciplina dei religiosi, volendo andare incontro, per quanto è possibile nel Signore, ai pii voti e alle suppliche del detto Commissario Generale, dismembriamo i predetti conventi dalla Provincia Veneta cioè di s. Antonio dello stesso Ordine, dalla quale finora dipendevano, e colla nostra autorità apostolica, a tenore del presente documento istituiamo con essi **la nuova Provincia chiamata di s. Vigilio**, con tutte le prerogative, indulti, privilegi e grazie di cui fruiscono le altre Province dei frati Riformati dello stesso Ordine.

Decretiamo pertanto che la presente lettera sia e resti valida e sortisca e ottenga pieno e completo effetto e che possa essere di assoluto beneficio a quei frati e così da tutti i giudici ordinari e delegati e dagli uditori delle cause del palazzo apostolico sia dichiarato vano e irrito ciò che, coscientemente o incoscientemente, fosse attentato contro di essa da parte di qualsiasi autorità.

Nonostante le Costituzioni e Ordinazioni apostoliche e dell'Ordine, e gli statuti, consuetudini, privilegi, indulti e lettere apostoliche con conferma apostolica o di altra autorità, concesse in contrario alla Provincia Veneta ossia di s. Antonio, o al suo Ministro Provinciale o a qualsiasi altro superiore o persona, la presente lettera conserva il suo valore, nonostante tutti i tentativi in contrario.

Roma, presso s. Pietro, segnata dall'anello del Pescatore, il giorno 8 gennaio 1643, anno ventesimo del Nostro Pontificato.

M. A. Maraldo".

106.

Seo del Banale, 1643 gennaio 24.

Lucia figlia del fu Antonio Bertoldi, vedova di Simone da Seo, quale tutrice e curatrice dei nipoti lasciati dal figlio Antonio vende a Giobatta Richeldi detto Fratino di Seo agente a nome di Giobatta fu Girolamo Foratocio da Seo, un prato con dentro alberi da frutto, situato nel luogo detto alla Fontana, al prezzo di 13 ragnesi.

In Christi nomine amen. Anno Domini 1643, indictione XI, die sabathi 24 ianuarii, in Seo Banalli plebis et Tridenti dioecesis et stuba patris mei, praesentibus reverendo domino Ioanne Baptista Veronesio fratre meo et domino magistro Antonii patre mei notarii, testibus specialiter rogatis etc.

Personaliter constituta domina Lucia filia quondam Antonii Bortholoti...vidua relicta quondam Simonis toratorii suprascripti, tutrix et curatrix filiorum quondam Antonii filii sui pro ut etc., titulo venditionis dictis nominibus etc., per se et suos haeredes iure proprio etc., pro libero etc. per allodium dedit vendidit et tradidit Ioanni Baptista de Richeldis dicto Fratino Sei, ibi praesenti, stipulanti et ementi etc., nomine Ioannis Baptista quondam Hieronimi Foratocii de dicto Seo et suorum haeredum pratum unum cum arboribus in eo, loco dicto Dentro alla Fontana, penes a mane et septenrtione comune, mridie Aloysium Zambaninum, sero Aliprandum de Sistis et forte etc. Ad habendum, tenendum etc., cum gressibus suis tam activis quam passivis etc., et cum omnibus actione, iure etc. Pretio rhenensium tredecim bonae monetae in ratione librarum 5 pro singulo etc. Quos ibidem dicta venditrix contenta et fassa fuit habuisse et recepisse a dicto emptore Rhenense s sex ibidem in promptis pecuniis datis pro totali solutione etc. omnino exceptioni et beneficio et quibuscumque renuncians etc.,

constituens etc. donec etc., quam etc. Promittens de evictione etc et de rato etc. poena dupli etc. et refectionis etc., obligans omnia bona sua etc. Unum omni casu litis quatenus oriretur supra dictum pratum cum sit res minorum etc., ad tollendam quamque litem omnibus etc., dicta mulier vidua titulo fideiussionis et principalis, sui scientia et sponte per se suos etc., iure proprio pro libero etc., obligavit dicto Ioanni Baptistae praesenti et acceptanti ut supra fundum unum suum arativum loco dicto al Dos cum vitibus, a mane viam, meridie haeredes Abrianos, sero tramites, septentrione Benvenutos et forte etc. Ad habendum, tenendum etc., cum omnibus et singulis etc., et cum omni iure et hoc causa superius allegata etc. Renuncians omnino etc. ... etc. Promittens dicto evictione et de rato etc., poena dupli etc. et refectionis etc., ac omnium bonorum suorum praesentium et futurorum obligatione.

S. N. Ego Iacobus filius quondam domini magnifici Antonii Veronesii de Seo, publicus imperiali autoritate notarius praemissis praesens fui et rogatus scripsi, legi et publicavi ac authentice subscrpsi etc.

Laus D. D. SS. I. I. I. A. A. C. Luciae virginis et martiris.

107.

Trento, 1646 novembre 22.

Antonio fu Antonio Conti da Cavedine abitante a Padernone costituisce un affitto con la badessa Elisabetta Amadori delle monache del monastero della ss. Trinità di Trento di staia 64 e due terzi di frumento (era di 93 e un terzo), per la somma di ragnesi 400.

In Christi nomine. Anno reparatae salutis millesimo sexcentesimo quadragesimo sexto, indictione 14, die vero iovis 22 novembris, Tridenti in parlatorio monasterii venerabilium monialium Sanctissimae Trinitatis Tridenti, praesentibus ibidem Valentino filio quondam Francisci de Zandonatis dicto Palma messeto Tridenti, Bartholomaeo quondam Gotthardi Francischini de Trilaco gastaldo atque Ioanne quondam Francisci Marchetti omnibus incolis Tridenti testibus notis etc.

Personaliter constitutus magnificus dominus Antonius filius quondam domini Antonii de Contis de Cavedino incola Padernoni per se et haeredes suos iure proprio et in perpetuum dedit cessit, vendidit et tradidit admodum reverendis monialibus Elisabetae Amatoriae abbathissae et Aureliae Baltherae Vicariae monasterii venerabilium monialium Sanctissimae Trinitatis Tridenti, ibidem praesentibus et una cum aliis venerabilibus monialibus ad pulsum campanulae et moris est, intra cratam novi parlatorii eiusdem venerabilis monasterii capitulo congregatis ac pro sese et successoribus earum ementibus et recipientibus ius exigendi annum afflictum perpetualem et franchitabilem stiorum sexaginta quattuor et duorum tertium frumenti, qui solvitur et debetur ab haeredibus quondam domini Aliprandi Beatricii de Padernono, fuitque fundatus et constitutus ad summam stiorum nonaginta trium et unius tertii frumenti, prout apparent in instrumento eius constitutionis rogato a spectabili domino Patritio Turcato notario collegiato Triendi sub die 5 novembris anni 1625 et postmodum reductus ad dictam quantitatem cessam stiorum sexaginta quattuor et duorum tertiorum frumenti ut videndum est in alio instrumento rogato a quondam egregio domino Ioanne Francisco de Contis olim notario collegiato Tridenti sub die octava augusti 1641 ibidem visis, lectis et dictis venerabilibus monialibus consignatis. Ad habendum, tenendum, exigendum et possidendum et quidquid dictis venerabilibus monialibus cessionariis et successoribus earum deinceps perpetuo placuerit faciendum,

cum omnibus et singulis iuribus et actionibus ad dictum affictum cessum quoquomodo specatantibus et pertinentibus, dans, cedens et transferens dictis venerabilibus monialibus omnia sua iura et actiones meras, mixtas et hypothecarias, tacitas et expressas, quae et quas habet, habebat et quomodolibet habere poterat in dicto affictu et adversus dictos haeredes de Beatricibus et bona dicto affictui obligati, constituens easdem venerabiles moniales procuratores irrevocabiles in dicto affictu ut in rem propriam, ponensque easdem in universum ius locum et esse suum ita ut deinceps dictis actionibus adversus haeredes de Beatricibus et pro tempore possessione bonorum dicto affictui suppositorum et obligatorum possint et experiri et se tueri, petere et consequi dictum affictum et in casu devolutionis seu evictionis proprietatem illius, omniaque alia singula facere, dicere et exercere quae poterat ipse dominus cedens ante praesentem cessionem, committens dictis haeredibus affictalinis, ut de coetero solvere et correspondere habeant dictum affictum praefatis admodum reverendis monialibus easdemque seu ipsum venerabile monasterium in dominas et dominum eiusdem affictus recognoscere prout ante praesentem cessionem recognoscere tenebantur ipsum dominum Antonium cedentem. Et hanc cessionem fecit nominatim precio Rhenensium quattuorcentum. Quod premium dictae venerabiles moniales solverunt et exbursaverunt in tot ducatonis bonis et expendilibus, ac valoris currentis dicto domino Antonio praesenti illosque recipienti et imburanti. Renuncians propterea exceptioni non factae dictae cessionis, reique non sic ut supra gestae, doli mali et omne etc. Promittensque de evictione et legitima defensione dicti affictus cessi illumque manuteneret exigibilem et bene fundatum in forma census tam in petitorio quam in possessorio iudicii, in lite vel extra aut aliter quoquomodo secundum iuris formam, de ratoque omnium et singulorum in praesenti instrumento contentorum sub poena dupli etc., et refectionis etc., et pro maiore cautione dictarum venerabilium monialium et dicti monasterii dictus dominus Antonius de Contis per se et suos haeredes sponte omnique meliori modo se constituit ex promissorum principalem principaliter et insolidum pro dictis haeredibus de Beatricibus a nemine revocandi in se praesentem contractum et promisit eosdem soluturos debito tempore affictum supra cessum, alioquin eis deficientibus vel eorum haeredibus in solutione illius facto seu insinuato illis tamen prius mandato et pignoratione promisit idem dominus Antonius per se et suos haeredes eumdem persolvere in propriis suis bonis, quae omnia obligavit praesentia et futura cum clausula Constituti in electione dictarum venerabilium monialium in forma etc. et in specie non derogando generalitati supposuit et hypothecavit pro alliis curatione dicti affictus petiam aliquam terrae arativam et vineatam positam in pertinentiis Padernoni in loco dicto in Barbazan, quantitatis steriorum $4\frac{1}{2}$ seminis infra haec confinia, videlicet a mane apud benefitium Calvettum, a meridie haeredes Francisci Giel, a sero Ventaram a Dosso, a septentrione viam consortalem; item aliam arativam et vineatam positam in dictis pertinentiis in loco dicto al Spiaz della Lova steriorum 5 seminis circa, infra haec confinia, a mane apud viam consortalem, a meridie Balthasarem Beatricum, a sero Dominicum de Bernardis, a septentrione Bartholomeum Geri et forte etc. Renuncians propterea dictus dominus Antonius legi dicenti quod prius non possit promittere factum alienum non precedente eius obligatione, beneficio... per se et e fideiussione et omni certioratus etc., resservando idem dominus Antonius quodcumque ius pro dicta fideiussione contra dictos haeredes Beatricios suos principale.

S. N. Ego Alexander Gislimbertus notarius collegiatus Tridenti, praedictis interfui, eaque publicavi, quae aliena manu ex meo originali descripta perlegi et cum eo concordari, in fidem me authentice subscrispi.

Ad laudem Dei et Virginis Matris etc.

108.

Cembra (*al Ischia Grisa*), 1647 gennaio 15.

Cristano fu Michele Scaramuzza da Albiano costituisce con Francesco Grisenti da Baselga di Piné, un affitto redimibile di staia 11 e tre quarti di frumento su un campo ad Albiano, alle Langue, per il capitale di ragnesi 70.

In Christi nomine amen. Anno ab eius nativitate millesimo sexcentesimo quadragesimo septimo, indictione XV, die quinto decimo mensis ianuarii, in vallis Cimbriae iurisdictionis Chunespergi, diocesis Tridenti, et in loco vocato al Ischia Grisa penes canipetum haeredum quondam Petri de Michelis a Lona. Praesentibus ibidem Antonio filio quondam dicti Petri et Martino Brugna de Lasesio ambobus ad infrascripta omnia et singula testibus adhibitis, vocatis et specialiter rogatis.

Ibique prsonaliter constitutus Christianus filius quondam Michaelis Scharamuzza villae Albiani districtus Tridenti agens per se et suos haeredes ac nomine et vice Andree Georgii et Ioannis eius fratrum a quibus asseruit habuisse et habere licentiam et auctoritatem infrascripta agendi et pro quibus de rato promisit in eius propriis bonis in valida et solemni iuris forma sub paena et obligatione infrascriptis, iure proprio et imperpetuum pro libero afflictu etc. dedit, vendidit et tradidit domino Francisco Grisenti de Basilica Pinedi ibidem praesenti et pro se et haeredibus suis stipulanti, ementi et recipienti unum afflictum affrancabilem stariorum undecim et quartarum trium frumenti in ratione taxae superioritatis annuatim quoquo festo divi Michaleis vel infra eius octavam dandum, solvendum et per dictum venditores, fratres et haeredes praesentandum dicto emptori et haeredibus. Quem afflictum dictis vendor constituit, posuit et assecuravit super una eius petia terrae arativa capacitatis stariorum quatuor seminis vel circa iacente in pertinentiis et Regulae Albiani ubi dicitur alle Languae cui cohaeret (ut fertur) a mane haeredes quondam Petri Scharamuzzae, meridie via communis, sero haeredes quondam Antonii Ceschati, a septentrione Antonius Lanurabert salvis verioribus confinibus. Afferens dictam petiam terrae sufficere et esse ad valorem ad solvendum dictum afflictum et eius sortem cum tertio de pluri et nulli alteri esse obligatam nec non omni anno fere posse dictum afflictum seu venditionem iuxta constitutiones de afflictibus etc. Ad habendum, tenendum et possidendum et dictum afflictum annuatim exigendum et quicquid dicto emptori suisque haeredibus deinceps placuerit faciendum, cum omnibus et singuli iuribus et actionibus ad dictum afflictum et eius proprietatem modo aliquo spectandibus et pertinentibus. Et hoc nominatim pretio renensium septuaginta denariorum in ratione solita librarium quinque sive tronorum quatuor cum dimidio pro singulo rhenense, quod dictus emptor, videntibus suprascriptis testibus et me notario dedit, solvit et exbursavit dicto venditori praesenti, imbursanti et recipienti in tanta bona mometa aurea videlicet cechinis et ongaris aureis decem, duplis aureis valoris tronorum viginti octo pro singula et residuum in moneta argentea ascendendum ad dictam summam renensium septuaginta. Quam rem obligatam dictus vendor se nomine praefati emptoris ac pro eo tenere et possidere constituit respectu directi dominii cum promissione evictionis et legitimae defensionis secundum iuris formam, nec non cum onere et obligatione omni anno tempore suprascripto dici Michaelis dandi, solvendi et praesentandi dicto emptori et haeredibus afflictum praedictum stariorum undecim et quartarum trium frumenti in ratione ur supra et iuxta tenorem constitutionum super afflictibus aeditorum, a quibus dicti contrahentes minime

recedere intendunt. Promittensque dictus venditor per se et suos haeredes antelato emptori praesenti et pro se et haeredibus suis stipulanti et acceptanti de rato et rati habitione omnium et singulorum in praesenti instrumento contentorum et eis con contrafacere vel venire per se vel alios aliqua ratione, causa vel ingenio de iure vel de facto sub pena dupli dicti pretii et refectionis omnium damnorum, expensarum ac interesse litis et extra ac sub expressa obligatione omnium ipsius venditoris bonorum praesentium et futurorum, generis cuiuscumque rato tamen semper manente praesente contractu.

Cum pacto perpetuo et quandocumque se a solutione dicti affictus et eius sortis liberandi, seu affrancandi per restitutionem et exbursationem dictorum rhenensium septuaginta in denariios una cum incursis si qui tempore franchitatis erunt, et in duabus vicibus exbursando medietatem dicti pretii pro singula vice et cum defalcatione affictus ad ratam exbursationis fiendae quia sic etc.

S. N. Ego Antonius filius quondam ser Ioannis Mariae a Mulis Castelli Thesini habitator Cimbriae publicus imperiali auctoritate notarius, praemissis omnibus et singulis requisitus interfui, eaque rogatus publice et fideliter scripsi et publicavi, illaque manu aliena ex originali meo autentico recte relevata cum solitis signo et subscriptione meis corroboravi.

Ad laudem Dei Optimi Maximi.

109.

Trento, 1649 aprile 7.

Odorico fu Leonardo Tomasi da Villamontagna costituisce con le monache della ss. Trinità di Trento, un affitto redimibile di staia 16 e due terzi di frumento, assicurato su un fondo a Villamontagna, al Zonchaz, per il capitale di ragnesi 100.

In Christi nomine. Anno post Virginem Matrem millesimo sexcentesimo quadragesimo nono, inductione secunda, die vero mercurii 7 aprilis, Tridenti in parlatorio novo monasterii venerabilium monialium Sanctissimae Trinitatis, praesentibus ibidem magnifico domino Bartholomaeo de Andreis earum agente atque Bernardino filio Ioannis de Bernardinis de Saleto Pahi testibus notis etc.

Personaliter constitutus Odoricus quondam Leonardi de Thomasiis de Villa Montaneae per se et haeredes, iure proprio, dedit, vendidit et tradidit admodum reverendis Matribus Veronicae Koanin abbathissae et Theodorae Vicariae monasterii Sanctissimae Trinitatis Tridenti una cum caeteris venerabilibus monialibus intra crattam novi parlatorii ad sonum campanulae ut moris est capituloiter congregatis ibidem praesentibus ac pro sese et earum successoribus ementibus et recipientibus unum afflictum perpetualem et franchitabilem stariorum sexdecim et duorum tertiorum frumenti ad communem mensuram et taxam Tridenti, iuxtaque constitutiones excellentissimae et reverendissimae Superioritatis nunc Tridenti secundum quas etc., quem afflictum una cum sua proprietate et directo dominio unde solvi debet dictus venditor posuit, constituit, fundavit et assicuravit super aliqua sua petia terrae arativa et vineata, posita in pertinentiis Montaneae, in loco dicto a Zonchaz stariorum trium seminis circa cui a mane cohaerent haeredes domini Iacobi Bernardelli, a meridie Ioseph Pedrotus et fratres de Nigriolis de Tavernario, a sero Matheus de Carlis, a septentrione via communis et partim Petrus de Thomasiis dictus de Marinis et forte etc. Ad habendum, tenendum exigendum et possidendum et quidquid etc. Cum omnibus etc., et hanc venditionem fecit nominatim precio rhenensium centum, quos dictae

admodum reverendae Matres ibidem parata pecunia solverunt et exbursaverunt dicto venditori praesenti illosque recipienti et imbursanti. Constituit etc., Asserens et affirmans suprascriptam petiam terrae esse propriam et nemini obligatam ac valere tantum quantum capitale praemissum cum tertio de pluri iuxta dictas constitutiones, quam meliorare promisit et omni anno in festo s. Michaelis vel infra eius octavam solvere praemissum afflictum sub pactis, poenis, conditionibus et obligationibus de quibus in ipsis constitutionibus et locationibus perpetualibus domorum mercati veteris Tridenti, quae omnia fuerunt publicata, licet hic pro brevitate omissa, quae tamen pro descriptis habeantur omni etc., deque illius proprietatis evictione et legitima defensione secundum iuris formam et de rato etc. paena dupli et refectionis omnium damnorum et expensarum in lite vel extra qua soluta vel non, nihilominus etc., obligans pro praemissorum observatione omnia sua bona praesentia et futura generis cuiuscumque cum clausula constituti in forma, omni etc. Pacto perpetuo dicto venditori et illius haeredibus reservato etc. quandocumque franchitandi ab hoc affictu soluto precio praemisso cum incursis si qui etc. Quibus omnibus praesens fuit Andreas filius quondam Thomae de Thomasiis de Villa Montaneae, Rotanus Tridenti et sciens ad predicta non venire, praecibus tamen dicti Odorici se pro eo fideiussorem principalem principaliter et insolidum constituit et promisit dictum Odoricum attenditurum omnia ab eo supra praemissa alioquin ea attendere et observare promisit in suis propriis bonis, quae omnia obligavit praesentia et futura cum clausula constituti et in electione dictarum venerabilium monialium in forma etc. et in specie non derogando generalitatii supposuit et hypothecavit aliquam suam petiam terrae arativa et vineata steriorum octo seminis circa positam in pertinentiis Cognolae in loco dicto alle Carotte infra haec confinia, videlicet a mane apud Andream Caldona, a meridie et sero Antonium de Philippis, a septentrione nobilem et eximum dominum Ludovicum Voltolinum et forte etc. Renuntians propterea Epistolae divi Adriani auth. praesente C. de Fideiussore ac beneficio excuss. ac omni alii suo legum favori certioratus in forma etc. Quem fideiussorem dictus Odoricus promisit ab hac fideiussione omnino indemnem conservare, sub eadem obligatione omnium bonorum suorum omni etc.

S. N. Ego Alexander Gislimbertus notarius collegiatus Tridenti his interfui eaque publicavi et cum meo originali concordari meque authentice subscripsi etc.

Ad laudem Dei et Virginis Matris eius etc.

110.

Trento, 1649 giugno 28.

Tomaso fu Mattia Lazzari da Cavalese costituisce con le monache della ss. Trinità di Trento un affitto redimibile di staia 55 e due terzi di frumento, assicurato su tutto il suo maso posto a Cavalese, nel luogo detto Casalé, per il capitale di ragnesi 330 e 4 grossi.

In Christi nomine. Anno post Virginem Matrem millesimo sexcentesimo quadragesimo nono, inductione secunda, die vero lunae 28 iunii, Tridenti in parlatorio novo monasterii Sanctissimae Trinitatis, praesentibus ibidem in testes vocatis magnifico Bartholomeo Francischino Gastaldo dictarum monialium, atque Carolo quondam alterius Caroli Brigam de Dro incola Sarchae, testibus notis etc.

Personaliter constitutus magnificus dominus Thomas filius quondam Matthiae de Lazaris de Cavalesio vallis Flemmarum, per se et haeredes iure proprio et imperpetuum pro libero etc., dedit, vendidit et tradidit admodum reverendis Matribus Veronicae

Koanin abbathissae et Theodorae a Puteo Vicariae monasterii Sanctissimae Trinitatis Tridenti una cum aliis venerabilibus monialibus intra cratam novi parlatorii ut moris est ad sonum campanulae capitulariter congregatis, ibidem praesentibus ac pro se et earum successoribus ementibus et recipientibus unum afflictum perpetualem et franchitabilem stariorum quinquaginta quinque et duorum tertiorum frumenti ad communem mensuram et taxam Tridenti, iuxtaque Constitutiones excellentissimae et reverendissimae Superioritatis nostraræ Tridenti, secundum quas ipsæ partes hunc contractum dirigere intendunt et non aliter, nec alio modo etc. Quem afflictum una cum sua proprietate et directo dominio unde solvi debet dictus dominus venditor posuit, constituit, fundavit et assicuravit super toto suo mansu posito et existente in pertinentiis Cavalesii vallis Flemmarum in loco dicto in Casalè, cui a mane cohaeret commune, a meridie dicti haeredes de Baldironis, a sero haeredes de Cemis, a septentrione dicti haeredes de Baldironis et iure ecclesiae s. Mariae et forte etc. Ad habendum, tenendum, exigendum et possidendum et quidquid etc., cum omnibus etc., et hoc fecit nominatim precio rhenensium tercentum triginta quattuor grossorum viginti in ratione librarum 4½ pro singulo rhenense quos dictæ admodum Matres ibidem parata pecunia solverunt et exbursaverunt dicto venditori praesenti et illos recipiendi et imburanti. Constituens etc. Afferens et affirmans suprascriptam petiam terrae suae... esse propriam et nemini obligatam ac valere tantum quantum capitale praemissum cum tertio de pluri et ultra iuxta dictas Constitutiones, quem meliorare promisit et omni anno in festo s. Michaelis vel infra eius octavam solvere praemissum afflictum sub pactis, poenis, conditionibus et obligationibus de quibus in ipsis Constitutionibus et locationibus perpetualibus domorum mercati veteris Trdenti, quae omnia fuerunt publicata, licet hic pro brevitate omessa, quae tamen pro descriptis habeantur omni etc., deque illius proprietatis evictione et legitima defensione secundum iuris formam et de rato etc., sub poena dupli precii praemissi ac refectionis imnum damnorum et expensarum in lite et extra, qua poena soluta vel non, nihilominus etc., obligans pro praemissorum observatione omnia sua bona praesentia et futura generis cuiuscumque cum clausula constituti in forma omni etc. Pacto perpetuo dicti venditioni et illius haeredibus reservato, se quandocumque franchitanti ab hoc affictu sioluto precio praemisso cum incursis si qui forent etc. Quibus omnibus praesens fuit magnificus dominus Bartholomaeus de Andreis incola Tridenti qui sciens se ad praedicta minimum teneri, precibus tamen praefati domini Ioannis se pro eo fideiussorem principalem principaliter et insolidum constituit et promisit dictum dominum Ioannem venditorem observaturum omnia supra ab eo promissa, alioquin ea per se attendere et observare promisit inpropriis suis bonis, quae omnia obligavit praesentia et futura et in specie non derogando generalitatibi supposuit et hypothecavit aliquem locum aratum et vineatum plodiorum quinque circa positum in pertinentiis Ravinae loco dicto alle Vegre, cui a mane cohaerent haeredes quondam excellentissimi domini Matthei Gallassii, a meridie via comunis, a sero via comunis, a septentrione excellentissimus dominus Ioannes Baptista de Albertis et forte etc., cum clausula constituti omni etc., Renuncians propterea Epistolæ divi Adriani auth. praesente C. de Fideiussore, beneficio excuss. et omni etc., certioratus in forma etc. Quem dictum fideiussorem dictus dominus Ioannes indemnem conservare promisit sub eademmet obligatione omnium bonorum suorum praesentium et futurorum, omni etc.

S. N. Ego Alexander Giuslimbertus notarius collegiatus Tridenti haec publicavi et cum meo originali concordare, ideo etc.

Ad laudem Dei et Virginis Matris eius.

111.

Cles, 1649, agosto 24

Jesse Perchoffer vescovo titolare di Bellinas in Siria e suffraganeo di Bressanone consacra la chiesa di PP. Francescani di Cles. Sigillo pendente di cera.

Iesse Dei et apostolicae sedis gratia episcopus Bellinensis et suffraganeus brixinensis, universis et singulis Christi fidelibus praesentibus et futuris salutem in Domino sempiternam

Recognoscimus per praesentes, quod Nos de licentia illustrissimi et reverendissimi domini domini Caroli Emanuelis Madruzzii episcopi et principis tridentini die vigesimo secundo augusti anno millesimo sexcentesimo quadragesimo nono ecclesiam monasterii reverendorum PP. Ordinis sancti Francisci Reformatorum in burgo Clesio vallis Ananiae dioecesis tridentinae noviter constructam, ad nomen et honorem sancti Antonii de Padua, una cum tribus altaribus in ipsa sitis, quorum primum et maius in capite ecclesiae constitutum sub titulo eiusdem sancti Antonii de Padua; secundum a dextris et ex cornu Evangelii ad honorem Beatissimae Virginis Mariae; tertium a sinistris et ex cornu Epistolae ad honorem Seraphici Patris Francisci confessoris secundum ritum et consuetudinem sanctae Romanae Ecclesiae solenniter consecravimus et dedicavimus. Atque in supradictis altaribus primo, videlicet et maiori reliquias sanctorum Antonii confessoris, Iosei, Felicis, Vincentii, Bonifacii, Asclepiadis et Martirii martyrum ac de capillis sanctae Clarae virginis. In secundo reliquias sanctorum Artemii martyris, Sixti Martyris, Antigoni martyris, Zenonis et sociorum martyrum, Sigilberti regis et Petronillae virginis. In tertio reliquias sanctorum Lavinii martyris, Albuini episcopi et confessoris, Hartmanni episcopi et confessoris, Felicitatis matris septem fratrum et de Societate s. Ursulae virginis et martyris inclusimus, recondidimus et sepelivimus. Instituentes festa dedicationis et consecrationis huiusmodi trigesima die mensis augusti quotannis ac perpetuis futuris temporibus celebranda. Cupientes praeterea ut dicta ecclesia et altaria debitum colantur honoribus, ac a christiano populo iugiter frequententur, omnibus et singulis christifidelibus qui supra dicta trigesima die augusti devotionis causa eandem ecclesiam et altaria visitaverint ac in ea preces pro exaltatione sanctae Matris Ecclesiae, haeresum extirpatione, aliisque tam publicis quam privatis, propriis seu proximi necessitatibus vel prout devotio iis suggesserit, ad Deum pie effuderint, de Omnipotentis Dei misericordia, beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius confisi suffragiis quadraginta dies de vera indulgentia in forma Ecclesiae consueta misericorditer concessimus et relaxavimus, prout harum testimonio litterarum manus nostrae subscriptione ac sigilli proprii appensione munitarum concedimus et relaxamus. Benediximus quoque coemeterium ibiem existens p[re]e foribus nominatae ecclesiae sancti Antonii de Padua die sequenti, id est, vigesimo tertio augusti. Datae in dicto burgo Clesio vigesimo quarto augusti anno ut supra.

Jesse Perchoffer episcopus Belinensis et suffraganeus Brixinensis.

112.

Trento, 1649 novembre 10.

Nicolò di Giordano Nardelli da Sopramonte costituisce un affitto redimibile con le monache della ss. Trinità di Trento, di stai 16 e due terzi di frumento, assicurato su un fondo a Sopramonte, alla Ronca, per il capitale di ragnesi 100.

In Christi nomine. Anno post Virginem Matrem millesimo sexcentesimo quadragesimo nono, indictione secunda, die vero mercurii 10 novembris, Tridenti in parlatorio novo venerabilium monialium Sanctissimae Trinitatis praesentibus ibidem magnifico domino Bartholomaeo de Andreis earum agente atque Valentino quandam Iacobi Franzoi de Vigulo Vattario testibus notis etc.

Ibique personaliter constitutus Nicolaus filius Iordani Nardelli de Supramonte per se et haeredes iure proprio et in perpetuum pro libero allodio, dedit, vendidit et tradidit admodum reverendis Matribus Veronicae Koanin abbathissae et Theodorae a Putheo Vicariae monasterii Sanctissimae Trinitatis Tridenti, una cum aliis venerabilibus monialibus ad sonum campanulae intra cratam novi parlatorii capitulariter congregatis, ibidem praesentibus ac pro se et earum successoribus ementibus et recipientibus unum afflictum perpetualem, franchitabilem tamen stariorum 16 $\frac{2}{3}$ frumenti ad communem mensuram et taxam Tridenti, iuxtaque constitutiones excellentissimae et reverendissimae Superioritatis nostrae Tridenti secundum quas dictae partes hunc contractum dirigere intendunt et non aliter, nec alio modo etc., quem afflictum una cum sua proprietate et directo dominio unde solvi debet dictus vendor posuit, constituit, fundavit et assicuratvit supra aliqua sua petia terrae arativa cum prato annexo stariorum sex seminis in sortem posita in pertinentiis Supramontis in loco dicto a Roncha, cui a mane cohaerent haeredes quandam Leonardi de Aliprandis, a meridie Rugia, a sero et septemtrione Iacobus Menestrina et forte etc. Ad habendum, tenendum, exigendum et possidendum et quidquid etc. Cum omnibus etc. Precio rhenensium centum, quos dictae admodum reverendae Matres ibidem parata pecunia solverunt et exbursaverunt dicto vendori praesenti illosque recipienti et imbursanti. Afferens et affirmans suprascriptam petiam terrae esse propriam et nemini obligatam, habilemque et sufficientem ad solvendum praemissum afflictum cum tertio de pluri iuxta praecitatas constitutiones, quam meliorare promisit et omni anno in festo s. Michaelis vel eius octava solvere praemissum afflictum, sub pactis, poenis, conditionibus et obligationibus de quibus in ipsis constitutionibus, quae omnia fuerunt publicata licet hic pro brevitate omissa, quae tamen pro descriptis habeantur omni etc. deque illius proprietatis evictione et legitima defensione secundum iuris formam et de rato etc., poena dupli precii praemissi et refectionis omnium damnorum et expensarum in lite et extra, obligans pro praemissorum observatione omnia sua bona praesentia et futura generis cuiuscumque cum clausula constituti in forma omni etc. Pacto perpetuo dicto vendori et illius haeredibus reservato se quandocumque franchitandi ab hoc affictu soluto precio praemiso cum incursis si qui etc. Quibus omnibus praesens fuit Valentinus quandam Guilielmi Belli de Supramonte et sciens se ad praemissa minime teneri, precibus tamen dicti Nicolai vendoris, se pro eo fideiussorem principalem principaliter et insolidum constituit et promisit dictum Nicolaum attenditum et observaturum omnia supra ab eo promissa, alioquin ea ipse attendere et observare promisit in propriis suis bonis, quae omnia obligavit praesentia et futura cum clausula constituti in forma etc. omni etc. Et in specie non derogando generalitati supposuit et hypothecavit aliquam suam petiam terrae arativam positam in pertinentiis Supramontis in loco dicto in Drada stariorum seminis trium circa, cui a mane cohaeret via comunis, a meridie Ioannes Menestrina a sero spectabilis dominus Antonius Turcatus, a septentrione Iosphus Bellus et forte etc. Renuncians Epistolae divi Adriani auth. praesenti C. de fideiussore beneficij excussione, et omni etc. certioratus... in forma etc. Quem fideiussorem dictus Nicolaus indemnem conservare promisit, sub eadem obligatione etc. omni etc. Hoc pacto adiecto quod quatenus dictus principalis solvendo non esset, aut devolutus fieret, eiusque bona

in universum creditorem devenirent quod non teneantur ad talem conventum comparere, sed in tali solutione dicti afflictus continuare debeat prout expresse se obligavit dictus fideiussor absque alia excussione facienda contra dictum principalem.

S. N. Ego Alexander Gislimbertus notarius collegiatus Tridenti de hiis rogatus extiti, quae cum meo originali concordavi. Ideo etc,

Ad laudem Virginis Mariae

113.

Madrano, 1650 gennaio 10.

Caterina vedova di Gaspare Boniati da Madrano, come tutrice e curatrice dei figli, vende a Giacomo Piva da Casalino un casale scoperto, per il prezzo di ragnesi 16.

In Christi nomine amen. Anno Domini eiusdem millesimo sexcentesimo quinquagesimo, indictione tertia, die vero decima mensis iannuarii, in villa Madrani in stuba infrascripti nobilis venditoris, prasentibus nobili domino Benedicto Thodeschino de Perzino et Dominico quondam Petri de Thomasiis de Canzolino, testibus vocatis, adhibitis atque rogatis. etc.

Ibidem personaliter constituta nobilis domina Catharina uxor relicta quondam nobilis domini Gasparis Boniati de Madrano, faciens per se et suos haeredes tamquam tuitrix et curatrix suorum filiorum titulo venditionis pro libero, dedit, vendidit et tradidit Ioanni quondam Iacobi Pivae de Casalino, ibidem praesenti pro se suisque haeredibus ementi, stipulanti et acceptanti, unum casale discopertum cum anditu antea cui cohaeret a mane dictus emptor, a meridie partim Christianus Piva et partim via consortalis, a sero Georgius Bertoldus, a septentrione Iacobus de Laurentiis, salvis etc. Ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid etc., cum suis accessibus et egressibus etc., ac omni iure et actione etc. Hocque fuit pretio florenorum sexdecim, quos dicta domina venditrix contenta et confessa fuit habuisse et recepisse ante praesentem instrumentum in promptis, renuncians exceptioni non sic factae praesentis venditionis et non solutionis dicti pretii non quo suprascriptae, exceptioni doli mali, pacti conventi, omni alii suo iuri legum et auxilio etc., constituens se nomine dicti emptoris dictum casale tenere et possidere donec etc., quem accipiendo authoritate propria etc., promisitque de evictione illius contra quoscumque secundum formam iuris ac de rato et rati habitione omnium praemissorum poena dupli etc, et refectionis omnium damnorum, expensarum, interesse litis et extra etc., obligans ad hoc dicta nobilis domina venditrix omnia sua bona praesentia et futura generis cuiuscumque in electione dicti emptoris.

S. N. Ego Iacobus quondam, domini Simonis a Prato de Perzino publicus imperiali autoritate notarius, praemissis omnibus interfui, eaque rogatus fideliter scripsi et publicavi et in hanc publicam formam manu propria scripsi in fidem me subscripsi et solitum signum meum tabellionatus apposui.

Ad laudem Dei semper.

114.

Trento, 1650 novembre 26.

I ratelli Giovanni e Tomaso fu Ognibene Tomasi detti Valentini da Baselga di Piné, costituiscono un affitto redimibile con le monache della ss. Trinità di Trento di staia 11 e due terzi, assicurati su due terreni a Tressila, a Malai e alla Pozza, per il capitale

di ragnesi 70.

In Christi nomine. Anno post Virginem Matrem millesimo sexentesimo quinquagesimo, inductione tertia, die vero sabbathi 26 novembris, Tridenti in parlatorio novo venerabilium monialium Sanctissimae Trinitatis, praesentibus ibidem domino Bartholomaeo de Andreis atque Ioanne Marcheti incolis Tridenti testibus notis etc.

Ibique personaliter constitutus (sic) Ioannes et Thomas fratres filii qondam Omniboni de Thomasiis dicti de Valentinis de Basilica Pineti ambo principales principaliter et insolidum sub solitis denuntiis hoc ita de duobus vel pruribus reis debentibus et omni etc. certiorati a me notario in forma etc., per sese et eorum haeredes, iure proprio et in perpetuum ac pro libero allodio, salvo pacto infra expresso, dederunt, vendiderunt et tradiderunt admodum reverendis Matribus Angelae Malfattae abbathissae et Elisabeth Amatoriae Vicariae monasterii Sanctissimae Trinitatis Tridenti, una cum aliis venerabilibus monialibus eiusdem monasterii intra cratam novi parlatorii ad sonum campanulae ut moris est capitulariter congregatis, ibidem praesentibus ac pro sese et earum successoribus ementibus et recipientibus unum affictum perpetualem et franchitabilem stariorum undecim et duorum tertiorum frumenti ad communem mensuram et taxam Tridenti iuxtaque constitutiones excellentissimae et reverendissimae Superioritatis nostrae Tridenti, secundum quas etc. Quem affictum una cum sua proprietate et directo dominio unde solvi debet dicti venditores posuerunt, constituerunt, fundaverunt et assicuraverunt videlicet dictus Thomas super aliquo suo campo stariorum quattuor seminis circa, posito in pertinentiis Tersilae Pineti in loco dicto a Malai, cui a mane cohaeret Rivas, a meridie Ioannes Perner et alii consortes, a sero Franciscus Grisent, a septentrione Rivas et haeredes quondam domini Andreae ab Aquila et forte etc. Dictus Ioannes vero supra alia sua petia terrae arativa stariorum quattuor seminis circa, posita in dictis pertinentiis Tersillae in loco dicto alla Pozza, cui a mane cohaeret Franciscus Grisenti, a meridie via consortalis et dicti haeredes ab Aquila, a sero Petrus et fratres de Thomasiis, a septentrione Ioannes de Sartoribus et forte etc. Ad habendum etc. Et quidquid etc., cum omnibus etc. Precio rhenensium septuaginta, quod dictae admodum reverendae Matres ibidem parata pecunia solverunt et exbursaverunt dictis venditoribus praesentibus illosque recipientibus et imbursantibus. Constituentes etc. Afferentes dictas petias terrae esse proprias et nemini obligatas ac valere tantum quantum capitale praemissum cum tertio de pluri iuxta dictas constitutiones, quas meliorare promiserunt, omnique anno in festo s. Michaelis vel eius octava solvere affictum praemissum ad dictum monasterium, sub pactis, poenis, conditionibus et obligationibus de quibus in ipsis constitutionibus et locationibus perpetualibus domorum mercati veteris Tridenti, quae omnia fuerunt publicata, licet hic pro brevitate omissa quae tamen pro descriptis habeantur omni etc. Deque illius proprietatis evictione et legitima defensione secundum iuris formam et de rato etc., poena dupli et receptionis etc., obligantes pro praemissorum observatione omnia eorum bona insolidum praesentia et futura, generis cuiuscumque cum clausula constituti in forma omni etc. Pacto perpetuo dictisa venditoribus et eorum haeredibus reservato se quandocumque franchitandi ab hoc affictu, soluto precio praemisso cum incursis si qui etc.

S. N. Ego Alexander Gislimbertus notarius collegiatus Tridenti de his rogatus extiti quae ex meo originali descripta perlegi etc. cum eo concordavi, ideo etc.

Ad laudem Dei Virginis Mariae.

115.

Trento, 1651 agosto 11.

Atto fatto davanti al pretore di Trento Antonio Maria Novello da Pontremoli. Il notaio Giovanni Giacomo Sizzo difensore dei beni del defunto notaio di Trento Matteo Berti vendette al notaio Tomaso Benassuti agente per le monache della ss. Trinità, un prato nella località Nun ossia al Bischoffer (Maso Non di Nave s. Rocco) per 120 ragnesi; assegnò pure altri ragnesi dovuti alla chiesa di Mezzolombardo, ecc.

In Christi nomine. Anno post Virginem Matrem millesimo sexcentesimo quinquagesimo primo, indictione quarta, die vero martis secunda maii, Tridenti in studio praetorio hora vesperarum, praesentibus ibidem spectabili domino Mattheo Honorati e Iudicariis et magistro domino Francisco Tonietti testibus etc.

Coram perillustri et clarissimo domino Antonio Maria Novello iurisconsulto Pontremolense consiliario archiducali et urbis Tridentinae Praetore etc. In executione decreti per suam clarissimam dominationem nostris in actis emanati nempe dationes in solutum faciendas esse in concursu creditorem institutum super bonis et haereditate quondam nobilis et excellentissimi domini Matthaei de Bertis olim collegati Tridenti ad normam sententiarum per dictum clarissimum dominum Praetoris latarum.

Personaliter constitutus illustris et excellentissimus dominus Ioannes Iacobus Sizzius Iuris Utriusque Doctor collegiatus Tridenti uti defensor deputatus bonis et haereditati quondam suprascripti excellentissimi domini Matthaei de Bertis, dicto nomine insolutum dedit, vendidit et tradidit illustri et excellentissimo domino Thomae Benassuto Iuris Utriusque Doctori Collagiato Tridenti uti syndico venerabilium monialium Sanctissimae Trinitatis Tridenti, ibidem praesenti et nomine dictarum venerabilium monialium insolutum ementi et recipienti unum pratum perticarum decem et novem cum dimidia, passuum quinque positam (sic) in pertinentiis Medii s. Petri in loco dicto in Nun osia al Bischoffer, cui a mane cohaeret Mauritius Michelotus sive haereditas Berta cum alia parte, a meridie illustrissimus dominus comes Richardus a Thonno, a sero haeredes quondam domini Simonis Campi, a septentrione via communis, aestimata rhenenses centum viginti septem, grossis decem et septem. Insuper ei assignavit rhenenses viginti novem, grossos viginti sex exigendos a Salvatore Avanzino uti massario ecclesiae villae Medii s. Petri haereditati Bertae debitos ut in datione insolutum ante ipsi facta et hos pro completa solutione capitalis rhenensem centum adiudicati dictis venerabilibus monialibus in sententia Praetoria n° septimo rhenenses viginti quinque pro beneficio quarti, rhenenses viginti et unum grossi triginta sex pro decursis usque in s. Michaelem proxime futurum et rhenenses decem pro tribus plaustris foeni adiudicati secundum (?) numerum primum. Ad habendum etc. et quidquid etc. cum omnibus etc. Constituens etc. Promittens etc., obligans etc. Super quibus omnibus et singulis praelibatus clarissimus dominus Praetor suam et illustris comunitatis Tridenti interposuit auctoritatem et iudiciale decretum suppendo omni etc.

S. N. Ego Alexander Gislbertus notarius collegiatus Tridenti, de his rogatus extiti quae ex meo originali descripta perlegi etc. et cum eo concordavi, ideo etc.

Ad laudem Dei Virginis Matris etc.

116.

Nave s. Felice, 1651 agosto 2.

Guglielmo fu Giacomo Pomarolli del maso Pomarolli di Giovo cede a Matteo de Andreis detto Truta da Trento agente delle monache della ss. Trinità, i beni ipotecati

per ragnesi 600; se quei beni non fossero sufficienti si potrà attingere agli altri beni del Pomarolli.

In Christi nomine amen. Anno nattivitatis eiusdem millesimo sexcentesimo quinquagesimo tercio, indictione sexta, die vero iovis vigesimo octavo mensis augusti, in loco Navis iurisdictionis castri Chunisperghi, in hospitio illustrissimi domini baronis a Firmian habitationis domini Ioannis Tenaliae in dicto loco hospitis, praesentibus ibidem dicto domino Tanalia (sic) et Udalrico Vicentino eius colono testibus vocatis et specialiter rogatis,

Ibique personaliter constitutus Gielmus filius quondam Iacobi Pomaroli de mansu Pomaroli iurisdictionis castri Chunisperghii (sic) diocesis Tridenti, agens per se suosque haeredes, sponte et ex mera sua voluntate, renuntiat prout renuntiavit magnifico domino Mattheo de Andreis dicto Truta de Tridente agenti admodum reverendarum monialium sanctissimae Trinitatis civitatis Tridenti praedicti ibidem praesenti et dicto nomine atque pro successoribus suis stipulanti et acceptanti omnia et quaecumque bona alias obligata ac hypothecata solutioni unius afflictus capitalis rhenensium sexcentorum de libris 4½ pro singulo renense, quem dictus Gelmus (sic) Pomarolus solvebat praefatis admodum reverendis monialibus pro ut publico instrumento constitutionis illius apparere dixit ad quod etc. Quae bona dictus Pomarolus renuntiavit dicto domino agenti cum omnibus beneficiis legalibus et statutariis et non aliter nec alio modo etc. et quatenus dicta bona tam pro capitali praemisso quam suis interesse et beneficiis legalibus et statutariis ut supra non sufficerent, quod tunc et eo casu pro supplemento dictae reverendae moniales sive dictus dominus agens insolutum accipere possint tot de aliis bonis eiusdem Pomaroli, iuxta aestimationem faciendam per homines a partibus tunc eligendos, cum memoratis beneficiis et non aliter neque alio modo etc., quia aliter neque alio modo dictus dominus Bartholomaeus agens ea accipere non intendit prout etiam dictus Pomarolus ita conventus fuit etc., quae bona idem Pomarolus dixit se etiam alias ante praesentem renuntiationem renuntiasse memoratis admodum reverendis monialibus ad eius conventi parlatorium prout etiam renuntiat saepedictus Pomarolus dicto domino agenti praesenti et dicto nomine stipulanti ac acceptanti bona quae alias ipse tenebat ad afflictum a dictis reverendis monialibus. Renuntians saepedictus Gelmus Pomarolus exceptioni non factae praesentis renuntiationis omnique alii suo iuri et legum auxilio. Quam renuntiationem et omnia ac singula in hoc praesenti instrumento contenta promisit per se habere firmam, ratam et gratam, firmaque, rata et grata etc., illisque per se neque per alios in iudicio aut extra de iure vel de facto non contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa, sub poenis dupli stipulatione praemissa etc., refectionisque damnorum et expensarum omnium interesseque litis et extra etc., et sub obligatione omnium bonorum suorum praesentium et futurorum in valida ac solemni forma etc., omni meliori modo etc.

Ego Matthaeus Bessola publicus imperiali auctoritate notarius collegiatus et Tridenti civis, praemissis praesens fui eaque rogatus scripsi et publicavi etc. Ideo etc.

S. N. Ego Ludovicus Travaionus notarius collegiatus Tridenti attestor praesens instrumentum fuisse per fidelem scriptorum ex suo prothocollo quondam spectabilis Matthaei Besolae fideliter descriptum cum quo facta diligentि perfectione... concordare inveni in fidem etc.

Ad laudem Dei semper.

Trento, 1655 agosto 11.

La monaca Massenza, al secolo Anna figlia del mastro Domenico Floriani da Calavino, intende fare la professione religiosa nel monastero della ss. Trinità di Trento. Il padre vuole versare la dote della figlia ascendente a ragnesi 300: per ora sborsa ragnesi 100; i ragnesi promessi dalla nonna Berta e dai parenti Berti ha intenzione di assicurarli su tutti i suoi beni. Dei rimanenti 200 ragnesi pagherà l'interesse del 7%.

In Christi nomine. Anno post Virginem Matrem millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto, inductione octava die vero mercurii undecima augusti, Tridenti in parlatorio novo venerabilis monasterii Sanctissimae Trinitatis Tridenti, praesentibus ibidem Ioanne quondam Francisci Marcheti incola Tridenti atque Matthaeo de Thomasiis de Montanea testibus rogatis etc.

Cum venerabilis Soror Maxentia in saeculo nuncupata Anna filia magistri Dominici Floriani de Callavino sutori Tridenti, monialis in monasterio Sanctissimae Trinitatis Tridenti, factura sit in eodem suam professionem, volensque dictus magister dominicus accordium inter sese secutum executioni demandare cum admodum reverendis Matribus dicti monasterii videlicet sub die 11 iulii 1654 nec non ad computum dotis dictae venerabili Sorori missae, videlicet de bonis paternis et maternis ascendentis in totum ad Rhenenses trecentos modo ad computum solvere et exbursare rhenenses centum in pecuniis et residuum dictae summae cum aliis rhenensibus quadraginta eidem missis ab Anna de Bertis avia dictae venerabilis sororis nec non rhenenses sexaginta pariter eidem missis ab Antonio et fratribus de Bertis patruis suis cautare assicurare et hypothecare. Idcirco ibidem personaliter constitutus praefatus magister dominicus Pace dictae Sororis Maxentiae per se et haeredes cum effectu dedit, solvit, numeravit et exbursavit admodum reverendis Matribus Mariae Ceciliae Clementae abbatissae et Angelae Malfattae Vicariae predicti monasterii una cum aliis venerabilibus monialibus eiusdem monasterii ad sonum campanulae ut moris est congregatis ibidem praesentibus et imbursum rhenenses centum in tot duplicibus aureis bonis, expendilibus ac valoris currentis ad computum dotis praemissae, reliquos vero rhenenses trecentos dictus magister dominicus iuxta inter sese conventa solvere obtulit quantocius poterit solvendo interim interesse in ratione septem pro centum, de quibus solvere teneatur rhenenses ducentos in pecuniis, alios vero rhenenses centum dictus magister dominicus solvere possit in tot materialibus necessariis ad aedificandum, in asseribus, calce, lapidibus, sablo ac operibus in aedificatione incipienda dicti monasterii cum hoc tamen ut solvere possit qualibet vice rhenenses centum, et ipsae admodum reverendae Matres eos accipere teneantur sub obligatione reciproca videlicet bonorum dicti venerabilis et bonorum ipsius magistri dominici praesentium et futurorum. Quos quidem rhenenses trecentos idem magister dominicus cautavit, assicuravit et hypothecavit super omnibus suis bonis mobilibus et immobilibus et actionibus praesentibus et futuris generis cuiuscumque et ubique existentibus in electione dicti venerabilis monasterii, quae eiusdem nomine tenere et possidere constituit donec etc. Pro qua quidem dote suprascripta ibidem continuo praesens praefata venerabilis Soror Maxentia cum praesentia et consensu ne praefatarum venerabilium monialium abbathissae et Vicariae, verum et aliarum venerabilium monilium eiusdem monasterii sponte et ex certa scientia omniq[ue] alio meliori modo, animo bene deliberato fecit ac facit dicto magistro dominico floriano patri suo ibidem praesenti ac pro se et haeredibus suis acceptanti pacem, finem, quietationem, liberationem et absolutionem, pactumque perpetuum per

agentem stipulatione antecedente et acceptillationem legitimae interpositas illius subsequentem de ulterius quicquam amplius praemissa de causa non petendo in bonis paternis ac maternis, cassando etc. Quam pacem et finem promisit habere firmam, ratam et gratam, huic non contrafacere vel venire sub paena dupli dotis praemissae et refectionis omnium damnorum ex expensarum in lite vel extra, obligans pro praemissorum observatione omnia dicti venerabilis monasterii bona praesentia et futura cum clausula constituti omni etc.

S. N. Ego Alexander Gislimbertus notarius collegiatus Tridenti haec publicavi et cum meo originali concordari, ideo etc.

Ad laudem Dei et Virginis Mariae etc.

118.

Trento, 1657 marzo 28.

Giovanni di Giovanni Bernardi da Matarello costituisce un affitto col monastero della ss. Trinità nella persona della badessa Anna Veronica Coene (Koanin) e della vicaria Lucia Ludovica Particella, di staia 16% di frumento, assicurato su due fondi a Redoz e Lavon di Matarello, per il capitale di ragnesi 100.

In Christi nomine amen. Anno a partu Virginis millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo, inductione decima, die vero mercurii 28 mensis martii, in civitate Tridenti in contrata Sanctissimae Trinitatis, in parlatorio conventus venerabilium monialium dictae Sanctissimae Trinitatis, praesentibus ibidem magnifico domino Iosepho Schincharino cive tridentino et Iacobo Ramagno de Tridento testibus vocatis et rogatis.

Ibique personaliter constitutus Ioannes filius quondam alterius Ioannis de Bernardis nunc incola Mattarelli per se et suos haeredes iure proprio et imperpetuum etc., salvo tamen pacto infrascripto, dedit, vendidit et tradidit admodum reverendae Matri abbatissae Anna Veronicæ Coenæ, admodum reverendae Matri Luciae Ludovicæ Particellæ Vicariae ac aliis ibidem effectualiter congregatis ad sonum campanulae ter de more pulsatae, praesentibus pro se et earum successoribus stipulantibus, ementibus et recipientibus unum afflictum franchitabilem tamen stariorum sexdecim cum duobus tertiiis frumenti ad comunem mensuram Tridenti, simul cum sua proprietate et directo dominio unde solvit et solvi debet, solvendumque per dictum venditorem vel eius haeredes praedictum afflictum dictus vendor per se et suos haeredes posuit, constituit, fundavit et assicuravit super una eius petia terrae arativa et vineata quantitatis stariorum quatuor seminis, posita in pertinentiis suprascriptis loco dicto al Redoz, cui a mane cohaeret Dominicus de Aliprandis, a meridie Leonardus de Aliprandis, a sero haeredes quondam Ioannis Fogaroli, a septentrione Dominicus de Aliprandis et forte etc.

Item super alia petia terrae arativa quantitatis stariorum 4 seminis circa, posita in eisdem pertinentiis loco dicto al Lavon, cui a mane cohaeret via consortalis, a meridie dominus Ioannes Cazoli, a sero via communis, a septentrione Ioannes Garellus et forte etc., sive super tanta quantitate quae bene valeat praetium et capitale infrascriptum cum tertio de pluri iuxta Constitutiones illustrissimae Superioritatis Tridenti secundum quas dicti contrahentes intendunt facere praesentem contractum et non aliter, nec alio modo. Ad habendum etc., cum omnibus et singulis etc. Et hoc nominatim precio renensium centum, quos dictae reverendae moniales ibi effectualiter ad praesentiam omnium suprascriptorum, mei subscripti notarii dederunt, solverunt ac numeraverunt dicto

venditori praesenti illos ad se trahenti et imburanti in tot duplicibus auri bonis et usualibus et expendilibus, asserens et affirmans dictus venditor dictas petias terrarum dicto afflictui suppositas esse suas proprias, nemini obligatas et capaces ac sufficientes ad solvendum dictum afflictum et valere tantum quantum capitale antedictum cum tertio de pluri, iuxta Constitutiones praedictas. promittensque eas meliorare et non deteriorare sed de bono in melius eas promovere et de eis ac pro eis omni anno in festo sancti Michaelis vel infra eius octavam dare, solvere, conducere et praesentare ad domum habitationis dictarum venerabilium monialium sive ad earum venerabilem conventum dicta stria sexdecim cum duobus tertii frumenti ad comunem mensuram ut supra, boni, sicci, nitidi et bene cribellati, sub pactis, poenis et conditionibus de quibus etc. Constituens se dictus venditor nomine et vice dictarum venerabilium monialium dictum afflictum tenere et possidere donec etc. Promittensque dictus venditor per se et suos haeredes dictum afflictum manutenere exigibilem et bene fundatum deque illius proprietatis evictione et legitima defensione secundum formam iuris et statutorum Tridenti, nec non de rato, ratique habitione perpetua praemissorum omnium poena dupli ac refectionis omnium damnorum, expensarum ac interesse littis et extra, qua poena soluta vel non, nihilominus etc., obligans pro praemissorum omnium observatione omnia bona sua praesentia et futura omni etc. Cum pacto dicto venditori suisque haeredibus reservato de se quandocumque franchitandi a solutione praemissi afflictus, restituendo pretium antedictum una cum incursis si qui etc., et mercedibus praesenti instrumenti si ad eas etc Cum pacto inter dictas partes solemniter convento quod si dictus venditor vel eius haeredes bona sua concursui suaderent quod dictae venerabiles moniales astringi non possint ad comparendum in iuditio, sed immediate tam pro sorte capitali quam pro incursis possint ac valeant contra infrascriptum fideiussorem denegare et exceptiones facere et ita etc., omni etc. Quibus omnibus et singulis continuo praesens fuit Bartholomaeus filius quondam Rochi Segatae de Supramonte, qui sciens ad praemissa minime teneri, volens tamen precibus antedicti Ioannis de Bernardis venditoris se efficaciter obligare ad favorem dictarum venerabilium monialium pro eo constituit se in fideiussorem principalem principaliter et insolidum, promittens quod dictus venditor attendet et observabit omnia per eum suprascripta promissa, alioquin de suo proprio attendere et observare, obligans pro praemissorum omnium obligatione omnia bona sua praesentia et futura et pro pignore conditionali et speciali hypotheca ultra generalem obligationem ita tamen hypothecavit et subrogavit unam eius petiam terrae arativam et prativam quantitatis stariorum sex seminis circa positam in pertinentiis suprascriptis loco dicto al Palù, cui a mane, meridie, sero et septentrione dictum fideiussorem et forte etc., super qua petia terrae in casu molestiae, contradictionis prasentis instrumenti reserverunt sibi dictae venerabiles moniales ius in re et ad rem cum clausula constituti in forma transactionis etc. Quem fideiussorem dictus venditor per se et suos haeredes promisit indemnum conservare, obligans etc. Renuncians beneficio novarum et veterum constitutionum epistolae divi Adriani auth. Cod. de fideiussione, certioratus etc.

S. N. Ego Thomas Benolus publicus imperiali authoritate notarius collegiatus Tridenti, praemissis omnibus interfui, eaque rogatus publice scripsi et publicavi et hoc inde confeci documentum aliena manu descriptum ex meo originali protocollo cum quo facta perfectione in omnibus concordari inveni, ideo etc.

Giuseppe Sardagna, volendo fare cosa gradita al vescovo e principe di Trento Carlo Emanuele Madruzzo, gli dona una fossa per conservare la terra, situata sulla strada pubblica per cui si va a Povo e Cognola, presso il muro della Torricella. Egli l'aveva avuta per investitura dal comune di Trento dal quale poi la riscattò.

In Christi nomine amen. Anno ab eiusdem nativitate millesimo sexentesimo quinquagesimo septimo, indictione decima, die vero iovis quinta mensis iulii Tridenti in contrata Sanctissimae Trinitatis et in superiori salla domus Archidiaconalis, loco residentiae perillustris clarissimi domini Antonii Poppii, prasentibus in testes specialiter adhibitis eodem clarissimo domino Poppio, nobili et admodum reverendo domino Paulo Parisio Beneficiato cathedralis et Ioanne Baptista de Michelibus Teresi scriba meo etc.

Ibique personaliter constitutus illustris dominus Ioseph Sardanea civis tridentinus agens per se er haeredes, volens rem gratam facere excellentissimo et revrendissimo domino domino Carolo Emanueli Madrutto episcopo principique Tridenti et Chialanti comiti domino nostro gratiosissimo eique ostendere naturalis devotionis propensionem, dedit, cessit et titulo liberae donationis renuntiavit ac tradidit suae excellentiae reverendissimae meo notario pro ea eiusque haeredibus stipulante et acceptante unam foveam pro conservanda terra existentem prope viam publicam per quam itur Phaum et Cognollam prope murum Turricellae a parte septentrionali seu sustentantem viam per quam ascenditur ad dictam Turricellam de qua quidem fovea investitus fuit ab illustri civitate Tridenti licet postea ad eodem onere liberatus ut videre est ex suplici libello cum rescripto et investitura pariter consignata, seu a tergo illius ponens suam excellentiam reverendam in ius, locum et esse suum ita ut etc. Promittens praefatus dominus Sardanea praesentem cessionem et donationem in formam et ratam habere eique sub quocumque praetextu vel causa nec contra facere sub refectione damnorum omnium et obligatione bonorum etc.

S. N. Ego Antonius Begnudellius Tridenti collegiatus et in excelsa imperiali Camera Spirae imatriculatus notarius et cancellarius officii spiritualis, quia de praemissae donationis instrumento rogatus exstisti, ideo hic in fidem me authentice subscripsi.

Laud Deo semper.

120.

Roma, 1661 febbraio 11.

Breve pontificio dove si affermano i diritti dei Religiosi, in occasione della lite fra il convento di Pergine, il parroco Ercole Dusini e il cappellano Battista Scaramella. Sigillo aderente.

Palutius Palutius Albertonius protonotarius apostolicus utriusque Signaturae sanctissimi domini nostri Papae referendarius nec non Curiae causarum Cameræ apostolicae generalis auditor, romanaeque Curiae iudex ordinarius, sententiarum quoque et censorum tam in eadem romana Curia quam extra eam latarum ac litterarum apostolicarum quarumcumque universalis et merus exequitor ab eodem sanctissimo domino nostro papa specialiter deputatus. Universis et singulis RR. DD. abbatibus, prioribus, praepositis, decanis, archidiaconis, scholasticis, cantoribus, custodibus, thesaurariis, sacristis, parochialiumque et collegiarum ecclesiarum rectoribus seu locumtenentibus earumque plebanis, vice plebanis, curatis, caeterisque

presbiteris nec non clericis, notariis, tabellionibus quibuscumque et eorum cuilibet etc. salutem in Domino etc.

Noveritis ex parte et ad instantiam RR. Guardiani et fratrum Ordinis sancti Francisci Minorum strictioris observantiae venerabilis conventus oppidi seu loci Perginae feltensis diocesis praesentium instantium decretum sacrae Congregationis eminentissimorum et reverendissimorum DD. cardinalium Concilii tridentini interpretum de et super declaratione constitutionis felicis recordationis Gregorii decimi quinti de conservatoribus conventuum editi in pede supplicationis eidem sacrae Congregationi porrectae nobis praesentatum fuisse sub infrascripto tenore videlicet.

Cum in constitutione venerabili sanctissimi in Christo Patris et domini nostri domini Gregorii divinae providentiae Papae decimi quinti de conservatoribus edita de voto venerabilis fratrum suorum Sacrae Romanae Ecclesiae cardinalis Concilii tridentini interpretum § 6 habeantur haec verba Ad haec statuit Sanctitas sua ut coram ipsis conservatoribus regulares et personae suprascriptae conveniri quidem aut talis debeant sed alios convenire aut habere non possint ita ut memorati conservatores in causis in quibus Regulares et alii actores fuerint nullam prorsus iurisdictionem habeant, sed in iis tantum in quibus rei extiterint dubitatur nunc an per haec verba sublata sit facultas quam habent conservatores defendendi Regulares et alios a manifestis iniuriis et molestiis, quae illis de facto inferuntur dum a suis possessionibus deiciuntur et propriis bonis uti ac frui impediuntur. Sacra Congregatio cardinalium Concilii Tridentini interpretum censuit eiusmodi verbis minime sublatam fuisse facultatem quam habent conservatores defendendi Regulares a manifestis iniuriis et violentiis dummodo servent formam praescriptam constitutionibus Innocentii IV et Bonifacii VIII relat. in cap. 1 et f. de off. deleg. in 6°, C. Card. do Torres loco + sigillo Prosper Fagnanus s. Congregationis secretarius Romae ex typographia reverenda Cameræ Apostolicae 1624.

Post cuius praesentationem ad ulteriorem instantiam praedictorum RR. Guardiani et fratrum requisiti vobis omnibus et singulis suprascriptis et vestrum cuilibet insolidum committimus et in virtute sanctae obedientiae mandamus quatenus statim visis seu receptis praesentibus et postquam praesentium vigore fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit requisitus ex parte nostra imo verius apostolica auctoritate moneatis et requiratis prout nos praesentium tenore monemus et requirimus DD. Herculem Dusinum, Ioannem Baptistam Scaramellam omnesque alios et singulos in exequutione praesentium nominandos et cognominandos tam coniunctim quam divisim et alias omni meliori modo etc., quatenus infra sex dierum spatium, quorum duos pro primo, duos pro secundo et reliquos duos pro tertio ultimo et peremptorio termino monitione canonica assignamus et vos assignetis eidem sub mille ducatorum auri reverenda Cameræ apostolicae applicandorum et pro illis mandati exequutivii et in iuris subsidium quatenus opus sit excommunicationis aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis si secus etc., debeant et ipsorum quilibet debeat realiter et cum effectu quae insertum decretum sacrae Congregationis, omniaque et singula in eo contenta et expressa et in omnibus et per omnia observasse, attendisse et adimplevisse, debitaeque totali plenariae ac omimodo esequotionii demandasse nec quidquam contra illius formam, seriem, continentiam et dispositionem fecisse nec fieri curasse et pro vero et reali observationis huiusmodi effectu ab omnibus et singulis iactationibus, perturbationibus et impedimentis praedictis instantibus contra formam praeinserti decreti in pactibus tam illatis, quam inferri cominatis dandisque et inferendis in futurum destitisse et cessasse desistique et cassari mandari, dictasque iactationes et

molestationes fore esseque nullas indebitas et iniustas nulliterque indebite et iniuste illatas declarari vidisse ac de omnibus damnis, expensis et interesse praemissorum occasione passis et patiendis integre satisfecisse et in illis se condemnari et quascumque sententias, decreta seu mandata in praemissis quomodolibet necessaria et opportuna decerni et relaxari, iusque et iustitiam fieri et ministrari atque omne ius, omneque remedium suprascriptis instantibus utilius et expeditius, dedecus beneficiumque iuris et nobile officium iudicis implorari, praemissaque et alia omnia desuper necessaria et opportuna sit et alias omni meliori modo etc., fieri et interponi vidisse et praesentibus omnino paruisse.

Et insuper inhibeatis praeciariatis et mandatis prout nos tenore praesentium inhibemus, et inhibendo expresse praecipimus et mandamus eisdem ne visis seu receptis praesentibus sub poenis et caensuris antedictis, audeant seu praesumant nec ipsorum aliquis audeat seu praesumat quidquam contra formam praeinserti decreti in partibus innovare seu attentare aut innovari et attentari facere sive praefatos instantes et eorum conservatores molestare et impedire aut molestari et impediri facere quovis sub praetextu, quaesito, colore, causa vel ingenio. Quod si secus factum fuerit id totum revocari et in pristinum statum reduci curabimus nec non ad predictam poenarum et caensurarum incursu declarationem procedemus iustitia mediante.

Alioquin predictos sic monitos quod si de praemissis se fore gravatos senserint cititis et citari curetis primo nos citamus et citari mandamus eosdem per praesentes quatenus decima quinta post praesentium exequutionem, si dies ipsa iuridica fuerit alioquin die prima iuridica tunc proxima immediate sequente compareant Romae in iudicio legitime coram nobis sive nostro in civilibus R. p. d. locumtenente infrascripto et per acta infrascripti Curiae nostrae notarii per se semetipsos vel per eorum legitimum procuratorem causam eorum gravaminis alligaturi aliaque dicturi et facturi prout iustitia suadebit et ordo dictaverit rationis. Certificantes eosdem sic monitos et citatos quod si in dicto citationis termino non comparuerint nos sive noster locumtenens predictus ac praemissa et alia iuris et facti remedia decernemus et decerni et eorumdem citatorum contumacia, vel absentia in aliquo non obstante. Absolutionem vero omnium et singulorum praemissorum nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum omnium et singulorum fidem has praesentes nostras literas fieri et per infrascriptum Curiae nostrae notarium subscribi sigillique nostri quo in talibus utimur iussimus et fecimus impressione muniri.

Datum Romae ex aedibus nostris anno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo primo, indictione decima quarta, die vero undecima mensis februarii pontificatus autem sanctissimi domini nostri domini Alexandri divina providentia papae septimi anno eius sexto.

121.

Roma, 1661 maggio 20.

Monitorio al vescovo di Feltre per il comportamento del parroco di Pergine Ercole Dusini contro i Frati del convento. Si affermano i diritti dei Regolari in relazione ai diritti parrocchiali. Sigillo aderente.

Palutius Palutius Albertonius prothonotarius apostollicus utriusque Signaturae sanctissimi papae referendarius nec non Curiae causarum Camerae apostolicae generalis auditor romanae Curiae iudex ordinarius, sententiarum quoque et censorum tam in eadem romana curia quam extra eam latarum ac litterarum apostolicarum

quarumcumque universalis et merus exequutor ab eodem sanctissimo domino papa specialiter deputatus. Universis et singulis RR. DD. abbatibus, prioribus, praepositis, decanis, archidiaconibus, scholasticis, cantoribus, custodibus, thesaurariis, sacristis parochialiumque et collegiarum ecclesiarum rectoribus sive locumtenentibus earumque plebanis, viceplebanis, curatis vel non curatis, caeterisque presbiteris nec non clericis, notariis, tabellionibus quibuscumque illisque vel illis etc. salutem in Domino et nostris huiusmodi imo verius apostolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis coram nobis pro parte et ad instantiam R. fratris Bernardini Flavoni guardiani conventus sancti Francisci Minorum de observantia reformatorum terrae Pergine feltensis diocesis omni meliori modo principalis comparitus ac exhibitas fuisse litteras apostolicas felicis recordationis Pii papae V et decreta sacrae Congregationis Eminentissimorum et Reverendissimorum sacrae romanae ecclesiae cardinalium Concilii tridentini interpretum quas ea qua decuit reverentia preecepimus et admisimus huiusmodi sub tenore nempe litterarum apostolicarum constitutione 41 § 10 et insuper Ses. 22 decreti per quod populum saepe ad suas ecclesias saltem dominicis et maioribus festivis diebus convenire debere monet insequendo volumus, quod fratribus mendicantibus huiusmodi non solum prohibere non possit ne missas et alia divina officia faciant in eorum ecclesiis verum etiam in quibuscumque aliis ubi celebrari missas solitas etiam ipsis non vocatis seu ad id requisitis celebrare valeant. Ac etiam quoad conciones et lectiones sacrae Scripturae et sermones pro mortuis etiam in ecclesiis facere ac elemosinas pro celebrandis huiusmodi missis et aliis divinis officiis peragendis, si eis illas donari seu relinqu contingat recipere. Nec non missas et divina officia huiusmodi etiam in diebus dominicis vel festivis etiam antequam rector parochialis ecclesiae celebraverit, et celebrare et facere et quando eis videtur etiam si tunc in ecclesia cathedrali predicetur et precicare ac etiam quicumque caeterisque sexus christi fideles totius anni tempore illas et illa in ecclesiis fratrum huiusmodi audire possint; ipsique christi fideles nullatenus desuper molestari aut impediri locorum ordinarios, sed rectores parochialium ecclesiarum aut alios quoscumque ullo pacto, causa vel occasione non valeant seu debeant, sed predicti christi fideles audiendo missas et alia divina officia in ecclesiis fratrum huiusmodi diebus dominics aut festivis preecepto ecclesiae de illis audiendis satisfecisse censeantur etc. Sub datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae 1567, decimo septimo kalendas iunii pontificatus nostri anno secundo. Et decretum d. sacrae Congregationis cum precibus illi porrectis videlicet illustrissimi reverendissimi signori i curati della città e diocese di Bologna supplicano humilmente le signorie vostre illustrissime a fare la gratia di determinare, se li frati che hanno chiesa, non curate dentro le loro parrocchie, possino fare li infrascritti atti per provedere alle controversie che nascono tra di loro. Anunciare le feste e digiuni all'altare nella celebrazione della Messa. Raccogliere l'offerte e dar la pace al popolo alla Messa. Portar piviale e stola per la parrocchia fuori della chiesa o claustro. Quando sono chiamati alla sepoltura di qualche morti si habbino d'andare alla casa del morto o trasferirsi alla chiesa parrocchiale due si radduna il clero oppure aspettar per la strada. E celebrar la prima messa nella chiesa avanti quella del curato. Pubblicare fra la messa gli ordini del signor cardinale arcivescovo, i matrimoni et altro che occorra. Predicare nelle loro chiese l'avento, la quaresima e fra l'anno quando si predica nella chiesa parrocchiale. Portar fuori dello lor chiese o claustri piviale o stola, quando fanno processione del loro Ordine del cordone o delle centure o rosario. Ricevere nelle loro chiese le donne alla purificazione dopo il parto. Morendo frati come avviene alle volte et in particolare de canonici regolari lateranesi fuori del monastero in casa de loro parenti et havendo li

curati amministrati loro i sacramenti se possino i loro superiori farli portare di notte alla lor chiesa senza dirne cosa alcuna al curato e senza darli le raggioni parrochiali. Quando muore alcun loro superiore o maestro o teologo collegiale in convento se possono farlo portare per la città per diverse parrocchie et per la piazza con musiche e riti straordinari e metterli anche il piazzale senza intervento del curato. Essendo pubblicato un ordine generale del signor cardinale arcivescovo che nessuno lasci celebrar messa a preti forestieri senza prima vedere che habbino havuta licenza da sua signoria illustrissima o dal suo vicario generale, se li frati siano tenuti ad osservarlo. Se possono raccorre grano, uva, legne o simili altre cose prima che il curato habbia raccolto le sue primitie. Se possono benedir le case nella diocese la settimana santa essendo questo officio del curato come si legge nel rituale novo. Sacra Congregati Concilii tridentini interpretum ad singula capita superius proposita hunc in modum respondit, videlicet.

Ad primum. Regulares non prohiberi dies festos et ieunia in suis ecclesiis annunciare. Ad secundum respondit posse dummodo a perambulationibus per ecclesiam ac similibus elemosinas exactionibus abstineant. Ad tertium non posse. Ad quartum debere ad parochialem ecclesiam accedere ubi clerici congregari consuevit. Ad quintum prohiberi non posse, quominus missa in ecclesiis regularium celebretur ante missam parochialis ecclesiae. Ad sextum non posse publicare matrimonia. Ad septimum posse petita tantum benedictione ab illustrissimo archiepiscopo. Ad octavum non licere regularibus prohiberi processiones facere extra ecclesias et ambitum illarum. Ad nonum regulares non prohiberi in eorum ecclesiis mulieres post partum ad purificationem admittere. Ad decimum regulares extra claustra incidentes posse ad eorum ecclesiam deferri etiam parochis inconsultis. Ad undecimum non posse. Ad duodecimum non licere regularibus in suis ecclesiis ad celebrandum admittere presbiteros saeculares contra prohibitionem illustrissimi archiepiscopi. Ad decimum tertium non esse prohibitum regularibus. Ad decimum quartum non posse. Nos cardinalis Lancellottus loco + sigilli. Prosper Fagnanus sacrae Congregationis secretarius. Et licet credamus praeinsertas apostolicas litteras et decreta fore nemini quin sint omnino ad unguem servaturos quatenus statim visis, seu receptis praesentibus et postquam praesentium vigore queritis requisihi seu alter vestrum fuerit requisitus ex parte nostra imo verius apostolica auctoritate moneatis et requiratis prout nos tenore praesentium monemus et requirimus reverendissimum episcopum feltrensem archipresbiterum Dusinae et alios in exequutione praesentium nominatum et cognominatum quatenus infra sex dierum spatium quorum duos pro primo, duos pro secundo et reliquos duos pro ultimo peremptorio termino monitione canonica assignamus et vos assignetis eisdem sub mille ducatis auri romanae Reverendae Camerae et applicandorum et pro illius mandati exequutivi et in iuris subsidia quatenus opus sit excommunicationis aliquis ecclesiasticis sententiis censuris et poenis debeant et ipsorum quilibet debeat praeinsertas apostolicas litteras et decreta sacrae Congregationis in omnibus et per omnia prout in eis habetur et continetur observasse, attendisse et adimplevisse ac debitae totali plenariae et omnimodae exequutioni demandasse nec quicquam aliud contra illarum formam seriem, continentiam et despositionem fecisse nec fieri curasse, observarique attendi adimplere et exequutioni demandari vidiisse et super proprium stylus et iustitiam fieri et ministrari omnimodam et observando et aliud quocumque desuper necessarium et opportunum decerni et relaxari atque omne ius, omneque remedium d. R. P. instanti utilius et expeditius deduci beneficiumque iuris, et nobis impleri vidiisse expensarum damna et interesse passa facta extimata ac patiendum et faciendum et incurendum refecisse et praesentibus nostris monitorialibus litteris

omnino paruisse etsi quid praetendunt id totum coram nobis et non alibi deduxisse. Et insuper inhibeatis praecipiatis et mandatis prout nos tenore praesentium inhibemus et inhibendo espresse praecipimus et mandamus omnibus et singulis dominis reverendis iudicibus et commissariis tam ordinariis quam extraordinariis delegatis subdelegatis quorumcumque autctoritate fungentibus et functuris baroncellis quoque exequitoribus, subexequitoribus caeterisque iustitiae ministris cui vel quibus, revisis seu receptis praesentibus sub poenis et censuris antedictis audeant seu praesumant nec ipsorum aliquis audeat seu praesumat domino reverendo domino instanti in pactibus et coram illis incomparentibus iudicibus molestare, vexare, perturbare vel impedire nec in iudicium et ibi quam coram nobis trahere vocare vel convenire nec aliud quicquam attentare sive invocare in praeiudicium d. R. D. infrascripti in iudicio vel extra, tacite vel expresse, quovis sub praetextu quaesito colore, causa vel ingenio quod si secus factum fuerit id totum revocabimus et in pristinum suum statum reducere curabimus iustitia mediante. Alioquin predictos sic monitos quod sive de praemissis se fore gravatos senserint citetis et citari curetis prout nos citamus et citari mandamus eosdem quatenus trigesima die post praesentium exequutionem si dies ipsa iuridica fuerit alioquin die prima iuridica tunc proxima immediate sequente compareant Romae in iudicio legitime coram nobis sive nostro in civilibus et per acta infrascripta Curiae nostri notarii per sesemetipsos vel procuratores idoneos et sufficienter instructos causam et eorum gravaminis allegaturi alioquin dicturi et facturi prout iustitia suadebit et ordo dictavit rationi. Certificantes eosdem sic monitatos et citatos quod sive inde citationis termino comparuerint sive non, nos nihilominus ad praemissa et alia graviora iuris et facti renedia procedemus iustitia mediante. Absolutionem vero omnium et singulorum praemissorum nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quodum fidem etc.

Datum Romae ex aedibus nostris anno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo primo, inductione decima quarta, die vero vigesima mensis maii pontificatus autem sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Alexandri divina providentia papae septimi anno eius septimo... est praesens eius paragraphus Bullae Pii quinti cum suo originali requisitus...

122.

Roma, 1661 maggio 23.

Monitorio pontificio in relazione ai diritti parrocchiali nella lite fra la parrocchia di Pergine e i frati del convento. Sigilli aderenti.

Palutius Palutius Albertonius prothonotarius apostolicus utriusque Signaturae sanctissimi domini papae referendarius necnon Curiae causarum Camerae apostolicae generalis auditor romanaeque Curiae iudex ordinarius sententiarum quoque et censorum tam in eadem romana Curia quam extra eam latarum ac litterarum apostolicarum quarumcumque universalis et merus exequor ab eodem sanctissimo domino nostro papa specialiter deputatus. Universis et singulis RR. DD. abbatibus, prioribus, praepositis, decanis archidiaconis, scholasticis, cantoribus, custodibus, thesaurariis, sacristis, parochialiumque et collegiatarum ecclesiarum rectoribus sive locumtenantibus earumque plebanis, viceplebanis, curatis vel non curatis caeterisque presbiteris nec non clericis notariis tabelionibus quibuscumque, illique vel illis etc. salutem in Domino, et nostris huiusmodi imo verius apostolicis firmiter obedire mandatis.

Noveritis coram nobis ex parte et instantia fratris Bernardini de Flavone guardiani sancti Francisci Minorum de Observantia reformatorum de terra Pergine feltrensis diocesis omni meliori modo principalis comparitus, atque exhibita fuisse litteras apostolicas felicis recordationis Xisti quarti Mare magnum nuncupatas sub datum Romae anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto sub plumbo de more expeditas quas ea qua decuit reverentia recepimus et admisimus huiusmodi sub tenore § 16. Postremo cum Praedicatorum, sicut et praedicti Minorum Ordinum professores pro fidei catholicae dilatatione continuo indefexe laborent, fructusque offerant in Dei ecclesia salutares, et propterea fuerint variis per Sedem apostolicam privilegiis decorati, ut quos par labor parique merita coniungunt paria coniungant privilegia et favores eisdem Ordinis Minorum fratribus et professoribus ut concessis fratribus Praedicatoribus et eisdem Praedicatorum Ordinis fratribus, ut praemissis aliis concessis praedictis fratribus Minoribus privilegiis indulgentiis, gratiis favoribus et indultis, tam spiritualibus quam temporalibus a praedictis et aliis romanis pontificibus praedecessoribus nostris et aliis autoritatem habentibus, quae omnia ac si nominatim et exprimerentur haberi volumus hic pro expressis et nostrae approbationis munimine solidamus ac decernimus robur perpetuae firmitatis obtinere potiri et gaudere possint et debeat perpetuis futuris temporibus in omnibus et omnia prorsus et sine ulla differentia perinde ac si quae uni ex Ordinibus praedictis sunt concessa utrique simul nominatim concessa fuissent aut concederentur in posterum. Districtius inhibentes eisdem locorum Ordinariis sub interdicti ingressus ecclesiae et suspensionis a regimine et administratione suarum ecclesiarum ac parochialium ecclesiarum ac rectoribus et aliis quibuscumque sub excommunicationis latae sententiae privationis earumdem ecclesiarum parochialium, et omnium aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quae obtinent nec non inhabilitationis ad illa et alia in posterum obtainenda, poenis eo ipso per eis qui contrafecerint incurrendis. Ne Ordines praedictos fratum Praedicatorum et Minorum et illorum domos et professores praeter aut contra praedictorum Clementis et Eugenii et aliorum quorumcumque praedecessorum nostrorum et praesertium litterarum nostrarum tenorem inquietare sive molestare et eos aut testamentorum ultimarumque voluntatum executores et haeredes praedictos sive quoscumque alias directe vel indirecte ad solutionem alicuius quartae parochialis seu canonicae vel alterius portionis seu onoris, et ad faciendum celebrari aliquod officium in eorum ecclesiis, vel alibi dum apud ipsos fratres decedentium cadavera tumulantur ante vel post eorum sepulturam cogere nec confessis dictis fratribus Praedicatoribus et Minoribus pro tempore eucaristiae seu extremae unctionis sacramenta sine rationabili causa denegare et illorum exhibitionem malitiose deferre aut eorum parochianis ne dictis fratribus confiteantur prohibere vel persuadere; nec etiam ad praemissa seu aliquot praemissorum auxilium consilium vel favorem dare directe vel indirecte quoquo modo praesumant. Et nihilominus cuilibet in ecclesiastica dignitate constituto, et metropolitana vel alterius cathedralis ecclesiae canonico per universum orbem qui desuper per dictorum Ordinum priores guardianos et fratres ac illorum seu ad commodum eorum Romanae ecclesiae sindicos desuper requisitus fuerit per apostolica scripta in solidum mandamus, quatenus per se vel alium seu alios praemissa ubi et quando opus fuerit solemniter publicantes et eisdem fratum Praedicatorum et Minorum Ordinibus et illorum domibus ac professoribus in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes faciant eos pacifice possessione vel quasi privilegiorum et concessionum huiusmodi gaudere non permittentes eos seu testamentorum executores et haeredes praedictos contra illorum tenorem per ordinarium et rectores praedictos aut quoscumque alias indebitate molestari

ac eis gravamina iniuriouse aut damna inferri seu quomodolibet irrogari. Ac etiam summarie et de plano sine strepitu, ac figura iudicii sola facti veritate inspecta contra quoscumque cuiuscumque conditionis vel qualitatis existant et quacumque ecclesiastica etiam patriarchali archiepiscopali et episcopali vel mundana forent dignitate exemptione muniti in quibuscumque causis pro eis movendis quacumque ratione vel causa quae excogitari possit ministrent eis iustitiae complementum exequendo quae pro eis fuerit ordinatum. Et illis quos censuras et poenas praedictas incurrisse constituit irretitos esse declarent et faciant et mandent interdictos suspensos et excommunicatos publice nunciari et ab omnibus arctius evitari et legitimis super his habendis servatis processibus illos quoties opus fuerit iteratis vicibus aggravare procurent contradictores authoritate nostra appellatione postposita compescendo invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii saecularis. Non obstantibus recolenda memoriae Bonifatii VIII quibus cavetur ne quis extra suam civitatem et diocesim nisi incertis casibus exceptis etiam illis ultra viam dictam a fine suae diocesis ad iudicium vocetur seu in iudices a Sede apostolica deputati extra diocesim et civitatem in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere aut aliis suas vices committere praesumant et de duabus dictis in consilio generali necnon quae incipit super cathedram Bonifacii et dudum viennensis consilii ac recolanda memoriae Callisti papae III etiam praedecessoris nostri litteris aliisque apostolicis atque etiam provincialibus et sinodalibus conciliis editis specialibus vel generalibus necnon Ottonis et Ottoboni olim in regno Angliae apostolicae Saedis (sic) legatorum constitutionibus ecclesiarumque atque locorum quorumlibet statutis et consuetudinibus et inter quoscumque dictorum Ordinum Fratrum Praedicatorum et Minorum professores ac locorum ordinarios seu rectores praedictos initis et conclusis atque hactenus observatis pactis et conventionibus etiam iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis necnon omnibus et singulis quae Clemens et Eugenius praefati in praedictis eorum licteris voluerunt non obstare contrariis quibuscumque. Quibus omnibus (illa ac si de verbo ad verbum insererentur et derogatoriarum derogatorias clausulas in se continerent) praesentibus pro expressis habentes (illis alias in suo robore permansuris) quo ad praemissa specialiter et expresse derogamus. Aut si patriarchis archiepiscopis episcopis et rectoribus praefatis seu quibusvis aliis communiter vel divisim a Sede apostolica praefata indultum existat quod interdici suspendi vel excommunicari aut ultra vel extra certa loca ad iudicium evocari non possint per licteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mansionem et quolibet alia dictae Sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscumque tenoris existat per quam praesentibus non expressam et totaliter non insertam effectus earum et concessa in eis iurisdictionis exequio impediri possit quomodolibet ad deferri et de qua cuiusque loco tenore habenda sit in nostris licteris mentio specialis. Nos enim ex nunc illa et quaecumque alia quae in futurum per nos vel Sedem apostolicam quomodolibet concedi statui decidi vel ordinari contigerit contra Clementis et Eugenii aliorumque praedecessorum praedictorum et praesentium licterarum huiusmodi tenorem necnon si suos super his a quoquam quavis autoritate scienter vel ignoranter attentari contigerit irrita et inania nullius roboris vel momenti esse decernimus. Et quia difficile foret praesentes licterae ad singulas provincias originaliter destinare volumus et dicta authoritate decernimus quod transumptis earum manu notarii publici et Curiae causarum camerae apostolicae aut alicuius episcopalnis vel archiepiscopalnis sigillo munitis ea prorsus in iudiciis et extra ubicumque exhibitis vel extensa fuerint fides adhibeatur ac si originales litterae forent exhibitae vel extensae. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum

approbationis constitutionis ordinationis statuti decreti concessionis indulti voluntatis applicationis inhibitionis extensionis solidationis mandati et derogationis infringere vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationum omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae millesimo quadragesimo septuagesimo quarto pridie kalendas septembres nostri pontificatus anno quarto.

Et licet credamus praemissas apostolicas litteras et decreta fore nimurum quin sit omnino servaturus et ut decet facit nihilominus aliquando expediri ut in poraemissis iudiciale fulciantur ministerio. Proinde nobis omnibus et singulis suprascriptis et vestra cuilibet insolide committimus et in virtute sanctae obedientiae mandamus quatenus statim visis seu receptis praesentibus et postquam praesentium vigore fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit requisitus et parte vestra imo verius apostolica authoritate moneatis requiratis prout nos tenore praesentium monemus et requirimus reverendum dominum episcopum fletensem reverendum dominum Herculem Dusinum archipresbiterum Perginae reverendum dominum Ioannem Baptistam Scaramellam omnesque alios in exequione praesentium nominandos et cognominandos quatenus infra sex dierum spatum quorum duos pro primo duos, duos pro secundo et reliquos duos pro ultimo et peremptorio termino monitione canonica assignamus et vos assignetis eisdem sub mille ducatorum auri camerae apostolicae applicandorum et pro illis mandati exequitivi et in iuris subsidium quatenus opus sit excommunicationis aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et poenis debeat ipsorum quilibet debeat praemissa apostolicas litteras et decreta sacrae Congregationis in omnibus et per omnia prout in eis habetur et continetur observasse attendisse et adimplevisse ac debite totali plenarie et omnimode exequioni demandasse nec quicquam aliud contra illam formam seriem continentiam et dispositionem fecisse nec fieri curasse observarique attendi adimpleri et exequioni demandari vidisse et super praemissionis ius et iustitiam ministrari et mandatum de observando ac aliud quocumque desuper necessarium et opportunum decerni et relaxari atque omne ius omneque remedium dictos reverendos dominos infrascriptos utilius et expeditius deduci beneficumque iuris et nobile officium iudicis implorari sententiasque ferri et promulgari vident expensasque damna et interesse passa facta et incursa ac patienda facienda et incurrienda refecisse ac praesentibus omnino paruisse et si quid praetendunt id totum coram nobis et non alibi deduxisse.

Et insuper inhibeatis praecipiatis et mandatis prout nos tenore praesentium inhibemus et inhibendo expresse praecipimus et mandamus omnibus et singulis dominis iudicibus et commissariis delegatis subdelegatis quacumque autoritate fungentibus et functuris baroncellis quoque exequitoribus subexequitoribus coeterisque iustitiae ministris cui vel quibus ne visis seu receptis praesentibus sub poenis et censuris antedictis audeant seu praesumant ne ipsorum aliquis audeat seu praesumat dictum reverendum dominum instantem in partibus et coram illis incompetentibus iudicibus molestare vexari perturbari vel impediri nec aliud quicquam attentare et innovare in praecidicium dicti domini instantis in iudicio vel extra tacite vel expresse quovis sub praetextu quaesito colore causa vel ingenio quod si secus factum fuerit id totum revocabimus et in pristinum suum statum reducere curabimus iustitia mediante. Alioquin praesentes sic munitos quod sive in praemissionis se fore gravatos senserint citatis et citari curetis prout nos citamus et citari mandamus per praesentes quatenus trigesima die post praesentium exequitionem si dies ipsa iuridica fuerit alioquin die

prima iuridica tum proxime immediate sequente compareant Romae in iudicio legitime coram nobis et per acta infrascriptae Curiae Nostrae notarii per se semet ipsos vel procuratores suos idoneos et sufficienter instructos causam eorum gravaminis allegaturi aliaque dicturi et facturi prout iustitia suadebit et ordo dictaverit rationis. Certificantes autem sic monitos et citatos quod sive in dicto citationis termino comparuerint sive non nos nihilominus ad praemissa et alia graviora iuris et facti remedia procedemus iustitia mediante. Absolutionem vero omnium et singulorum praemissorum nobis vel superiori vestro dummodo reservamus. In quorum fidem etc. Datum Romae ex aedibus nostris anno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo primo, inductione decima quarta, die vero vigesima tertia mensis maii Pontificatus autem nostri in Christo Patris et Domini nostri domini Alexandri divina providentia Papae septimi anno septimo. Praeinserti pro originali cum suo originali reviso concordavit Ioachimus Valtrinus officialis deputatus.

Prete Battista Muzio Guidotto notaro

Hieronimus Simoncellus connotarius

B. de Bulgarinis locumtenens et iudex commissarius

123.

Roma, 1661 maggio 23.

Documento relativo alla lite fra la parrocchia di Pergine e i Frati. Sigillo aderente

Palutius Palutius Albertonius prothonotarius apostollicus utriusque signaturae sanctissimi domini nostri papae referendarius necnon curiae causarum camerae apostolicae generalis auditor romanaeque curiae iudex ordinarius sententiarum quoque et censurarum tam in eadem romana curia quam extra eam latarum ac litterarum apostolicarum quarumcumque universalis et merus executor ab eodem sanctissimo domino nostro papa specialiter deputatus. Universis et singulis RR. DD., abbatibus, prioribus praepositis decanis archidiaconis scholasticis cantoribus custodibus thesaurariis sacristis parochialiumque et collegiarum ecclesiarum rectoribus sive locuntenentibus earumque plebanis viceplebanis curatis vel non curatis coeterisque presbiteris necnon clericis notariis tabellionibus quibuscumque illique vel illis etc., salutem in domino et nostris huiusmodi imo verius apostolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis coram nobis pro parte et ad instantiam reverendi fratris Bernardini de Flavone guardiani conventus sancti Francisci Minorum de Observantia Reformatorum terrae Pergine feltrensis (diocesis) omni meliori modo personaliter comparitus atque exhibitas fuisse licteras apostolicas felicis recordationis Pii papae V sub datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis 1567 una cum licteris decreti sacrarum congregationum eminentissimorum et reverendissimorum DD. cardinalium Conncilii tridentini interpretum et rituum quas ea qua decuit reverentia receperimus et admisisimus huiusmodi sub tenore. Et si mendicantium ordines in qua numero secundo habentur haec formalia verba quorumdam etiam locorum ordinarii quosdam religiosos probos viros et idoneos etiam a suis superioribus approbatos ad confessiones audiendas admittere nullo modo volunt quidam ex eis volunt non solum singulis annis sed etiam pluries in anno in aliquibus partibus eosdem confessores sibi praesentari in aliquibus vero oppidis tam episcopis seu eorum vicarii quam presbiteri curati volunt ut fratres mendicantes vocati ad audiendas confessiones infirmorum maxime si infirmitas est gravis aut etiam sanorum in privatis illorum domibus vel alibi praeterquam in suis ecclesiis aut monasteriis possint accedere. Quod vero in Sessione vigesima teria capitulo decimo quinto circa confessiones a regularibus non audiendas

statuitur hoc etiam dictorum ordinum fratres a praefatis suis generalibus vel ministris provincialibus ad audiendas confessiones utriusque sexus christifidelium approbatos ut praemittitur minime comprehendant ita ut a confessionis audiendis tam intra eorum ecclesias domos quam extra minime prohibeantur super hoc licteras felicis recordationis Pauli papae quarti etiam praedecessoris nostri concedentes eisdem fratribus mendicantibus regularis observantiae posse confessiones saecularium personarum etiam infirmarum etiam extra domos et monasteria sua et ubilibet audire approbando et de novo concedendo. Statuimus etiam quod ille qui semel in una dioecesi admissus per episcopum fuerit semper in eadem dioecesi habeatur pro admisso nec amplius examinari vel praesentari in dicta dioecesi debeat tam quo ad predicationes faciendas quoquo ad confessiones audiendas nec aliquid pro predictis exigi vel recipi debeat.

Nos super his pro debito pastoralis officii prout tenemur salubriter providere volentes tenore praesentium hac nostra constitutione perpetua sancimus decernimus et declaramus decretum Concilii tridentini de approbatione regularium audiendis confessionibus saecularium praepositorum ab episcopis facienda observari debere etiam in omnibus regularibus quorumvis ordinum etiam mendicantium et sub regulari disciplina viventibus etiam si sint lectores aut in theologia etiam de superiorum suorum licentia graduati vel promoti promoti (sic) vel a suis magistris generalibus vel provincialibus ministris saecularium confessionibus audiendis experiti. Volumus tamen eos qui semel ab episcopo in civitate et dioecesibus suis praevio examine approbati fuerint ab eodem episcopo iterum non examinari; ab episcopo autem successore pro maiori conscientiae suae generose examinari de novo poterant paeinserti paragraphi Bullae fol. versii. Decretum sacrae congregationis Concilii tridentini sacra congregatio cardinalium Concilii tridentini interpretum censuit constitutionem secundam sacrae memoriae Gregorii decimi quinti de exceptorum privilegiis nequaquam subiicere regulares exemptos quibus cura animarum personarum saecularium non incumbit episcoporum iurisdictioni in his quae sacramotorum administrationem concernunt nisi cum in sacramentis personis saecularibus administrandis idem regulares delinquunt ac propterea ad dubium secundum an episcopi possunt regularibus praescribere ut certis trantum in locis aut temporibus aut certarum personarum confessiones audiant vel alias eorum privilegia costringere et moderari in sacramentis administrandis respondit hac in parte constitutionem novi iuris induisse nec ullam novam autoritatem episcopis in regulares attribuisse. Ideoque in vim ipsius constitutionis non posse episopus regularibus praescribere ut certis tantum in locis ac temporibus aut certarum personarum confessiones audiant vel alias illorum privilegia in sacramentis administrandis restringere aut moderari. Sacra congregatio cardinalium negotiis regularium praeposita inhaerens declarationibus alias desuper aeditis censuit regulares praedictos a locorum ordinariis ad audiendas personarum saecularium confessiones approbatos non posse ab eisdem ordinariis prohiberi ne earumdem prsonarum aegrotantium in propriis illorum domibus confessiones audire possint absque licentia parochorum dummodo relinquant schedulam vel notoficent ipsis parochis quod poenitentiae sacramentum huiusmodi fuerit ab eis ministratum. Datum Romae decima tertia mensis septembbris millesimi sexagesimi quadragesimi primi.

Sacra congregatio Concilii tridentini interpretum censuit quod regulares qui quoad confessiones audiendas idonei generaliter ab ordinariis eorumque examinatoribus reperti et probati fuerint generaliter quoque et indistincte absque aliqua limitatione temporis certorumve locorum aut generis personarum admittantur in dioecesi propria de coeteris qui non adeo reperti inveniuntur si petierint se admitti arbitrio ordinariorum

relinquitur ipsos cum limitata facultate prout eisdem ordinariis magis expedire videbitur probare et admittere. Qui autem in domibus laicorum confessiones ex causa audierint statim parrochum admonere teneantur et fidem auditae confessionis pro medio adveniente relinquere. Romae secunda iulii millesimi quingentesimi sexagesimi tertii.

Cum sacrae congregationis cardinalium negotiis episcoprum et regularium praepositorum innotuerit confessarios regulares graviter conqueri quo ab archiepiscopis episcopis et locorum ordinariis ab audiendis confessionibus quavis de causa indiscriminaliter suspendantur et propterea saepe contingere ut ab eisdem archiepiscopis episcopis et locorum ordinariis omnibus simul unius conventus confessarii confessiones audiendi facultas adimatur illustrissimi eius sacrae congregationis patres rati vix fieri posse ut haec sine scandalo magnaue animarum pernicie contingent re mature perpensa ad omnem scandali materiam summovendam et quo magis spirituali piarum mentium consolationi consulatur, statuunt ac decernunt archiepiscopis episcopis aliisque locorum ordinariis ad quos confessarios approbandi suspectat confessarios regulares alios ab ipsis libere approbatos ab audiendis confessionibus suspendere post hac minime licere nisi ex nova causa eaque ad confessiones ipsas pertinentes aut ob non servatum interdictum ab ipsis ordinarii positum. Statuunt insuper eosdem archiepiscopos episcopos locorumque ordinarios confessiones audiendi facultatem omnibus simul unius conventus regularibus confessarii eadem sacra congregatione inconsulta nullo pacto adimere posse; quod quidem decretum ut iidem illustrissimi patres opportunum et necessarium duxerunt ita inviolabiliter iubent observari. Romae die vigesima novemboris millesimo sexcentesimo decimo quinto.

Et licet credamus praeinsertas apostolicas litteras et decreta fore nimirum quin sit omino ad unguem servaturus eo ut decet fauturos nihilominus aliquando expediri ut in praemissis iudicali fulciantur ministerio. Proinde vobis omnibus et singulis suprascriptis et vestrum cuilibet in solidum committimus et in virtute sanctae obedientiae mandamus quatenus statim visis seu receptis praesentibus et postquam praesentium vogore fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit requisitus ex parte nostra imo verius apostolica autoritate moneatis et requiratis prout nos tenore praesentium monemus et requirimus reverendum dominum episcopum feltrensem dominum dominum Herculem Dusinum archipresbiterum Pergine revendum dominum Ioannem Baptistam Scaramellam omnesque alios in exequitione praesentium nominandos et cognominandos quatenus infra sex dierum spatium quorum duos pro primo, duos pro secundo et reliquos duos pro ultimo et peremptorio termino termino (sic) monitione canonica assignamus et vos assignetis eisdem sub mille ducatorum auri reverenda camerae apostolicae applicandorum et pro illius mandati exequitivi et in iuris subsidium quatenus opus sit excommunicationis aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et poenis debeant et ipsorum quilibet debeat praeinsertas apostolicas licteras et decreta sacrae congregationis in omnibus ac per omnia prout in eis habetur et continetur observasse attendisse et adimplevisse ac debite totali plenarie et omnimoda exequitioni demandasse nec quicquam aliud contra illarum formam seriem continentiam ac dispositionem fecisse nec fieri curasse observarique attendi adimpleri et exequioni demandari vidisse et super praemissis ius et iustitiam fieri et ministrari te mandatum de observando ac aliud quocumque desuper necessarium et opportunum decerni et relaxari at omne ius omneque remedium, dicto reverendo domino instanti utilius et expeditius deduci finiumque iuris et nobile officium iudicis implorari sententiasque ferri et promulgari vidisse expensasque damna et interesse passa facta et incursa de patienda facienda et incurrenda refecisse et praesentibus nostris monitorialibus licteris omnino

paruisse. Et si quid praetendunt id totum coram nobis et non alibi deduxisse.

Et insuper inhibeatis praecipiatis et mandetis prout nos tenore praesentium inhibemus et inhibendo expresse praecipimus et mandamus omnibus et singulis DD. iudicibus et commissariis delegatis subdelegatis quacumque autoritate fungentibus et functuris baroncellis quoque exequitoribus subexequitoribus coeterisque iustitiae ministris cui vel quibus nec visis seu receptis praesentibus sub poenis et censuris antedictis audeant seu praesumant nec eorum aliquis audeat seu praesumat dictum reverendum dominum instantem et in partibus et coram illis incompetemtibus iudicibus molestre vexare perturbare vel impedire nec in iudicium alibi quam coram nobis et peracta infrascripti Curiae nostrae notarii trahere vocare vel convenire in iudicio vel extra tacite vel expresse quovis sub praetextu querito colore causa vel ingenio quod si secus factum fuerit id totum revocabimus et in pristinum suum statum reducere curabimus iustitia mediante.

Alioquin praedictos si monitos quod sive in praemissis se fore gravatos senserint citetis et citari curetis prout nos eosdem citamus et citari mandamus per praesentes quatenus trigesima die post praesentem exequitionem si dies ipsa iuridica fuerit alioquin die prima iuridica tum proxime immediate sequenda compareant Romae in iudicio legitimo coram nobis per sesemet ipsos vel procuratores suos idoneos et sufficienter instructos causam eorum gravaminis allegaturi aliaqua dicturi et facturi prout iustitia suadebit et ordo dictaverit rationis. Certificantes eosdem sic monitos et citatos quod sive in dicto citationis termino comparuerint sive non nos nihilominus ad praemissa et alia graviora iuris et facti remedia procedemus iustitia mediante, absolutionem vero omnium eos in quorum praemissorum nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum fidem etc.

Datum Romae ex aedibus nostris anno domini millesimo sexcentesimo sexagesimo primo inductione xiiii die vero vigesima tertia maii pontificatus autem nostri in Christo patris et domini nostri domini Alexandri divina providentia papae septimi anno eius septimo.

Adhuc originali revisae concordant. Ioachimus Valtrinus officialiter deputatus.

Cardinalis etc. Bulgarinus de Bulgarinis locumtenens et iudex commissarius.

Prete io don Muzio Guidotto notaio

Hieronimus Simoncellus connotarius

Ex quodam folio 27.

Mandatum super observatione litterarum apostolicarum

124.

Roma, 1661 maggio 27.

Come sopra. Sigillo aderente.

Palutius Palutius Albertonius prothonotarius apostolicus utriusque signaturae sanctissimi domini nostri Papae referendarius, necnon Curiae causarum camerae apostolicae generalis auditor romanaeque Curiae iudex ordinarius, sententiarum quoque et censorum tam in eadem romana Curia quam extra eam, ac licterarum apostolicarum quarumcumque universalis et merus exequor ab eodem sanctissimo D. N. Papa specialiter deputatus.

Universis et singulis R.R. D.D. abbatibus, prioribus, prepositis decanis archidiaconis, scolasticis cantoribus, custodibus thesaurariis sacristis, parochialium et collegiarum ecclesiarum rectoribus sive locumtenantibus, earumque plebanis vice

plebanis, curatis necnon curatis, ceterisque presbiteris necnon clericis notariis tabellionibus, quibuscumque illique vel illis etc. salutem in Domino et nostris huiusmodi imo verius apostolica authoritate firmiter obedire mandatis.

Noveritis coram nobis pro parte et ad substantiam fratris Bernardini de Flavone guardiani sancti Francisci Minorum de Observantia Reformatorum de terra Pergine feltrensis dioecesis omni meliori modo principalis comparitus atque exhibitas fuisse licteras apostolicas felicis recordationis Pii papae quinti et licteras decreti sacrae Congregationis Rituum constitutionis xli quae incipit ad hoc nos Deus sub datum Romae apud sanctum Petrum die vigesima tertia septembbris millesimo quingentesimo septuagesimo primo pontificatus sui anno sexto in qua § nono habens formalia verba quas ea qua decet reverentia recepimus et admisimus huiusmodi sub tenore.

Nec non fratres ipsi quaecumque corpora defunctorum qui se in eorum ecclesiis sepelliri ordinanaverunt vel si a defunctorum haeredibus sive curam funeris habentibus vocati fuerint, ipsorum fratrum cruce elevata etiam sine dictorum canonicorum ac capitulariorum personarum necnon curatorum vel aliorum presbiterorum interventu ex ipsorum defunctorum domibus levare eaque accipere et associare ac ad ipsorum fratrum ecclesias directe deferri et in eorum ecclesiis (non tamen tempore interdicti) sepelliri facere salvo dumtaxat iure parochiali; nec fratres ipsi ad ulterius cuiusvis contrarie consuetudinis, usus sive moris observationem teneri vel super praemissis a quoquo quavis autoritate molestari seu perturbari possint vel debeat.

Regulares terrae Mathelicae camerinensis dioecesis proponunt eminentiis vestris. An crux parochialis referri etiam debeat quando cadaver defertur ad ecclesiast regularium attenta consuetudine et semper dilata fuit tantum una crux illius ecclesiae ad quam corpora fuerunt dilata. Sacra Rituum congregatio supradicto dubio respondendum censuit, unicam tantum crucem in cadaveribus afferendis esse deferendam et illam esse debere illius ecclesiae ad quam corpus defuncti defertur. Romae die vigesima prima novembbris millesimo sexcentesimo trigesimo septimo. Cardinalis episcopus portuensis, cardinalis Pius, cardinalis Fachencais (?) secretarius.

Et licet credamus praeinsertas apostolicas licteras et decreta fore neminem quin sint omnino ad unguem servaturus et ut dicit facturus. Nihilominus aliquando expedit ut in praemissis iudicali fulciantur ministerio. Proinde vobis omnibus et singulis suprascriptis et vestrum cuilibet in solidum committemus et in virtute sanctae obedientiae mandamus, quatenus statim visis sive acceptis praesentibus et postquam praesentium vigore fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus ex parte nostra imo verius apostolica authoritate moneatis et requiratis prout nos tenore praesentium monemus et requirimus reverendissimum dominum episcopum feltrensem R. D. Herculem Dusimum archipresbiterum Pergine, R. D. J. Battam Scaramellam omnesque alios in exequitione praesentium nominandos et cognominandos quatenus infra sex dierum spatium, quorum duos pro primo, duos pro secundo et reliquos duos pro ultimo et peremptorio termino monitione canonica assignamus, et vos assignatis eisdem sub mille ducatorum auri reverenda camerae apostolicae applicandorum esse pro illis mandati exequitivi et in iuris subsidium quatenus opus sit excommunicationis aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et paenis debeat etiam ipsorum quilibet praeinsertas apostolicas licteras et decreta sacrae congregationis in omnibus et per omnia prout in eis habetur et continetur observasse attendisse et adimplevisse ac debite totali plenarie et omnimode exequitioni demandasse nec quidquam aliud contra illarum formam seriem continentiam et dispositionem fecisse nec fieri curasse et observarique attendi adimpleri ac exequitioni demandari vidisse et omnibus praemissis ius et iustitiam ministrari et

mandatum de observando et aliud quodcunque desuper necessarium et opportunum decerni et relaxari atque omne ius omneque remedium dicto domino instanti utilius et expeditius deduci beneficiumque iuris et nobile officium iudicis implorare sententiaque ferri et promulgari vidisse expensasque damna et interesse passa facta et invecta ac patiendum faciendum et incurrendum refecisse ac praesentibus nostris monitorialibus lictoris omnino paruisse etsi quid praetendunt id totum coram nobis et non alibi deduxisse.

Et insuper inhibeatis, praecipiatis et mandetis prout nos tenore praesentium inhibemus et inhibendo expresse praecipimus et mandamus omnibus et singulis DD. iudicibus et commissariis delegatis sibdelegatis quacumque authoritate fungentibus et functuris baroncellis quoque exequitoribus subexequitoribus caeterisque iustitiae ministris cui vel quibus sic visis seu receptis praesentibus sub paenis et censuris antedictis audeant seu praesumant aut ipsorum aliquis audeat seu praesumat d. R. D. instantem in partibus et coram illis incompetentibus iruidibus molestare vexare perturbari vel impediri vel in iudicium alibi quam coram nobis trahere vocare, vel convenire nec aliud quicquam attentare seu invocare in praeiudicium dicti domini instantis in iudicio vel extra, tacite vel expresse, quovis sub praetextu, quaesito, colore, causa vel ingenio quod si secus factum fuerit id totum revocabimus et in pristinum suum statum reducere curabimus, nec non ad predictarum paenarum et censurarum incursarum declaramus procedamus iustitia mediante. Alioquin praesentes sic monitos quode sive in praemissis se fore gravatos senserint citetis et citari curetis prout nos citamus et citari mandamus per praesentes quatenus trigesima die post praesentium praesentationem si dies ipsa iuridica fuerit alioquin die prima iuridica tum proxime immediate sequente compareant Romae in iudicio legitime coram nobis et per acta infrascriptae Curiae nostrarae notarii per sesemet ipsos vel procuratores suos idoneos et sufficienter instructos causam eorum gravaminis allegaturi aliaque dicturi et facturi prout iustitia suadebit et ordo dictaverit rationis. Certificantes autem sic monitos et citatos quod sive in dicto citationis termino comparuerint sive non. Nos nihilominus ad praemissa et alia graviora iuris et facti remedie procedemus iustitia mediante. Absolutionem vero omnium et singulorum praemissorum nobis vel superiori vestro dummodo reservamus. In quorum fidem etc. Datum Romae ex aedibus nostris anno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo primo inductione xiiii, die vero vigesima septima maii pontificatus autem nostri in Christo Patris et domini nostri domini Alexandri divina providentia Papae septimi anno eius septimo. Hucusque

B. de Bulgarinis locumtenens et iudex commissarius

Prete don Muzio Guidotto notaro

Hieronymus Simoncellus connotaro

125.

Roma, 1661 giugno 14.

Come sopra. Sigillo aderente.

Palutius Palutius Albertonius prothonotarius apostolicus, Utriusque Signaturae sanctissimi domini nostri papae referendarius, nec non Curiae causarum Cameræ apostolicae generalis auditor, romanaeque Curiae iudex ordinarius, sententiarum quoque et censurarum tam in eadem romana Curia, quam extra eam latarum ac litterarum apostolicarum quarumcumque universalis et merus exequitor, ab eodem

sanctissimo domino nostro papa specialiter deputatus. Universis et singulis
quarumcumque civitatum, terrarum, castrorum, oppidorum, villarum aliorumque
locorum dominis gubernatoribus, potestatibus, locumtenentibus, Vicariis, Baroncellis
quoque exequitoribus caeterisque iustitiae ministris et cui vel quibus praesentes nostrae
litterae pervenerint seu quomodolibet praesentabuntur salutem in Domino, et nostris
huiusmodi, imo verius apostolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis introducta coram
nobis lite et causa pro parte et ad instantiam R.R. Guardiani et fratrum Minorum
strictioris obsevantiae sancti Francisci venerabilis conventus terrae seu loci Pergine
feltensis diocesis principalium instantium contra et adversus R.R. dominos Herculem
Dusinum parocum et Ioannem Baptistam Scaramellam Cappellanum dictae terrae de et
super manutentione in possessione iuris sepelliendi cadavera defunctorum in ecclesia
seu ecclesiis instantium et asportandi illa ex domibus ipsorum defunctorum ad ecclesias
praedictas per directam viam seu iter directum et celebrandi et celebrari faciendi officia
et alias ceremonias solitas et consuetas pro salute animarum defunctorum, rebusque
aliis in actis et processu causae et causarum huiusmodi latius deductis reos conventos
partibus ea altera, praeviis nostris monitorialibus litteris contra dictos R.R. D.D.
Herculem parocum et Ioannem Baptistam Cappellanum in partibus legitime exequutis et
in actis infrascripti Curiae nostrae notarii reproductis, exhibitisque coram nobis iuribus
ad huiusmodi causam facientibus, illisque omnibus visis ac sufficienter verificatis
verificandis, citatisque in quolibet actu praedictis DD. Hercule et Ioanne Baptista per
audientiam publicam litterarum contradictarum sanctissimi domini nostri papae, ut
moris est, servatisque omnibus terminis de stilo nostri tribunalis servari solitis, aliisque
de iure servandis. Nos denique praedictos R.R. Guardianum et fratres in possessione
praedicta ut infra manutenendos fore et esse duximus prout manuteneri volumus et
mandamus per praesentes. Quocirca vobis omnibus et singulis supradictis et vestrum
cuilibet insolidum committimus et in virtute sanctae obedientiae mandamus, quatenus
statim visis seu receptis praesentibus et postquam vigore praesentium fueritis requisiti
seu alter vestrum fuerit requisitus ex parte nostra imo verius apostolica auctoritate sub
mille ducatorum auri reverendae Camerae apostolicae applicandorum et pro illis
mandati exequutivi et in iuris subsidium quatenus opus sit excommunicationis, aliisque
ecclesiasticis sententiis, caensuris et poenis supradictos RR. Guardianum et fratres
instantes, manuteneatis, defendatis et protegatis in eorum pacifica et quieta possessione
iuris sepelliendi cadavera defunctorum in eorum ecclesiis et asportandi illa ex domibus
ipsorum defunctorum ad dictas ecclesias instantium ac celebrandi et celebrari faciendi
officia et alias ceremonias solitas et consuetas pro salute animarum defunctorum,
manutenerique defendi et conservari faciat contra et adversus praedictos Rev. dominos
Herculem parocum et Ioannem Baptistam cappellanum et praesentibus nostris litteris
omnino pareatis. Et ulterius cogatis eosdem dominos Herculem et Ioannem Baptistam
per eorum bonorum obligationem, venditionem, suhastationem, deliberationem ac
omnimodam alienationem ad solvendum et reficiendum supradictis instantibus scuta
undecim monetae romanae pro expensis praesentis mandati et contradictarum et
praesentibus omnino pareatis. In quorum omnium et singulorum fidem has praesentes
nostras litteras fieri et per infrascriptum Curiae nostrae notarium subscribi, sigillique
nostrí quo in talibus utimur iussimus et fecimus impressione muniri.

Datum Romae ex aedibus nostris anno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo
primo, inductione decima quarta, die vero quarta decima mensis iunii, pontificatus
autem sanctissimi domini nostri domini Alexandri divina providentia papae septimi,
anno eius septimo.

Pro etc.

Mandatum de manutenendo

126.

Roma, 1661 giugno 18

Come sopra. Sigillo aderente.

Palutius Palutius Albertonius prothonotarius apostolicus utriusque signaturae sanctissimi D. N. Papae referendarius, nec non Curiae causarum camerae apostolicae generalis auditor, romanaeque Curiae iudex ordinarius, sententiarum quoque et censoriarum tam in eadem romana Curia quam extra eam latarum ac litterarum apostolicarum quarumcumque universalis et merus exequitor ab eodem sanctissimo D. N. papa specialiter deputatus.

Universis et singulis RR. DD. abbatibus, prioribus, praepositis, decanis, archidiaconis, scolasticis, cantoribus, custodibus, thesaurariis, sacristia, parochialiumque er collegiarum ecclesiarum rectoribus, seu locumtenentibus, earumque plebanis, vice plebanis, curatis, caeterisque presbiteris necnon clericis, notariis, tabellionibus quibuscumque et eorum cuilibet et ad quem seu ad quos praesentes nostrae litterae pervenerint seu quomodolibet praesentabuntur salutem in Domino et nostris huiusmodi, imo verius apostolicis firmiter obedire mandatis.

Noveritis introducta coram nobis lite et causa pro parte et ad instantiam RR. Guardiani et fratrum Minorum strictioris observantiae Sancti Francisci venerabilis conventus terrae seu loci Perginae feltensis diocesis principalium instantium contra et adversus RR. DD. Herculem Dusinum paroccum et Ioannem Baptistam Scaramellam cappellanum dictae terrae de et super plenaria observatione et adimplemento ac exequutione decretorum sacrae Congregationis Rituum et negotiorum episcoporum et Concilii tridentini interpretum, rebusque aliis in actis et processu causae et causarum huiusmodi latius deductis reos conventos partibus ex altera praeviis nostris monitorialibus litteris contra supradictos DD. Herculem et Ioannem Baptistam in partibus legitime exequitis et in actis infrascriptae Curiae nostrae notarii reproductis exhibitisque coram nobis dictis decretis sacrae Congregationis aliisque iuribus ad huiusmodi causam facientibus, illisque omnibus visis et sufficienter verificatis verificandis, certatisque in quolibet actu praedictis DD. Hercule et Ioanne Baptista per audientiam publicam litterarum contradictarum sanctissimi D. N. Papae ut moris est, servatisque omnibus terminis de stilo nostri tribunalis servari solitis, aliisque de iure servandis, nos denique nostram in scriptis diffinitivam tulumus et promulgavimus sententiam sub infrascripto tenore videlicet.

Christi nomine invocato pro tribunali sedentes et solum Deum pree oculis habentes per hanc nostram diffinitivam sententiam, quam de iuris peritorum consilio in his scriptis ferimus in causa et causis, quo coram nobis versae sunt et vertuntur instantiis inter RR. PP. Guardianum et fratres Minores strictioris observantiae Sancti Francisci venerabilis conventus terrae seu loci de Pergine feltensis diocesis ex una, et DD. Herculem Dusinum paroccum et Ioannem Baptistam Scaramellam cappellanum eiusdem terrae reos conventos partibus ex altera, de et supra plenaria et absoluta observatione, adimplemento et executione decretorum factorum per sacras Congregationes Rituum et negotiorum episcoporum, et Concilii tridentini interpretum de et super cadaveribus defunctorum eiusdem terrae sepelliendis in ecclesia seu ecclesiis eiusdem Guardiani et fratrum Sancti Francisci conventus eiusdem terrae et officii faciendis super praedictis

cadaveribus et asportatione ab aedibus seu domibus defunctorum, ad ecclesiam seu ecclesias ipsorum Guardiani et fratum per directam lineam seu consuetam viam et directum tramitem et iter a dictis domibus ad dictas ecclesias, rebusque aliis et illarum occasione, de quibus latius in actis causae ad quae etc., dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, concludimus et definitive sententiamus dictos dominos Herculem et Ioannem Baptistam parocum et cappellatum eiusdem terrae, eorumque successores pro tempore et in futurum teneri et obligatos fore et esse ad plenam et plenariam observationem ac partitionem omnium et singulorum decretorum et resolutionum sacrarum Congregationum Rituum, negotiorum Regularium et episcoporum et sacri Concilii tridentini interpretum, prout nos teneri et obligatos esse ad plenam et plenariam observationem et partitionem illorum seu illarum volumus et declaramus, ac praecipimus et propterea dictos dominos Herculem parocum et Ioannem Baptistam cappellatum, eorumque successores pro tempore et in futurum non posse neque debere dare, praestare, curare et quaerere quovis modo, colore et occasione aliquod impedimentum dictis RR. patribus Guardiani et fratribus conventus Sancti Francisci dictae terrae, tam de praesenti quam de futuro in sepelliendis cadaveribus defunctorum in ipsorum ecclesia vel ecclesiis et in asportandis illis ex domibus ipsorum defunctorum ad dictas ecclesias ipsorum Guardiani et fratum per directam viam, seu per directum iter et demum in faciendo et celebrando officia et alias caeremonias solitas et consuetas ad favorem, commodum et utilitatem defunctorum, prout nos declaramus, volumus, mandamus et praecipimus dictos dominos Herculem parocum et Ioannem Baptistam cappellatum et illorum pro tempore et in futurum successores directe vel indirecte circa praemissa impedire ullo modo posse praedictos fratres et molestias, molestationes, perturbationes et vexationes de praeterito per dictos dominos Herculem parocum et Ioannem Baptistam cappellatum factas, datas, seu illatas et signanter in asportatione cadaveris filii infantis Aloysii Lener fecisse et esse temerarias et iniustas ac illicitas, prout nos temerarias, iniustas et illicitas fuisse declaramus et volumus et illis imponendum fore et esse perpetuum silentium, prout nos imponimus et victos victoribus in expensis condemnandos fore et esse prout nos condemnamus, quarum taxationem nobis vel cui de iure reservamus et ita dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, concludimus et definitive sententiamus et isto etc. et omni etc. Item pari modo nostra sententia dicimus, sententiamus, decernimus et declaramus dictos DD. Herculem et Ioannem Baptistam excommunicationis, aliasque ecclesiasticas sententias, caensuras et paenas in litteris monitorialibus sibi intimatis contentas ob illorum non partitionem damnabiliter incidisse et incurrisse ipsosque sic excommunicatos et declaratos publice denunciandos et ab omnibus Christifidelibus arctius evitandos, litterasque declaratorias desuper oportunas decernendas et concedendas fore et esse, prout declaramus, evitari mandamus ac decernimus, concedimus et declaramus, quatenus tamen a die intimationis faciendo huiusce nostrae sententiae dictis Herculii et Ioanni Baptistae etiam domum dimissa copia vel per affixionem ad valvas cathedralis ecclesiae intra mensem non docuerint se paruisse et se parituros obligaverint decretis praedictis sacrae Congregationis necnon nostris litteris monitorialibus atque huic nostrae sententiae et de partitione et obligatione praedictis coram nobis in actis docuerint et ita dicimus, pronunciamus, sententiamus, ac decernimus non solum praemissa sed omni alio meliori modo etc. Ita pronunciavi ego Azo Azeostus locumtenens.

Quae omnia et singula praemissa vobis omnibus et singulis supradictis et vestrum cuilibet insinuamus et notificamus ne ullo unquam tempore ignorantiam praesumere valeatis. Quocirca vobis omnibus et singulis supradictis et vestrum cuilibet insolidum

committimus et in virtute sanctae obedientiae mandamus quatenus statim visis seu receptis praesentibus et postquam praesentium vigore fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus ex parte nostra imo verius apostolica auctoritate supradictos RR. DD. Herculem Dusinum parocum et Ioannem Baptistam Scaramellam cappellanum, nisi ipsi infra mensem ab harum exequutione ut supra faciendum proximum inchoandum docuerint se paruisse et se parituros obligaverint decretis praedictis sacrae Congregationis et nostris monitorialibus litteris pro illorum exequutione decretis ac praeinsetae nostrarae sententiae ac de partitione et obligatione praedictis coram nobis docuerint in vestris ecclesiis, cappellis et locis piis, dum ibi multitudo populi ad divina audienda concurrit, alta et intelligibili voce declaratis et propaletis, ac ab omnibus Christifidelibus arctius evitari curetis nec praemissa facere cassetis donec aliud a nobis in contrarium habueritis in mandatis. In quorum omnium et singulorum fidem has praesentes nostras litteras fieri et per infrascriptum Curiae nostrarae notarium subscribi, sigillique nostri, quo in talibus utimur, iussimus et fecimus impressione muniri.

Datum Romae ex aedibus nostris anno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo primo inductione decima quarta, die vero decima octava mensis iunii, pontificatus autem sanctissimi D. N. D. Alexandri divina providentia Papae septimi, anno eius septimo.

Prete Muzio Guidotto

A. Areostus Locumtenens

Sic apostolica auctoritate denunciantur excommunicati et declarati RR. DD. Hercules Dusinus parucus et Ioannes Baptista Scaramella cappellanus terrae seu loci de Pergine feltrensis diocesis ea adverso principales ob non partitionem decretorum sacrae Congregationis Rituum, negotiorum episcoporum et sacri Concilii tridentini interpretum sententiae. Instantibus RR. Guardiano et fratribus Minoribus strictioris observantiae Sancti Francisci venerabilis conventus dicti loco principalibus sive etc.

127.

Roma, 1661 settembre 16.

Come sopra. Sigillo aderente.

Palutius Palutius Albertonius protonotarius apostolicus utriusque Signaturae sanctissimi domini nostri Papae referendarius nec non Curiae causarum Cameræ apostolicae generalis auditor, sententiarum quoque et censorum tam in eadem romana Curia quam extra eam latarum ac litterarum apostolicarum quarumcumque universalis et merus exequutor ab eodem sanctissimo domino nostro specialiter deputatus. Universis et singulis hoc nostrum publicum instantiae decretum visuris lecturis pariter et audituris salutem in Domino imo verius apostolicis firmiter obedire mandatis.

Noveritis pro parte et ad instantiam venerabilis conventus s. Francisci de Pergine praesentis instantiae primum ex sanctissimi D. N. Papae cursoribus coram nobis pro infra diem fuerit citandum R. Angelum Tadinum procuratorem... D. Herculis Dossini principalis ad comparendum coram nobis ad videndum vocari super sententia et mandato procedere ad ulteriora quibus cuiuscumque ad obstandum quibus advenientibus comparente coram nobis dominus Ioannes Palumbo procuratore dicti conventus et pro primis is instantie. Nos denique visis videndis et consideratis considerandis de suspensoria revocandam duximus et ad ulteriora procedendum duximus et revocamus et procedendi mandamus et praesentes in quorum fidem etc.

Datum Romae ex aedibus nostris millesimo sexcentesimo sexagesimo primo inductione decima quarta die vero decima sexta mensis settembris pontifocatus sanctissimi in Christo Patris D. N. D. Alexandri divina providentia Papae septimi anno eius septimo.

Gaspar Tabarellius notarius

128.

Roma, 1661 dicembre 30.

Come sopra. Sigillo aderente.

Palutius Palutius Albertonius prothonotarius apostolicus utriusque signaturae sanctissimi domini Papae referendarius, necnon Curiae causarum camerae apostolicae generalis auditor, romanaeque Curiae iudex ordinarius, sententiarum quoque et caensurarum, tam in eadem romana Curia qiam extra eam latarum, ac literarum apostolicarum quarumcumque univesalis et merus exequitor ab eodem Sanctissimo domino N. Papa specialiter deputatus. Universis et singulis RR. DD. abbatiobus, prioribus, praepositis, decanis, archidiaconis, scolastici, cantoribus, custodibus, thesaurariis, sacristis, parochialiumque et collegiatarum ecclesiarum rectoribus seu locumtenantibus, earumque plebanis, vice plebanis, curatis, caeterisque presbiteris, nec non clericis, notariis, tabellionibus quibuscumque et eorum cuilibet, illique vel illis ad quem, seu ad quos praesentes nostrae literae pervenerint, seu quomodolibet praesentabuntur salutem in Domino et nostris huiusmodi, imo verius apostolicis firmiter obedire mandatis.

Noveritis ex parte et ad instantiam R. P. Guardiani nec non RR. Patrum Minorum strictioris observantiae sancti Francisci conventus terrae seu loci de Pergine feltrensis diocesis, omni meliori modo, nomine etc., omni meliori modo etc., principalium instantium decretum sacrae Congregationis Rituum de et super declaratione, quod officium super cadaveribus in ecclesiis Regularium spectet ad ipsos Regulares, ad supplicationem dictorum instantium emanatum sub die 27 novembris 1638 nobis praesentatum fuisse sub infrascripti tenore videlicet.

Sacra Rituum Congregatio iuxta alias resoluta respondit officium super cadaveribus in ecclesiis Regularium spectare et pertinere ad ipsos Regulares non autem ad curatos defunctorum et ita in posterum servari mandavit non obstante contraria consuetudine die 27 novembris 1638 C. episcopus portuensis cardinalis Pius, Iulius Cincius secretarius, loco + sigilli. Nec non pariter aliud decretum sacrae Congregationis eminentissimorum DD. cardinalium negotiis episcoporum praepositae, ad supplicationem pariter eorumqdem instantium emanati die 14 ianuarii 1639 de et super eo quod defunctorum cadavera sepellienda ab aedibus defunctorum ad eorumdem fratrum ecclesias recto tramite deferri licite possunt nobis praesentatum pariter fuisse sub infrascripto tenore videlicet.

Sacra Congragatio cardinalium negotiis episcoporum et Regularium praeposita censuit defunctorum cadavera in ecclesiis dictorum fratrum spellienda ab aedibus defunctorum ad eorumdem fratrum ecclesias recto tramite deferri licite posse, monito tamen prius et requisito ac expectato proprio defunctorum paroco a quo benedictionem et ultimum Vale recipere possint, quo venire expresse recusare possint iidem fratres etiam ipso invito dicta cadavera ad suas ecclesias transportare. Consanguinei vero talium defunctorum illis parentare in parochialibus eliis presbiterorum etiam cathedralibus ecclesiis compelli nullo modo possint, si quae vero immemorabilis consuetudo in contrarium super praemissis existere praetendatur, legitime probetur et interim praesens decretum ad unguem servetur prout eadem sacra Congragatio servari

mandavit. Romae die 14 ianuarii 1639, card. Antonius Barberinus. C. Fachenettus, loco + sigilli. Nec non aliud decretum eminentissimorum DD. cardinalium sacri concilii tridentini interpretum de et super declaratione quod quoties cadavera defunctorum et alia quae in huiusmodi ministerio adhiberi solent ab ipsismet fratribus peragi debeant ad instantiam eorumdem RR. fratrum pariter editum die 3 decembris 1639 nobis praesentatum fuisse sub infrascripto tenore videlicet.

Die 3 decembris 1639 sacra Congregatio eminentissimorum cardinalium Concilii tridentini interpretum, censuit quoties cadavera defunctorum ad ecclesias fratrum mendicantium deferuntur, officia mortuorum et reliqua quae in huiusmodi ministerio adhiberi solent, non a canonicis respective clero sed a fratribus obiri et peragi debere. J. B. Cardinalis Pamphilus Franciscus Paulutius sacrae Congregationis Concilii secretarius loco + sigilli. Nec non aliud decretum sacrae Congregationis Rituum sub die 14 ianuarii 1640 ad supplicationem dominorum RR. fratrum instantium emanatum sub eo quod electio et numerus religiosorum pro associandis cadaveribus ad libitum haeredum defunctorum spectet nobis praesentatum fuisse sub infrascripto tenore videlicet.

Sacra Rituum Congregatio iuxta alias resoluta respondit, electionem et numerum religiosorum pro associandis cadaveribus ad libitum haeredum defunctorum spectare et pertinere et ita utique servari debere declaravit die 14 ianuarii 1640. D. cardinalis Crescentius, Iulius Cincius secretarius, loco + sigilli,

Post quorum quidem praeinsertorum decretorum presentationem ea parte et ad instantiam dictorum RR. fratrum instantium, coram nobis infrascripta die comparitum et expositum extitisse quod licet ex forma preinsertorum decretorum officia super cadaveribus in ecclesiis ipsorum RR. fratrum celebranda ad ipsos RR. fratres spectent et pertineant, non autem ad curatos defunctorum, ac etiam pariter iidemmet RR. fratres instantes possint et debeant defunctorum cadavera in ipsorum ecclesiis sepellienda ab aedibus defunctorum ad eorumdem fratum ecclesias recto tramite deferre, servata ad hoc praeinserti secundi decreti forma ita etiam ex forma tertii decreti praeinserti, officia mortuorum et reliqua, quae in huiusmodi ministerio adhiberi solent, non a canonicis nec a clero sed a fratribus praedictis peragi debeant, ac etiam ex forma quarti praeinserti decreti electio et numerus religiosorum pro associandis cadaveribus ad libitum haeredum defunctorum spectet et pertineat, praeinsertaque decreta inviolabiliter observari, deboque exequutioni absque ulla contradictione in omnibus et per omnia ac iuxta eorum tenorem et formam debeant tamen ad eorum aures devenisse assertum extitit, quod admodum illustris et R. D. Hercules Dusinus et R. D. Ioannes Baptista Scaramella nonnullique alii in exequutione praesentium nominandos et cognominandos nescitur quo iure ducti, quave ratione suffulti tractarunt et sectant se velle praefatos RR. fratres instantes contra formam praeinsertorum decretorum ac in eorum contemptum, de et super praemissis in pactibus molestare et inquietare et forsan molestant, ideo ad nos uti exequutorem eorumdem decretorum recursum habuerunt, quatenus sibi de opportuno iuris remedio providere dignaremur.

Nos igitur Palutius Palutius Albertonius iudex et auditor antedictus attendens petitionem huiusmodi fore iustum rationique consonam, quodque iusta petenti non est denegandus assensus. Vobis omnibus et singulis supradictis, et vestrum cuilibet insolidum committimus et in virtute sanctae obedientiae mandamus, quatenus statim visis, seu receptis praesentibus, et postquam vigore praesentium fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus ex parte nostra, imo verius apostolica auctoritate moneatis et requiratis, prout nos praesentium tenore monemus et requirimus suprascriptos RR. DD. Herculem Dusinum et Ioannem Baptistam Scaramellam principales omnesque alios

et singulos in exequutione praesentium nominandos et cognominandos, tam coniunctim quam divisim et insolidum, quatenus infra sex dierum spatium, quorum duos pro primo, duos pro secundo et reliquos duos pro tertio ultimo et peremptorio termino monitione canonica assignamus, et vos assignetis eisdem sub mille ducatorum auri reverendae camerae apostolicae applicandorum, et pro illis mandati exequutivi et in iuris subsidium quatenus opus sit excommunicationis suspensionis a divinis, privationis beneficiorum, inhabilitatis ad illa et alia in posterum obtainenda, aliisque ecclesiasticis sententiis caensuris et paenis arbitrio nostro, si secus etc. debeant, et ipsorum quilibet debeat realiter et cu[m] effectu praemissis decretis in omnibus et per omnis obtemperasse eaque ad unguem observasse, attendisse et adimplevisse debitoque exequutioni demandasse, nec quidquam contra illorum formam seriem continentiam et dispositionem fecisse, nec fieri curasse, dictaque praemissa decreta fore et esse esequenda, debitoque exequutioni demandanda, ipsosque in iuris subsidium ecommunicandos et declarandos fore et esse ob non partitionem illorum, ac nisi illis paruerint declarari vidiisse, et super praemissi ius, et iustitiam fieri et ministrari, atque omne ius omneque remedium suprascriptis RR. fratribus instantibus utilius et expeditius deduci, beneficiumque iuris et nobile officium iudicis implorari et quascumque sententias, decreta seu mandata in praemissis quomodolibet necessaria, vel opportuna decerni et relaxari ac de omnibus damnis expensis et interesse praemissorum occasione quomodolibet passis et factis, ac in futurum patiendis et faciendis integre se condemnari, praemissaque et alia omnia desuper necessaria et opportuna sic et alias omni meliori modo etc. fieri et interponi vidiisse et audivisse, et praesentibus nostris monitorialibus litteris omnino paruisse.

Et insuper inhibeatis, praecipiatis et mandetis, prout nos tenore praesentium inhibemus et inhibendo expresse praecipimus et mandamus omnibus et singulis suprascriptis, necnon dominis iudicibus et commissariis, delegatis, subdelegatis, tam ordinariis quam extraordinariis, quacumque auctoritate fungentibus et functuris, aliisque in exequutione praesentium nominamus et cognominamus, ne visis seu receptis praesentibus, sub paenis caensuris antedictis audeant seu praesumant, nec ipsorum aliquis audeat seu praesumat, quidquam contra formam praesentorum decretorum, et in praiejudicium praefatorum RR. fratrum instantium attentare, seu innovare, nec attentari aut innovari facere quovis sub praetextu, quaesito colore, causa vel ingenio. Quod si secus factum fuerit, id totum revocari et in pristinum statum reduci curabimus, necnon ad predictarum paenarum et caensurarum incursos declaratione procedemus iustitia mediante.

Alioquin predictos sic monitos, quod si de praemissis se fore gravatos senserint, citetis et citari curetis prout nos citamus et citari mandamus eosdem per praesentes, quatenus trigesima die post praesentium exequutionem, dies ipsa iuridica fuerit alioquin die prima iuridica tunc proxima immediate sequente, compareant Romae in iudicio legitime coram nobis sive nostro in civilibus R. P. D. locumtenente in forma et per acta infrascriptae curiae nostrae notarii per sesemet ipsos vel per eorum legitimum procuratorem causam eorum gravaminibus alligaturi aliaque dicturi et facturi prout iustitia suadebit et ordo dictaverit rationis.

Certificantes eosdem sic monitos et citatos quod sic in dicto citationis termino non comparuerint, nos ad praemissa et alia iuris et facti remedia procedemus eorumdem citatorum contumacia vel absentia in aliquo nonobstante. Absolutionem vero omnium et singulorum praemissorum nobis vel superiori nostro tantum modo reservamus. In quodum fidem etc. Datum Romae ex aedibus nostris anno Domini millesimo

sexcentesimo sexagesimo primo a nativitate, indictione decimaquarta, die vero trigesima mensis decembris pontificatus autem sanctissimi in Christo Patris et D. N. D. Alexandri divina providentia Papae septimi anno eius sexto.

Muzius Guidottus curiae cancellarius

camerae apostolicae notarius.

A. Areostus

129.

Cavalese, 1662 aprile 23.

I Frati della Provincia di Trento avevano chiesto alla Magnifica comunità di Fiemme di poter costruire un convento a Cavalese. I popoli della valle acconsentirono con votazione plebiscitaria avvenuta il 12 marzo 1662. Il barone Giovanni Giorgio Firmian signore di Mezzocorona aveva messo a disposizione una casa con annesso terreno per il futuro convento. Sono elencate 5 condizioni cui debbono attenersi i Frati se volgiono venire a Cavalese.

Nel nome d'Iddio. Correndo l'anno doppo la sua natività mille seicento sessanta due, indizione quinta decima, in giorno di domenica, li vinti trè del mese d'aprille, in Cavalese della valle di Fiemme, diocese e vescovato di Trento, nella sala del molto nobile et spettabile signor Giovanni Battista Bonelli Vicario generale della valle di Fiemme. Alla continua presentia delli molt'illustri signori Giovanni Donato Zanetti capitano militare di Longo l'Adice e Fiemme et Sebaldo Lieb supremo delle selve et daciale in Cavalese per Sua Altezza Serenissima, ambi testimoni chiamati, havuti e specialmente alle cose infrascritte chiamati.

Havendo li molto reverendi Padri Reformati della Provincia di s. Vigilio di Trento con suo memoriale presentato in pubblico commune fatto ricorso et ricercato alla magnifica Comunità di Fiemme il consenso di poter fabricar un'Hospitio o sii un conventino nella medema valle, fu a quello a pieni voti di questi popoli acconsentito come dalli votti di comunità in comunità, dati sotto li dodeci del mese di marzo decorso livi visti e letti appare e nel solito libro della magnifica Comunità descritti a perpetua memoria et essa magnifica Comunità ha sempre consentito a questo per non ritrovarsi quella in alcun conto obligata né legata d'alcun obligatione ad altre persone Regolari, Nè in particolare né in generale e per esser questa valle distante l'altri conventi de Religiosi, dal più vicino di dieci milia circa anco per havere quanto s'intende con ogni clemenza e generosità concorso l'illustrissimo e generosissimo signor Giovanni Giorgio baron di Firmian, signore di Meza Corona e Mechel e capitano di questa valle, col donare a detti reverendi Padri il suo Palazzo, con altre comodità per fabricar detto Hospitio o conventino, et giardino et anco perché questi popoli hanno conosciuto il benefitio grande che receverano per l'esercicji spirituali e comodità di Confessioni e predicationi per l'ampiezza e moltitudine di questa valle con li capi e conditioni di sotto qui apposti e tra li detti molto reverendi Padri e magnifica Comunità stipulati e vallati.

Onde personalmente constituiti il molto magnifico messer Giovanni Battista Giovannelli Scario della predetta magnifica Comunità insieme con l'honorandi Regolani di comune e Regola, come il magnifico messer Giorgio Sartorello e messer Giovanni Partel in nome di messer Antonio Iacomatio ambi Regolani di comune per il Quartiero et Università di Theser, messer Nicolò Gaidener di Cavalese e messer Giovanni de Francesco di Varena Regolani di comune per il Quatiero et Università di Cavalese e

Varena. Il nobile signor Antonio Zeni du Castello, messer Giovanni del Chelodio di Carano e messer Giovanni Battista Bonello per nome di Giacomo Chech di Trodena Regolani di comune pe4r il Quatiero et Università di Castello, Trodena e Carano, messer Giovanni Battista Antoniazzo di Daian Regolano di comune per il Quatiero et Università di Moena, Predazzo e Daian.

Seguitarono li Regolani di Regola in Regola overo de comune: Moena, Vigilio filio de Giovanni Poschiavin primo nomine. Predazzo, messer Giacomo dello Zanna. Thesero, messer Antonio Bolcan, messer Pietro de Thomasi, il spettabile signor Gabriel Zeni in nome di messer Andrea Gilmotio. Cavalese, messer Leonardo Bonello, messer Nicolò Antoniatio, il nobile signor Aloise Baldiron in nome di messer Gregorio Gardenerio messer Giorgio Vanzo, messer Antonio Ceolo e messer Francesco de Lazeri. Varena, messer Antonio Braito e messer Gregorio de Francesco in nome di messer Simon Monsorno. Castello, messer Giovan Cavada e messer Coradin de Coradin. Carano, messer Antonio Monsorno. Trodena, messer Thomas Pateff. Daiano, messer Filippo Braito, messer Giovanni de Christoforo e messer Giovanni Braito.

Facendo per loro et a nome di tutta la prenominata magnifica Comunità e successori in esecuzione delli precitati voti laudati, ha dato e concesso per virtù del praesente instrumento autha facoltà e licenza in quanto s'estende et appartiene alla prenomianta magnifica Comunità al molto reverendo Padre Lettore Marcellino della Giudicaria, custode e come procuratore e delegato dal reverendissimo Padre Francesco Massenza d'Arco Ministro provinciale di santo Vigilio dell molto reverendi Padri prenominati Reformati come dall'autorità appare scritta sotto li 17 del presente mese d'aprille e corroborata col sigillo maggiore della detta Provincia e sottoscrittione deli RR. PP. diffinitori Pietro da Trento, Andrea d'Arco, Agostino Nones et Marcellino prenominato, livi vista e letta presente et anome della medema Provincia la suddetta licenza et autorità stipulante et accettante per se et successori loro, di poter ad oogni loro beneplacito venir in Fiemme, piantar lòa Croce e fabricar detto Hospitio o conventino o Chiesa con le solite necessarie cose ad ogni Chiesa et Hospitio, con promessione solennemente fatta per il suddetto domino Scario a nome della prefatta magnifica Comunità, di lasciar questuare li suddetti RR. PP. per tutta questa valle le carità a loro necessarie e bisognevoli per sustentatione propria per detto Hospitio conventino e Chiesa, senza però obligatione a chi si sia di far carità alcuna obligatoria, ma solamente quanto prenderà dalla liberalità di questi popoli e così ambe le parti si sono convenute et obbligate nel modo e forma suddetta et hanno promesso osservare et mantener quanto si contiene nel presente instrumento, tanto di sopra quanto si sotto.

Primo. Che la fabrica da farsi per li detti RR. PP. sii fatta sotto semplice titolo d'Hospitio o conventino e che non possino per ordinario coabitare qua in Fiemme più di sei Padri, quattro Religiosi sacerdoti e due laici e che siin'almeno tre confessori e due predicatori e che non possino senza speciale licenza e consenso della prenominata magnifica Comunità eccedere per ordinario il detto numero, quale potrà anco esser acresciuto, s'apparesse coll'esperienza et col successivo e che l'elemosina fosse sufficiente et abondante, però sempre con im consenso suddetto della detta magnifica Comunità.

2°. Che siino obligati li suddetti RR. PP. procurare con ogni loro possibile d'haver sempre loro il pulpito della parochaile tant'il tempo quadragesimale quanto l'Advento a predicare anco le feste principali, mentre sono ricercati.

3°. Che la prefatta magnifica Comunità né in publico né in particolare sii obligata di concorrere in alcun conto alla fabrica dell'Hospitio o conventino, né meno della

Chiesa o altre cose dipendenti et emergenti da quelle, se non quanto dipenderà dalla liberalità di chi si sia.

4° Che tutte le capitulationi suddette debbano dalli suddetti RR. PP. Reformati esser inviolabilmente osservate nonostante anco ch'essi possedesseron qualche privilegio o Bola pontificia o altri decreti in contrario, alli quali in stato particolare hanno hanno del tutto e per tutto renonciato in maniera tale che di quelli non possino servire né al presente né al tratto successivo perpetuamente, tanto se non havesseron anzi in quanto al presente instrumento s'habbino sempre per nulli e nissun valore etc. Et per maggior corroboratione delle cose premesse esso R. Padre Marcellino si sottoscriverà videlicet: Io fra Marvellino di Giudicaria custode et delegato del molto R. Padre Monistro di s. Vigilio procuratore nomine confermo et approvo quanto di sopra.

Et io Gian Antonio filius quondam spettabile signor Bartholomeo Braito notario pubblico di Fiemme et della Magnifica Comunità d'essa valle cancelliere, alle cose suddette son stato presente, di quelle rogato fidelmente scrissi et publicai, ma però le suddette cose dal mio original ho fatto descriver, in fede del che ho posto il mio solito segno et authentice sottoscritto.

130.

Trento, 1664 maggio 30.

Il conte Liduino Piccolomini Preposito della cattedrale di Trento, dopo aver viste e lette davanti ai canonici radunati capitolaramente le lettere apostoliche relative, fu posto in possesso della dignità di arcidiacono della cattedrale di Trento il canonico Giuseppe Vittorio Alberti, al posto del conte Sigismondo Alfonso Thunn eletto vescovo di Bressanone.

In nomine Domini nostri Iesu Christi amen.

Pateat universis et singulis praesens hoc publicum instrumentum visuris et lecturis qualiter anno ab eiusdem Domini Nostri nativitate millesimo sexcentesimo sexagesimo quarto, inductione secunda pontificatus sanctissimi domini nostri domini Alexandri PP. VII anno eius X°, die autem veneris trigesima mensis maij in civitate Tridenti et in sacrario ecclesiae cathedralis s. Vigilii, loco solito capitularis congregationis, praesentibus ibidem nobilibus admodum reverendis et excellentissimis respective D.D. Ioanne Leonardello ab Erla cancellario capitulari, Ioanne Thoma Gramola ambobus Beneficiatis capellaniis in eadem ecclesia et Ioanne Benedicto Gentiloto cive et doctore collegiato Tridenti testibus ad infrascripta omnia vocatis et rogatis.

Personaliter constitu(tu)s coram illustrissimis et nobilibus et reverendissimis D.D. Liduino comite Piccolomini Praeposito, et seniore canonico Bernardino Malanotti, Francisco de Albertis summo scholastico, Ioanne Baptista comite de Lodrono iuniore, Antonio Crucino, Iacobo Roboreto de Freibergh, Ioanne Michaele comite a Spauro et Valler, ac Francisco Bertholdo omnibus canoniciis praebendatis supradictae cathedralis ecclesiae ibidem ad sonum campanae ter de more pulsatae capitulariter congregatis, nullisque aliis pro mu(ne)re existentibus, qui huic actui commode interesse potuerint, aut possint, sed ipsis totum et integrum Capitulum facientibus et repraesentantibus, perillustris et reverendissimus D. Iosephus Victorius de Albertis eiusdem ecclesiae cathedralis canonicus etiam praebendatus et in spiritualibus vicarius generalis capitularis Tridenti et tenens in manibus litteras patentes eiusdem sanctissimi D. N. D. Alexandri PP. septimi; unam videlicet gratiosam cum filis sericeis rubei, croceique colorum, aliam vero executoriam cum cordulis canapis, bullis plumbeis ipsius D. N. PP.

pendentibus munitas datas Romae apud s. Mariam Maiores tertio kalendas maii praesentis anni, sanas, integras et illaesas omni labore et suspitione carentes continent collationem Archidiaconatus vacantis in dicta ecclesia per promotionem alias per eumdem sanctissimum D. N. Papam de persona excellentissimi et reverendissimi domini Sigismundi Alphonsi de comitibus de Thun episcopi ad ecclesiam Brixinensem certo tunc expresso modo pastoris solatio destitutam factam, ac munera huiusmodi consecrationem eidem excellentissimo et reverendissimo D. Sigismundo Alphonso impensi et susceptionem, necnon litteras patentes, processus et executionis litterarum earumdem apostolicarum factorum ab illustrissimo et reverendissimo D. comite Liduino Piccolomini Praeposito et antiquiore canonico praedicto tamquam iudice et executore ad id specialiter deputato, easdem litteras collationis et provisionis, earumdemque processus et executionis presentavit praefatis illustrissimis perillustribus et reverendissimis D.D. canonicis et Capitulo petendo pro earum debita executione se recepi in archidiaconum dictae ecclesiae, ac sibi corporalem realem, et actualem possessionem ipsius archidiaconatus, ac annexorum, iuriumque, et pertinentiarum suorum tradi, sibique de redditibus fructibus, et obventionibus universis eiusdem integre responderi effici, offerens se paratum, solitum praestare iuramentum, et alia servare ad quae de iure, vel consuetudine ipsius ecclesiae et reverendissimi Capituli tenetur etc. f. II.

Qui illustrissimi et reverendissimi DD. canonici de Capitulo, receptis ac visis et consideratis litteris apostolicis, necnon processus et executionis praedictis, habitaque superinde inter eos consideratione et matura deliberatione pro debita earumdem et cointentorum in eis executione praefatum perillustrem et reverendum D. Iosephum Victorium de Albertis canonicum et sede episcopali vacante tridentina Vicarium in spiritualibus capitularem sic potentem in archidiaconum ipsius ecclesiae tridentinae exceptarunt in Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen, requirentes ab eo solitum iuramentum in forma de servandis ordinibus statutis et laudabilibus consuetudinibus iam dictae ecclesiae et iuribus ipsius archidiaconatus in conservandis et manutenendis, necnon professionem fidei catholicae in debita et requisita illius forma. Qui perillustris et reverendissimus D. Iosephus Victorius de Albertis archidiaconus sic requisitus genuflexus coram dicto illustrissimo et reverendissimo domino comite Liduino Piccolomini antiquiore canonico et Praeposito nomine totius reverendissimi Capituli exigente, manibus tactis Scripturis evangelicis iuravit et fecit professionem catholicae fidei, non iuravit ad Sancta Dei Evangelia ordines, statuta et laudabiles consuetudines saepedictae ecclesiae tridentinae et eius reverendissimi Capituli observare, iura dicti sui archidiaconatus manutenere et omnia alia servare et facere quae de iure tenetur et debet et quae ipsius archidiaconatus dignitas et officium exigit et requirit. Quo facto antelatus illustrissimus et reverendissimus dominus come Liduinus Piccolomini canonicus antiquior et Praepositus nomine totius reverendissimi Capituli commisit illustrissimo et reverendissimo domino canonico Ioanni Baptista comiti de Lodron iuniori, ut in virtute sanctae obedientiae memoratum perillustrem et reverendissimum dominum Iosephum Victorium de Albertis archidiaconum in corporalem realem et actualem possessionem dicti archidiaconatus ac annexorum iuriumque et pertinentiarum suorum ponat, et inducat, inductumque tueatur et defendat, amodo exinde quolibet illicito detentore faciatque illi de omnibus fructibus, redditibus et obventionibus universis eiusdem archidiaconatus responderi. Qui illustrissimus et reverendissimus dominus canonicus comes de Lodorno tamquam filius obedientiae praefatum perillustrem et reverendissimum dominum Iosephum Victorium de Albertis praesentem et acceptantem

in tenutam corporalem realem, et actualem possessionem praedicti archidiaconatus ac annexorum iuriumque et pertinentiarum suorum posuit et induxit, amodo exinde quolibet illicito detentore faciendo ille de omnibus fructibus, redditibus, et proventibus eius integre responderi, cornua et medium altaris maioris in dicta ecclesia amplexando, osculando et cruces faciendo librum aperiendo et claudendo, in stallo chori ad partem septemtrionalem archidiaconi pro tempore existentis proprio et consuetro sedere faciendo, funem campanae in illius manibus dando eamque sonando, in signum vere et realis actualisque possessionis traditae et adeptae et deinde ad Capitulum reversis adhuc praefatis illustrissimis perillustribus et reverendissimis DD. canonicis de Capitulo sedentibus et capitulantibus, dictisque solemnitatibus et ceremoniis in similibus observari solitis sic peractis, antelatus perillustris et reverendissimus D. archidiaconus Iosephus Victorius de Albertis protestatus fuit, se huiusmodi possessionem archidiaconatus non solum corpore, sed et animo tenere et possidere, ac tenere et possidere velle omnique alio meliori modo etc. Rogans me cancellarium infrascriptum ut de praemissis omnibus et singulis publicum conficiam documentum prout et praefati illustrissimi perillustres et reverendissimi DD. canonici de Capitulo fieri mandarunt ad perpetuam rei memoriam et ita omni meliori modo etc II exbursando effectualiter iuxta solitum fabricae ecclesiae cathedralis ducatos ungharos aureos vigintiquinque in specie etc.

S.N. Ego P. Udalricus Thomasis ecclesiae cathedralis Tridenti Beneficiatus capellanus publica utraque tam apostolica quam imperiali auctoritate notarius necnon illustrissimi et reverendissimi Capituli tridentini cancellarius quia praemissis omnibus et singulis dum sic ut praemittitur fierent et agerentur praesens fui et de eis rogatus extiti, scripsi et publicavi et hoc inde confeci documentum, ideo in fidem et testimonium me hic propria manu subscripsi et signum meum solitum tabellionatus apposui, facta tamen prius cum meo originali prothocollo perlectione, ex qua apparuit in omnibus et singulis concordare. Ad laudem Dei Deiparae, Sanctique Vigilii etc.

131.

Trento, 1670 maggio 11.

Giovanni fu Nicolò Filippi da Albiano costituisce un affitto redimibile di staia 8 e un terzo di frumento, con Giovanni Zermaio da Trento, assicurato su un fondo ad Albiano nel luogo detto Caneveta, per il capitale di ragnesi 50.

In Christi nomine amen. Anno a partu Virginis millesimo sexcentesimo setptuagesimo, indictione octava, die vero dominico undecima mensis maii, in civitate Tridenti, in contrata sancti Benedicti, in studio perillustris et excellentissimi domini Antonii Bevilaquae civis collegiatique Tridenti. Praesentibus ibidem Paulo Benolo filio meo, et Petro Gramola scriba mei notarii testibus vocatis et rogatis etc.

Ibique personaliter constitutus Ioannes filius quondam Nicolai de Philippis de Albiano districtus Tridenti per se et suos haeredes, iure proprio et in perpetuum, salvo tamen pacto infrascripto, dedit, vendidit et tradidit magnifico domino Ioanni Zermaio habitatori Tridenti, praesenti pro se suisque haeredibus stipulanti, ementi et recipienti unum afflictum franchitabilem tamen stariorum octo cum uno tertio frumenti ad comunem mensuram et taxam Tridenti, simul cum sua prorietate et directo dominio, unde solvitur et solvi debet, solvendumque per dictum venditorem et eius haeredes. Quem afflictum dictus vendor per se et suos haeredes posuit, constituit, fundavit et assicuravit in et super una eius petia terrae arativa et vineatae, quantitatis stariorum

duorum seminis circiter, posita in pertinentiis Albiani, loco dicto alla Caneveta, cui a mane cohaeret Petrus frater dicti venditoris, a meridie Hieronymus de Philippis, a sero via communis, a septentrione Petrus filius quondam Iosephi de Philippis et forsan etc., sive super tanta quantitate quae bene valeat pretium et capitale infrascriptum cum tertio de pluri iuxta Constitutiones excelsae Superioritatis Tridenti, secundum quas dicti contrahentes intendunt facere praesentem contractum et non aliter, alias nec alio modo. Ad habendum etc. et quidquid etc., cum omnibus et singulis etc. Et hoc nominatim pretio Rhenensium quinquaginta de tronis quatuor cum dimidio pro singulo, quos dictus emptor ibidem effectualiter ad praesentiam testium suprascriptorum meique notarii infrascripti dedit, solvit et numeravit dicto venditori praesenti, illos ad se trahenti et imbursanti in tot moneta aurea et argentea bona, usuali ac expendibili, quibus rhenensibus indigere asseruit pro solvendo interesse decurso capitalis rhenensium centum nec non expensas iudiciales secutas in causa dicti domini emptoris, Piseta, Cognola et de Philippis et prout latius ex processu rogato a me notario infrascripto ad quem etc. Afferens et affirmans dictus venditor dictam petiam terrae esse suam propriam, neminique obligatam, habilemque et sufficientem ad solcendum dictum afflictum cum tertio de pluri iuxta praecitatas constitutiones. promittensque per se et suos haeredes eandem meliorare et non deteriorare, se de bono in melius eam promovere et de ea ac pro ea omni anno in festo sancti Michaleis ait infra eius octavam dare, solvere, conducere et praesentare ad domum habitationis dicti domini emptoris et eius haeredes dicta staria octo cum uno tertio frumenti boni, siccii, nitidi, beneque cribellati sub pactis, poenis et consitionibus de quibus in praecitatis constitutionibus ad quas etc. Constituens etc. Promittensque per se et suos haeredes dictum afflictum minutene exigibilem, et bene fundatum deque illius proprietatis evictione et legitima defensione secundum formam iuris et Statutorum Tridenti. Obligans pro praemissorum omnium observatione omnia bona sua praesentia et futura, omni etc. Cum pacto tam en dicto venditori et eius haeredibus reservato de se quandocumque franchitandi a solutione praemissi afflictus, resstituendo pretium antedictum una cum incursis si qui etc., et mercedibus prasentis instrumenti si eas etc. Quibus omnibus et singulis continuo praesens fuit Petrus filius quondam Nicolai de Philippis frater dicti venditoris, qui sciens ad praemissa minime teneri, volens tamen precibus dicti venditoris efficaciter se obligare, constituit se fideiussorem principalem principaliter et in solidum etc. Promittens quod dictus venditor attendet et observabit omnia per eum supra promissa, alioquin ipse de suo proprio attendere et observare, obligans omnia bona sua praesentia et futura. Et pro pignore conventionali et speciali hypotheca ultra generalem obligationem ita tamen ut specialitas generalitati non deroget nec e contra dictus fideiussor sopposuit unam eius petiam terrae arativam cum pede nucis intus cum paucō prato annexo quantitatis unius starii seminis circa, positam in pertinentiis Albiani loco dicto alla Vazanella, cui a mane cohaeret dictus venditor, a meridie Philippus filius quondam Iosephi de Philippis, a sero idem Philippus, a septentrione Dominicus de Bernardis de Lasesio et forte etc. Super qua petia terrae dictus emptor sibi reservavit ius in re et ad rem cum clausula Constituti in forma, renuntians etiam dictus fideiussor beneficio novae et veteri Constitutioni, Epistolae Divi Adriani auth. Cod. de Fideius. Quem tamen fideiussorem dictus venditor per se et haeredes indemnem conservare promisit sub obligatione omnium bonorum suorum praesentium et futurorum et ita omni meliori modo etc.

S. N. Ego Thomas Benolus notarius collegiatus ac civis Tridenti praemissis omnibus interfui eaque rogatus publicavi et hoc inde confeci documentum aliena manu

descriptum ex meo originali prothocollo cum quo facta perlectione in omnibus concordari inveni. Ideo etc,

132.

Campo Lomaso, 1671 luglio 2.

Sigismondo Alfonso Thunn vescovo di Trento consacra l'altare maggiore della chiesa dedicandolo ai santi Quirico e Iulita. Documento compilato su formulario prestampato su pergamena. La parte manoscritta è resa in corsivo. Sigillo pendente in cera, in scatola metallica.

Sigismundus Alphonsus Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus princepsque Tridenti et Brixinae, comes a Thunno etc

Universis praesentes visuris, salutem in Domino: Notum facimus, quod nos die et loco infrascriptis, in pontificalibus existentes consecravimus altare ss. *Quirici et Iulitae*, in ecclesia P. P. *Reformatorum Minorum Observantium* s. *Francisci Campi, plebis Lomassi*, sub eorum titulo ad gloriam omnipotentis Dei et memoriam *dictorum ss. Quirici et Iulitae*. et in eo inclusimus reliquias ss. *martyrum Magni, Felicis, Adiuti, Adaucti, Lucii et Clari*.

Ac singulis Christifidelibus hodie unum annum et in die anniversario consecrationis huismodi ipsum nec non ecclesiam praefatam, cuius consecrationis diem (cum nulla illius extet memoria) pro prima dominica iulii instituimus, visitantibus quadraginta dies vera indulgentia in forma ecclesiae consueta concessimus. In quorum fidem has fieri iussimus, et sigillo nostro muniri mandavimus. *In quorum etc.*

Datum ex ecclesia *praedicta ss. Quirici et Iulitae Campi plebis Lomassi tridentinae dioecesis, die secunda iulii 1671.*

Sigismundus Alphonsus

*Ad mandatum celsissimi et reverendissimi domini
domini episcopi et principis praedicti proprium.
Dominus Ioannes Dominicus Begnudellius
notarius et visitationis cancellarius.*

133.

Lasino, 1673 novembre 17.

Giovanni Domenico fu Nicolò Dorigati da Brusino di Cavedine, agente a nome del fratello Simone, vende ad Aldrighetto Berlanda da Brusino un terreno arativo posto nella regola di Vigo e Brusino, nel luogo detto la Braida, della superficie di uno staio e 37 pertiche di semente, al prezzo di 34 ragnesi, secondo la stima di Giovanni Antonio Rigotti da Vigo e Sperandio Caden da Brusino.

In Christi nomine. Anno post Virginem millesimo sexcentesimo septuagesimo tertio, inductione undecima, die vero veneris decima septima mensis novembris, in villa Lasini districtus Tridenti, et stuba domus mei infrascripti notarii, praesentibus ibidem Ioanne della Pè de Stravino atque Antonio Manara Brosini testibus etc.

Ibique personaliter constitutus Ioannes Dominicus filius quandam Nicolai Dorigati de Brosino Cavedini nomine domini Simonis Dorigati eius fratri pro quo promisit de rato in propriis etc., sub solitis renuntiis etc., certioratus etc., per se et eius haeredes iure proprio et imperpetuum ac pro libero etc., dedit, vendidit ac tradidit domino Andrigeto eius fratri Berlandae eiusdem loci ibidem praesenti ac pro se et haeredibus suis ementi

et recipienti aliquam petiam terrae arativam positam in pertinentiis Cavedini Regulae Vici et Brosini, loco dicto alla Braida, quantitatis unius starii ac perticularum triginta septem seminis circa cui a mane cohaerent iura castri Madruzzii sive sint domini comites a castro Barci, a meridie Laurentius Rigottus iure alveum aquae, a sero via consortalis sive ipse emptor, a septentrione reverendae moniales Sanctissimae Trinitatis Tridenti et forte etc. Ad habendum etc. et quidquid etc., cum omnibus etc., et hoc fecit pretio rhenensium triginta quattuor, tronorum trium ac crucigerorum sex, iuxta aestimationem factam ab Ioanne Antonio Rigoto de Vicho et Sperandeo Caden de Brosino hominibus a estimotoribus utrinque electis prout ex aestimatione ibidem visa et lecta; quod pretium dictus Ioannes Dominicus venditor nomine etiam fraterno per se etc., confessus fuit habuisse et recepisse in prompta ac parata pecunia a suprascripto emptore praesente et hanc confessionem pro se etc. acceptante et stipulante etc. Constituens etc., dans etc., renuncians etc. Promittensque per se et haeredes de evictione et legitima defensione dictae petiae terrae ut supra venditae secundum iuris formam etc., ac de rato etc., poena etc. ac refectionis etc., sub obligatione omnium bonorum tam propriorum quam fraternorum praesentium et futurorum generis cuiuscumque cum clausula constituti in forma etc. omni etc,

S. N. Ego Simon Bosetus notarius collegiatus Tridenti praemissis interfui eaque publicavi et ideo etc.

Ad laudem Dei semper.

134.

Roma, 1675 maggio 3.

Il Ministro Generale dei Frati Minori erige la Confraternita dei cordigeri a Campo Lomaso. In calce l'approvazione della Curia di Trento avvenuta il 16 novembre 1675. Sigillo aderente.

Franciscus Maria de Bononia totius Ordinis Fratrum Minorum seraphici Patris nostri sancti Francisci Minister Generalis et servus.

Verus Salomon ecclesiae sponsus Christus Dominus, in nuptiali crucis thalamo, quiescens, voluit ex sui vulnerati lateris Paradiso, fluenta illa gratiarum effundere, quae divini sui consilii inscrutabili altitudine, in thesauris sponsae adhuc in hoc saeculo peregrinantis, pro filiorum suorum solatio et salute conservarentur sub clavibus suis in hoc mundo, canonica successione Vicarii Clementis PP. X, qui sanctissims praedecessorum suorum recolenda memoriae Sixti quinti, Pauli quinti et Clementis octavi vestigiis insistens, pium nobis supplicationibus et tunc procuratoris generalis Ordinis munere fungentibus, apostolica benignitate auditum praebuit, dum ad preces nostras, hos ab alto illi concreditos thesauros aperiens, copiosum ex illis in omnes Ministros Generales nostri seraphici Ordinis perpetuis temporibus futuros, illam potestatem transfundere dignatus fuerit, qua in omnibus suae vastissimae Religionis conventibus, ubique locorum Confraternitate benedictae Chordae beatissimi P. N. Francisci erigere, illamque multiplicibus gratiis et indulgentiis ditare possint, ac valeant.

Nos igitur his apostolicis favoribus et privilegiis muniti ed ad apicem Generalatus totius ordinis evecti, fatemur nihil pastoralem nostram solicitudinem, instantius urgere, quam ut huius apostolicae concessionis privilegium ubique nostrae iurisdictionis publicetur, radicesque agat et quae exinde christianaee sanctitatis opera desiderantur, perfectius et per amplius incitentur. Quapropter cum nobis significatum fuerit Confraternitatem huiusmodi et sodalitum Benedictae Chordae seraphici P. Francisci a

fideli et devoto populo oppidi vallis Iudicariae ut in conventu nostro sanctorum martirum Quirici et Iulitae erigatur summopere desiderari. Ideo auctoritate apostolica praefati sanctissimi domini nostri Clementis Papae X die 13 iulii 1673 non felicis recordationis Sixti V, Pauli V et Clementis VIII praedecessorum suorum, Nobis in hac parte concessa, desideratam a dicto pio populo Confraternitatem Cordae beatissimi P. N. Francisci cum consensu Ordinarii pro omnibus utriusque sexus Christifidelibus in praefato conventu sanctorum martirum Quirici et Iulitae Provinciae nostra sancti Vigilii strictioris Observantiae et oppido vallis Iudicariae canonice erigimus et constituimus et sic erectam et constitutam tenore praesentium declaramus. Ut autem hoc opus Deus perficiat et desideratus a nobis animarum fructus inde magis in dies proveniat, auctoritate apostolica praefatorum sanctissimorum Pontificum nobis impertita concedimus omnibus utriusque sexus fidelibus, qui in memoriam eiusdem sancti P. Francisci Chordam benedictam ab eiusdem Ordinis superioribus suscipientes praedictam Confraternitatem de coetero ingredientur, die primo eorum ingressus, si vere paenitentes et confessi sanctissimae Eucharistiae sacramentum sumpsissent plenariam ac tam ipsis pro tempore describendis, quam iam descriptis in dicta Confraternitate confratribus et consororibus, etiam vere poenitentibus et confessis, ac sacra Communione refectis, qui praedictae Confraternitatis ecclesiam, seu oratorium in festo principali eiusdem Confraternitatis, a primis vesperis usque occasum solis eiusdem festi, singulis annis devote visitassent, ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac sanctae Matris Ecclesiae exaltatione, pias ad Deum preces effundissent, etiam plenariam in mortis quoque articulo eisdem confratribus et consororibus, qui vere paenitentes et confessi ac sacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequirent, saltem vere ponentes, nomen Jesu ore si possent, sin minus corde devote invocarent plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus, necnon ipsis confratribus et consororibus qui praedictae Confraternitatis processioni singulis mensibus fieri solite, interfuerint, tres annos et totidem quadragenas; qui vero officia Beatae Mariae Virginis ab eiusdem Confraternitatis confratribus pro tempore celebrando et recitando, aut cuiusvis alteri officio pariter interfuerint, centum dies. Insuper eisdem qui sanctissimum Sacramentum, quando ad infirmos defferetur, comitati fuissent quinque annos et totidem quadragenas. Qui vero pariter poenitentes et confessi ac sacra Comunione refecti aliquam ex ecclesiis dicti Ordinis Fratrum Minorum de Observantia in festivitatibus S. P. N: Francisci, ac sancti Antonii de Padua, sancti Bonaventurae, sancti Ludovici episcopi, sancti Bernardini, sancti Petri de Alcantara, sancti Didaci, sancti Ludovici regis, sanctae Clarae, sanctae Elisabetae reginae Portugalliae, sanctae Elisabeth Turingiae principissae a primis vesperis usque ad occasum solis festivitatum huiusmodi singulis annis visitassent et oravissent ut praefertur quo die festivitatum huiusmodi id egissent, septem annos et totidem quadragenas; quoties vero corpora defunctorum tam confratrum quam aliorum ad sepulturam commitati fuissent, aut alicui pauperi personae in eius necessitatibus subvenissent, aut pacem inter inimicos composuissent, toties pro quolibet praedictorum operum centum dies de iniunctis eis seu alias quomodolibet debitibus poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus; eisdem insuper confratribus et consororibus ut supradictas indulgentias et gratias spirituales consequi et illas animabus defunctorum per modum suffragii applicare possint concedimus et indulgemus. In quorum omnium testimonium, firmitatem, et robur has praesentes litteras a nobis apostolicae Sedis gratia editas, manu propria maiorique officii nostri sigillo munitas dari iussimus Romae in

conventu nostro Araeaeli, die tertia mensis maii anni 1675.

Frater Franciscus Maria de Bononia
Minister Generalis

De mandato suae reverendissimae Paternitatis
F. Marcus Brunus secretarius generalis Ordinis etc.

Visum, recognitum et approbatur Hac die 16 novembris 1675

Ioannes Michael Dusinus
Vicarius Generalis

135.

Treno, 1681 novembre 21.

Il conte Palatino Ferdinando Mattioli crea notaio Giovanni Antonio Rosi da Borgo Valsugana nel convento dei Frati francescani di s. Bernardino.

In Christi nomine amen. Anno a partu Virginis millesimo sexentesimo octuagesimo primo, inductione quarta, die vero veneris vigesimo primo mensis novembris, in refectorio venerabilis conventus sancti Bernardini admodum reverendorum P. P. Reformatorum Tridenti, praesentibus admodum reverendis P. P. Seraphino de Rallo et Michaele de Roboreto cum auctoritate admodum reverendi Patris Ludovici de Pergine (Guardiani) necnon magnifico domino Francisco Grego civi dictae urbis testibus vocatis et rogatis etc.

Coram illustrissimo domino Ferdinando Mattiolo patritio Tridenti tamquam comite Palatino apostolico et caesareo sub solio sedente loco idoneo pro tribunali electo et pronuntiato, comparuit nobilis dominus Ioannes Antonius (filius q.) Georgii Rosii de Burgo Ausugii qui cupiens promoveri ad artem et officium notariatus debita cum instantia humiliter petiit eumdem illustrissimum dominum comitem Palatinum ut se ad dictum tabellionatus officium promovere non dedignetur, offerens subire subeunda. Qui praelibatus illustrissimus dominus comes audita simili petitione eiusdem domini Ioannis Antonii, cognito eum de legitimo matrimonio natum, liberum hominem esse et ad sacros Ordines non processisse, habilem et idoneum ad huiusmodi exercendum officium sponte et ex certa scientia omniq[ue] alio meliori modo etc., apostolica et imperiali auctoritatibus quibus in hac parte fungitur, ut in eius privilegiis intervenientibus quibuscumque solemnitatibus de iure vel consuetudine oportunis suoque iuramento sub forma infrascripta praestito eumdem dominum Antonium in genua devolutum ibidem publicum et authenticum notarium et tabellionem ac iudicem ordinarium fecit, constituit, creavit et solemniter ordinavit, ipsumque de arte et officio notariatus per calatum et atramentum quod eius tenebat manibus solemniter investivit. Dans et concedens praefatus illustrissimus comes Palatinus dicto domino Ioanne Antonio praesenti et acceptanti plenam et amplam auctoritatem et licentiam exercendi artem et officium notariatus per omnes terras, oppida, castra, villas et alia loca Sacro Romano Imperio subiecta et ubique locorum et terrarum scribendi et publicandi quoscumque contractus, instrumenta, testamenta et quaslibet ultimas voluntates, ac quaecumque iuditiorum acta prout coeteri quicumque legales notarii publice scribere et (gerere) possunt, aliaque omnia exercendi quae ad dictum officium pertinere dignoscuntur. Committendo ut per totum Sacrum Romanum Imperium plena fides eius scripturis habeantur tamquam scriptis a legitimo notario, sub poenis de quibus in praecitatis eius privilegiis. Qui egregius dominus Ioannes Antonius ibidem flexis genibus coram eodem illustrissimo comite Palatino constitutus, tactis manu dextera Scripturis Evangelicis in

manibus suae illustrissimae Dominationis iuravit se fidelem futurum sanctissimo domino nostro Papae Inocentio undecimo atque invictissimo et potentissimo imperatori nostro Leopoldo primo huius nominis dominis suis clementissimis et omnibus eorum successoribus romanis imperatoribus legitime intrantibus semper augustis, nec unquam ei consilio adiuturum ubi eorum periculum tractaretur, bonum et salutem promoturum imo et omnia damna quae Sacro Romano Imperio ingruere cognoverit, quam cito denuntiaturum et manifestaturum instrumenta et contractus quoscumque non scripturum in payro veteri vel abrasa, sed in membrana munda et nova, testamenta et codicillos et quascumque ultimas voluntates atque dicta testium fideliter conscripturum et occulte servaturum nullique pansurum donec publicata fuerint causas miserabilium personarum pontium, viduarum, pupilorum, hospitalium emendationum, stratarum seu viarum publicarum omni tempore promoturum officium suum diligenter exercitatum, non attendendo munera, odium vel amorem aut quaslibet alias passiones animi sic ipsum Deus adiuvet. Promisitque quod praedicto illustrissimo domino comiti Palatino eiusque successoribus erit fidelis et obediens neque ei in consilio interventurum quo vitam perdant vel aliquod damnum patientur. De quibus omnibus idem illustrissimus dominus comes Palatinus mandavit mihi subscripto notario idemque me rogavit dictus dominus Ioannes Antonius ut publicum conficerem documentum ad perpetuam rei memoriam etc. Et ita etc. Ad laudem Dei et Deiparae semper Virginis.

S. N. Ego Franciscus Capri publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius collegiatus Tridenti, civis et cancellarius criminalis, quia praemissis omnibus et singulis interfui, et ea rogatus scripsi et publicavi, meoque ex originali protocollo aliena manu desumpta perlegi et concordare inveni, ideo me hic subscripti et signum tabellionatus solitum apposui. Ad laudem Dei et Deiparae semper.

Ferdinandus Matthiolus comes Palatinus pontificius ac caesareus etc.

136.

Trento, 1682 febbraio 4.

Carlo Vicentini da Lavis, causa spese per poter diventare notaio, vende la metà dell'affitto che era di sua proprietà, per ragnesi 50 a Simone Benedetto Sardagna di Meanperg.

In nomine Domini. Anno eiusdem 1682, indictione quinta, die vero mercurii quarta mensis februarii, Tridenti in studio palatii Praetorii, praesentibus Dominico filio alterius Dominici Voltolini et Odorico Dorigono incolis Tridenti testibus rogatis etc.

Ibidem coram perillustri et clarissimo domino Antonio Michelorio il. urbinate et Tridenti Praetore sedente etc., comparuit Carolus filius quondam Vicentini incola Avisii una cum Antonio Pisono dicto Bonhora eiusdem curatore ut de tali cura constare assertum fuit instrumento rogato per quondam spectabilem dominum Paulum Castellum olim notarium Tridenti exponentes memoratum Carolum deliberasse addiscere artem notariam atque ad hunc finem et effectum Silvestro Gossel conventionalem celebrasse scripturam in qua pro honorario addiscendae artis sese obligavit erga magistrum pro summa rhenensium triginta. Ulterius dixit se summopere indigere indutiis atque habitu condecoranti pro se vestiendo et contraxisse debitum Rhenensium quindecim circiter pro cibariis sibi hinc inde subministratis. Cumque aliter nesciat quomodo contracto debito satisfacere sibique comparere necessaria, deliberavit ad minus damnum cedere et alienare medietatem capitalis Rhenensium centum qui sibi solvitur per Bartholomeum Parchelonum vigore instrumenti publici rogati per quondam

dominum Carolum Covi sub 9 novembris 1668. Verum cum ipse sit minor annis viginti quinque pro implemento statutariae dispositionis Tridenti, convocavit infrascriptos quatuor ipsius confidentes cum nullum in hac Praetura habeat attinentem tamquam probos viros et de proprio statu optime instructos maiores annis viginti quinque, scilicet Ioannem Baptisam Trabolt, instando ab eis et praecitato curatore summarias recepi informationes an praenarrata vera sint et an suprascripta afflictus alienatio ad effectum supra expositum sit sibi minus damnosa imo evidenter utilis. Quibus postea receptis instat declarari prout iuris. Qui auditis etc., receptis etc., causa cognita interloquendo declaravit antascriptam afflictus cessionem tamquam ipsi minori minus damnosam et intuitu expositorum valde utilem de iure fieri posse, illamque commisit omni meliori modo. In cuius decreti executione personaliter constitutus antedictus Carolus Vicentinus, authorante pro eo antelato curatore praesente quoque Anna eiusdem matre atque consensum praestante per se et suos haeredes iure proprio et in perpetuum ad liberum allodium dedit, vendidit, tradidit et cessit illustrissimo domino Simoni Benedicto Sardaneae de Meanpergh supremo et haereditario episcopatus Tridenti venationum praefecto, patritio tridentino absenti etc., me notario tamquam authentica persona una cum domino Stephano Facinelli pro eodem et haeredibus stipulantibus et acceptantibus supraenunciatam medietatem infrascripti afflictus scilicet Rhenensium quinquaginta una cum sua proprietate ac directo dominio unde solvit. Dans, cedens et transferens eidem domino emptori omnia sua iura et actiones in formam etc. Constituens etc. Ponens etc. Ad habendum etc., cum omnibus etc. Et hoc pretio rhenensium quinquaginta de tronis 4½ pro singulo, quos dictus Dominicus Facinellius de pecuniis propriis dicti domini Sardaneae ad praesentiam effetualiter solvit, numeravit et exbursavit praefatis Carolo venditori et Antonio Pisono curatori praesentibus et imburstantibus in monetis argenteis bonis, usualibus et expendibilibus. Constituens etc. Renuncians etc. Promittens per se et suos haeredes principaliter et insolidum dictum afflictum manutene exigitabilem et bene fundatum, necnon de illius ac proprietatis evictione et legitima defensione tam in petitorio quam in possessorio iudicio favens omnem litem, casum et causam propriam nec non de rato etc., poena dupli etc. et refectionis etc., obligans omnia bona sua praesentia et futura in libera electione etc., super quibus etc., supplenda et abolenda etc.

S. N. Ioannes Paulus Ciurlettus sacrae caesareae maiestatis a secretis in ex imperiali camerae spirensi immatriculatus Tridenti collegiatus notarius, praemissa rogatus publicavi etc.

137.

Roma, 1684 settembre 23.

Sentenza contro l'arciprete di Pergine Domenico Prada.

Dominicus Maria Cusius protonotarius apostolicus utriusque signaturae sanctissimi D. Nostri Papae referendarius ab eodem sanctissimo D. Nostro Papa specialiter deputatus.

Noverint universi et singuli hoc praesens publicum instrumentum sententiae visuri lecturi easque pariter audituri qualiter infrascripta die pro parte et ad instantiam venerabilis conventus et RR. PP. s. Francisci strictioris observantiae Pergini feltrensis diocesis selium sive onus ex sanctissimi Domini Nostri Papae cursoribus retulit in scriptis se die vigesima secunda septembris millesimo sexcentesimo octuagesimo quarto domi dimissa copia citasse dominum Ferdinandum Nusitum ex. R. D. Dominici Pradae

archipresbiteri Pergini ex lite ac alias omni etc., ad informandum die crastina quatenus etc. necnon videndum reiterari omnes et singulos terminos... unica citatione et...

138.

Roma, 1685 marzo 17.

Il Papa Innocenzo XI approva la richiesta dell'imperatore relativa alla fondazione del convento dei Francescani di Cavalese.

Innocentius Papa XI. Carissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Tanti fecimus officia quibus maiestas tua prosecuta apud Nos est petitionem Fratrum Minoris observantiae sancti Francisci Provinciae sancti Vigilii sui Ordinis conventum erigere cupientium in oppido, quod Cavalese nuncupatur, et quamvis eiusmodi petitio alias reiecta fuerit, eidem tamen in praesens duxerimus annuendum. In aliis etiam, quae se offerent occasionibus, paratam in nobis ad satisfaciendum piis votis tuis invenies voluntatem carissime in Christo fili, cuius interim maiestati apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Maiores sub annulo Piscatoris die XVII martii M.DCLXXXV Pontificatus nostri anno nono.

Marius Spinula

139.

Roma, 1685 marzo 23.

Innocenzo XI approva la fondazione del convento dei Francescani di Cavalese.

Innocentius Papa XI.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. Exponi nobis nupper fecerunt dilecti filii fratres Provinciae sancti Vigilii tridentini Ordinis Fratrum Minorum s. Francisci de observantia Reformatorum nuncupatorum, quod cum ipsi alias videlicet anno MDCLXXIX Congregationi venerabilium fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis et consultationibus episcoporum et Regularium praepositae supplicassent ut sibi conventum fratrum dicti Ordinis in terra de Cavalese quae in valle de Fiemme nuncupata Tridentinae dioecesis posita est erigendi licentia concederetur ad quem affectum palacium cun horto in eadem terra situm a dilecto etiam filio barone Ioanne Georgio de Firmian iam donatum reperiebatur, eadem Congregatio Cardinalium huiusce petitioni assensum tunc non praestitit eo quod ad erectionem novi conventus huiusmodi omnia per Constitutiones felicis recordationis Clementis VIII et Gregorii XV Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum requisita minime concurrerent et in specie quod non intervenisset consensus totius populi sed tantummodo Regulanorum sive syndicorum dictae terrae et aliarum villarum vallis predictae, nec etiam assensus totius Cleri et tandem quod plene iustificatum non fuisset, posse ab hominibus dictae vallis congruam sustentationem pro duodecim Religiosis subministrari: quamvis de aliorum duorum requisitorum concursu minime dubitaretur, nempe consensus Ordinarii et distantiae an aliis Regularium domibus non solum per quinque sed etiam per decem milliarium intervallum. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat, non solum praedicti Regulani sive syndici sed etiam omnes homines tam dictae terrae de Cavalese quam de Theser, Charan, Moena, Predazzo, Rasan (=Daian), Varena et Trodezza (=Trodona) villarum in valle supradicta consistentium in publico syndacatu liberum et plenum assensum erectioni dicti novi

conventus praestiterint, de consensu quoque Cleri terrae et villarum praedictarum et subscriptione singulorum dictorum curatorum cum proprii sigilli appositione constet. Quod vero homines vallis praedictae necessarium et condecemtem victum duodecim Religiosis iuxta praescriptum supra dictarum Constitutionum subministrare valeant non solum ex relatione tua constare dicatur sed etiam ex epistolis clarissimi in Christo filii nostri Leopoldi Romanorum Regis in imperatorem electi et clarissimae in Christo filiae nostrae eorumdem Romanorum Reginae eius uxor, qui pro singulari eorum pietate ne dicta vallis spiritualibus subsidiis destituta remaneat novum conventum huiusmodi ibidem erigi desiderant cum populus ibi sit admodum numerosus nec Clerus ibidem animarum curae incumbens tot animarum necessitatibus nisi cum magna difficultate providere valeat, nulli vero ibi sint alii Regulares et Fratres Minores Cappucini nuncupati loci de Egna in alia nempe Brixinensi dioecesi et undecim milliaribus a dicta terra de Cavalese remoti sint: Nobis propterea tam exponentes praedicti quam dilecti etiam filii universitas et homines vallis supradictae humiliter supplicari fecerunt ut sibi in praemissis opportune providere et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur ipsos exponentes ac universitatem et homines specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes et eorum singulares personas a quibusvis communicationis suspensionis et interdicti aliquaque ecclesiae sententiis censuris et poenis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa salvo si quibus innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutas fore censemtes huiusmodi suppliciobus inclinati de memoratorum Cardinalium consilio fraternitati tuae per praesentes committimus et mandamus ut veris existentibus narratis et postquam tibi constiterit fabricam praedicti conventus cum ecclesia, campanili, choro sacristia, refectorio, dormitorio, hortis et spatiis munera omnibus esse absolutam et supellectili tam sacra quam profana sufficienter instructam, ac ex eleemosynis piorum benefactorum inibi duodecim huiusmodi Religiosos commode sustentari posse ad petitam erectionem et Religiosorum introductionem auctoritate nostra apostolica tuo arbitrio et conscientia procedat; ita tamen ut ni reliquis ea omnia quae per sacros canones sacrum Concilium Tridentinum, Constitutiones apostolicas et Ordinis praedicti circa huiusmodi novorum conventuum erectiones praescripta sunt, religiose serventur: ac salva semper in praemissis auctoritate supradictae Congregationis Cardinalium. Non obstante praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon quatenus opus sit Provinciae et ordinis praedictorum, aliquaque quibusvis etiam iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et litteris apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis et ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dimtaxat specialiter et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die xxiii martii MDLXXXV Pontificatus nostri anno nono.

Potentissimo ac invictissimo domino domino Leopoldo ab Austria divina favente clementia imperatori augusto serenissimis quoque quarumqcumque mundi partibus regibus proregibus principibus arciducibus marchionibus comitibus tomicellis et quarumcumque provinciarum civitatum terrarum castrorum villarum et aliis quorumcumque locorum gubernatoribus auditoribus iudicibus prioribus vicariis commissariis quacumque authoritate fungentibus vel functuris baroncellis quoque exequitoribus subexequitoribus ceterisque iustitiae ministris necnon RR. DD. archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus praepositis decanis diaconis archidiaconis scolasticis cantoribus thesaurariis sacristis tam cathedralium, quam collegiarum ecclesiarum canonicis, cappellanis parochialiumque rectoribus plebanis viceplebanis curatis et non curatis ceterisque presbiteris necnon clericis notariis tabellionibus publicis, quibuscumque illique vel illis ad quem vel ad quos praesentes nostrae litterae pervenerint seu quomodolibet praesentabuntur salutem.

Nos Palotus Richius prothonotarius apostolicus utriusque signaturae sanctissimi D. nostri Papae referendarius nec non Curiae causarum camerae apostolicae generalis auditor romanaeque Curiae iudex ordinarius ab eodem sanctissimo D. nostro Papa specialiter deputatus

No veritis quod nos die infrascripta pro parte et ad instantiam venerabilis conventus et Patrum srtictioris observantiae s. Francisci Pergini principalium agens mandatum executivum contra et adversus R. D. Dominicum Pradam archipresbiterum parochialis ecclesiae eiusdem loci Pergini ex lite pro scutis triginta et bononenis octuaginta monetae romanae Juliorum decem pro scuto debitum pro expensis factis et taxis tam in partibus quam in Curia romana pro causa olim versa inter easdem partes iuxta formam iurum de quibus in actis citato hic in Curia D. Ferdinando Nusitio eius Pradae praecursoris sanctissimi ut moris est decernendum et relaxandum fore et ab ipso duximus prout decernimus et relaxamus ac exequi volumus et mandamus per praesentes

Quo circa nos potentissimum et invictissimum imperatorem augustum antedictum vestrosque serenissimos reges proreges principes et alias antedictos in Domino benigne hortamur atque rogamus vobis et vero aliis omnibus et singulis supradictis et vestrum cuilibet in solidum tenore praesentium committimus et in virtute sanctae obedientiae stricte praecipiendo mandamus quatenus statim editis... praesentibus et postquam praesentium vigore fueritis requisiti ex parte nostra imo verius apostolica authoritate eudem R. D. Dominicum Pradam archipresbiterum ecclesiae parochialis Pergini ex lite per bonorum suorum ablationem sequestrationem subhastationem deliberationem venditionem et omnimodam alienationem eiusdemque corporis et personae captionem carcerationem detentionem arrestationem aut per quemcumque alium modum canonicum vobis magis benevisum ad dandum et solvendum eisdem instantibus sive eorum legitimo procuratori dicta scuta triginta et bononenos octuaginta monetae romanae Juliorum decem pro scuto vestra debita una cum aliis Juliis triginta tribus pro expensis praesentis instrumenti executivi reficiendumque omnes alias expensas in partibus legitimate factas et facendas cogatis et compellatis cogique et compelli faciatis ad integrum summae rei debitae satisfactionem et solutionem omnium quorum etc.

Datum Romae ex aedibus nostris hac die vigesima nona iulii 1685.

Marcus Iosephus Pelusius

Curiae causarum camerae apostolicae notarius

Giacomo fu Martino da Telve confessa di avere in feudo un prato da Antonio detto Zenzanola e dai suoi fratelli fu Ivano da Bieno.

S. N. Anno Domini millesimo ducentesimo lxxxiii, indizione xi, die xii intrante decembri, in platea ville Telvi, praesentibus domino Godaldo quondam domini Odorici de Yvano, domino Desirato quondam domini Salatini de Telvo et alliis.

Ibique Iacobus filius quondam Martini de Telvo dixit et confessavit quod habebat ad feudum cum fidelitate a domino Antonio qui dicitur Zenzanola et a fratribus suis filiis quondam domini Yvani de Bleno unam peciam prati iacentem in Regula Telvi in monte Savedri, cui coheret a sero Petrus Manzinus de Telvo, a mane filii olim domini Iohannis de domina Zucha, a meridie aqua Ceii et forte alii sunt coherentes.

Ego Bonacursius sacri pallacii notarius interfui et scripsi.

142.

Telve, inverno (1306-1312).

Patti convenuti fra la comunità di Telve e i signori Vecello, Bartolomeo e Francesco. Per datare il documento si tenga presente: Il vescovo Alessandro di Feltre-Belluno resse la diocesi dal 1298 al 1320. Bartolomeus de Telvo q. Odorici (1291-1295: cfr, Morizzo p. 42). Franciscus de Telvo q. Guilelmi de Telvo era già morto nel 1316. Vecello de Telvo q. Alberti (1289-), Rizradus (Guizzardo) da Comino (1306-1312). Salvo illi qui sunt in la Marcha: sono i pastori di pecore nella Marca trevigiana durante l'inverno, tornati dovranno giurare entro otto giorni.

Isti sunt illi pac (*foro*)petis omnis homines tocius communis Telvi a dominis suis silicet (*foro*= domino) Vecello domino Bartolomeo et domino Francisco. In primis (*foro*=promit)tunt tocius communis quod noluerunt renuare segnoriam nisi nos tres insimul milites.

Item quod dictus tocius comuni volunt iurare insimul a mantegnerse et adiuvarse contra omnes homines salvo contra ad onorem venerabilis patris dominus Aslessander episcopus et comes feltrensum et bellinensium et salvo contra ad onorem dominus ducis Carintie et salvo contra ad onorem dominus Rizreidus.

Item ista zura nolunt facere ad desbectum allii cuius magnis dominis.

Item factum fiat ad onorem et ad magnitudinem de homines de tocius communis ville Telvi.

Item vobis domino Vecello domino Bartolomeo et domino Francisco vobis rogant omnes homines tocius comuni Telvi nostros procuratores quod sic quod ipsis volunt dominationes vestras ut dictum est superius quod vobis placeat et vos tres insimul promitere omnis adiuvarare et mantegnire et ad ausilium dare a dictis homines communis Telvi.

Item dixerunt tocius comuni Telvi ad nos tres quod si aliquis de nos tres gerompissem dictus comuni ad onorem suum quod ipsi volunt teniret cum ille qui voluit eos adiuvarare et aussilium dare et de eo nobis rogant quod a nobis non displaceat.

Item dixerunt tocius comuni Telvi quod omnes homines qui voluerunt etiam in dicta zura si illi qui iuraverunt quod allii qui non iuraverunt debent infra octo dies debent (*sic*) venire et possunt recipere in dicta zura et si allicui omnes homines non venissent usque ad dictum terminum postea non debeant dictam zuram eos recipere salvo illi qui sunt in la Marcha, post venturum suum infra octo dies debent iurare et si noluerint iurare usque ad dictum terminum debeant ipsis auditis in dicta zura.

143.

Castelnuovo, 1305 febbraio 5.

Quietanza di Mabilia figlia di Francesco da Castel..., moglie di Ambrogio figlio Corrado di Castelnuovo.

S. N. In Christi nomine amen. Anno Domini millesimo trecentesimo quinto, indizione tercia, die martis quinto mensis februarii in Castronovo vallis Sugane in domo habitationis nobilis viri domini... dicti Zaffoni de Castronovo; presentibus dominis presbitero Antono de Castronovo predicto, domino Gualfredo Salinguera eius fratre, Iacobo... Bellencino notario de Carzano et aliis testibus... Ibique Mabilia filia nobilis domini Francisci de Castro.... uxor Ambrosii filii Nichelis q. domini Conradi de Castronovo...

144.

Roma, 1522 novembre 16.

Diritti dei frati Riformati.

In nomine Sancte et individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti amen.

Noverint universi et singuli hoc praesens publicum transsumpti instrumentum visuri lecturi pariter et audituri quod nos Hieronimus de Ghinutiis Dei et apostolice sedis gratia episcopus wigormensis (*Worcester in Anglia*) sanctissimi domini nostri pape eiusque camerarii necnon Curie causarum camere apostolice generalis auditor romaneque Curie iudex ordinarius ad venerabilis viri domini Aloysii Nigri canonici Venetiarum principalis instantiam omnes et singulos sua interesse putantes eorumque procuratores si qui erant in romana Curia pro eisdem ad videndum et sudiendum quoddam sumptum literarum apostolicarum sanctissimi in Christo Patris et domini nostri Clementis pape VII reformationis et ordinationis regule Beati Francisci de observantia clausum et sigillatum produci iurare testes super recognitione ac apperiri mandavi necnon transsumi et exemplari ac in publicam transsumpti formam redigi, videlicet dicendum et causam si quam habeant rationabilem quam premissa respective fieri debeant allegandum ad certum peremptorium terminum competentem citari fecimus et mandavimus per audientiam publicam literarum contradictarum domini nostri Pape ad diem videlicet et horam infrascriptos quibus advenientibus comparuit iudiciliter coram coram reverendo domino Iohanne dilecto utriusque iuris doctore locumtenente nostro. Idem dominus Aloysius principalis principale pro se ipso cura tamen procuratorum suorum invocationem et citatorum in quadam citationis audientie cedula a nobis emanata et debite exequutioni demandata in dicta audientia contentorum non comparentes contumacia accusata in eorum contumaciam dictum sumptum clausum et sigillatum exhibit atque produxit quo aperto ac per fidedignos testes debite recognito ipsum transsumi et exemplari ac in publicam formam redigi mandavi diligenter inspexit et quia sanum integrum illesum et omni suspicione carere invenit per notarium publicum infrascriptum transsumi et exemplari mandavit volens et antedicta Curie decernens prout volumus et decernimus quod praesenti nostro transsumpto publico de cetero tam in romana Curia quam extra ubicunque locorum in iudicio et extra stetur illique detur et adhibeatur talis et tanta fides qualis et quanto dicto originali sumpto inferius inserto et cum praesenti transsumpto auscultato et collationato data fuit et adhibita daturque et adhibetur seu dantur et adhibentur si in medio adhibitum fuisset vel ostensum. Tenor vero sumpti literarum apostolicarum predicti sequitur et est talis.

Clemens etc. ad perpetuam rei memoriam. In suprema militantis ecclesie specula licet immeriti disponente Domino constituti inter multiplices nobis ex debito pastoralis officii incumbentes curas illa potissimum premunimur ut qui sub voluntario paupertatis habitu militantes in humilitatis spiritu devotum et sedulum Altissimo impendere satagant famulatum, non solum ad id sublati impedimentis intendant verum etiam id eo ardenter efficiant quo maiores sibi viderint exhiberi commoditates et ex hoc fit ut que antea ex rationibus causis a predecessoribus nostris ordinata videbantur, ea interdum reformamus et in melius ordinem prout iuxta temporum et personarum qualitatem id in Domino conspicimus salubriter expedire. Sane postquam felicis recordationis Leo Papa X predecessor noster ex certis sive expressis causis voluerat et declaraverat sub nomine reformatorum ac pure te simpliciter Regulam Beati Francisci observantium comprehendi omnes et singulos observantes tam de familia quam reformatos sub ministris ac fratre Amadei de collatenis Clarenis de sancto Evangelio seu de capitulo ac discalceatos nuncupatos aut alios similes quocumque alio nomine nuncuparentur et Regulam Beati Francisci huiusmodi pure et simpliciter observarent, ex quibus omnibus unum corpus insimul efficiens eosdem ad invicem perpetuo univerat, ita quod deinceps omissa diversitate nominum predictorum Fratres Minores Sancti Francisci regularis observantie simul vel disiunctive nuncuparentur, et nuncupari possint et deberent omnesque ut praefertur unitos Generali et Provincialibus ministris, etiam custodibus dicti Ordinis in quorum Provinciis et custodiis respective morabantur, in omnibus et per omnia secundum Regulam eamdem subiici deberent, cum nonnulli ipsius Ordinis professores sicut fideli relatione percepimus Spiritu sancto inflammati et ut Beati Francisci alumni et veri filii affecte ut Regulam ipsam Beati Francisci pure et plene iuxta illius literam et declarationes bone memorie Nicolai III ac Clementis V romanorum pontificum predecessorum nostrorum firmiter observare, nos qui in sinceris eorum conscientiis delectamur, quique ab ineunte etate ad huius Ordinis professores et Ordinem ipsum totum singularem gessimus devotionis affectum nunc autem ex communi cura pastoralis requirimus quam immeriti sustinemus ad ipsos fovendos dulcius et gratiosis favoribus attente prosequendos tanto provocamur ardenter quanto intenta mente frequentius cogitamus fructus ubiores ex Regule praefata arctiori observantia ipsi religioni et toti universitati ecclesie speramus procuraturos attendentes etiam quod in his que anime salutem respiciunt, ad vitandos gravantes incursus pars securiorum est tenenda, igitur tam pie et ferventi fratrum predictorum intentione commoti ad peragendum diligentius quod ab eisdem desideratur studia vostra duximus convertenda habita igitur super hiis cum venerabilibus fratribus nostris sancte romane ecclesie de eorumdem cardinalium unanimi consilio hiis nostris in perpetuum valitus stabilimus et ordinamus ac in virtute sancte obedientie districtius preciendo mandamus quod predictis fratribus dictam stritorem observantiam desiderantibus per praefatos Generalem et Provinciales ministros ceterosque dicto Ordinis praefatos et quemlibet ipsorum cui vel quibus hec nostre vel eorum transsumpta presentatae vel praesentata fuerint assignentur loca quantum fieri poterit contigua quatuor vel quinque iuxta numerum fratrum eorumdem et si in futurum plures fratres voluerint se vite precedentium conformare et ab eis acceptati fuerint, nullus eos impedire possit sed minister Provincie cum diffinitoribus in provinciali capitulo teneantur alia loca quantum possibile fuerit contigua predictis eis assignare et prioribus addenda, que quidem loca fratres predicti expropriari possint superfluis et preciosis et ea in utilia et necessaria commutare mediante sindico a Nicolao III predecessore ordinato et Generalis ac Provinciales Ministri et eorum commissarii non possint impedire predictos a dicta

strictiori observantia ipsius Regule iuxta predictas declarationes Nicolai et Clementis nec a suo bono modo vivendi quam inter se pro dicta arctiori observantia ordinaverint nec etiam impediant quin vilioribus et repetiatis induantur et quin nudis pedibus ambulent, sed qui non poterint portent calopedia ut ceteris conformentur, forma aut habitus et caputii sit ceteris dicte observantie fratribus conformis. Volumus etiam quod fratres recipiendi seu vestiendi per fratres in dicta strictiori observantia viventes examinentur, iuxta Regulam per ministrum provincialem et ab ipso cum consilio ipsorum acceptentur (nec possint quicunque dicti Ordinis praefati sine praefatorum fratum consensu ad loca predicta mittere alios fratres nec predictos ab ipsis locis amovere, nisi ipsi petierint in provincialibus vero capitulis removeantur per ministros provinciales et diffinitorum a locis predictis illi fratres quos custos ut infra eligendus cum consensu maiorum partis vocalium dictorum locorum duxerit amovendos. Insuper statuimus quod predicti fratres in dicta strictiori observantia vivere volentes habeant in singulis Provinciis ubi fuerint custodem unum ex ipsis quem sibi ipsi petierint a ministro provinciali vel ab eo qui preest capitulo simul cum diffinitoribus confrimandum et assignandum qui habeat absolutam, potetatem plenarie in hoc tantum ut fratres predictos visitet, moneat et corrigat ac manuteneat in dicta strictiori observantia Regule ordinum et gratiarum eis a nobis et antecessoribus nostris pro tempore existentibus romanis pontificibus et predictis ministris generalibus concessarum et concedendarum in futurum et in dicto suo bono modo vivendi nec propter hoc impediatur minister provincialis quin visere possit eosdem et corripere delinquentes qui etiam custos nec possit ad capitulum generale cum ministro provincie ad intimandum utilitates et opportunitates dictorum fratrum. Ordinamus etiam quod custos guardiani et discreti praefatorum locorum vadant ad capitula provincialia in quibus habeant vocem activam et passivam sicut ceteri vocales in quibus capitulis custos predictus praesentet ministro provinciali et diffinitoribus fratres ydoneos ad officium guardianatus ex quibus tantum fiant guardiani supradictorum locorum, possit etiam idem custos infra annum cum consensu maioris partis conventus singuli removere guardianum ab eius officio et alium substituere, quem minister provincialis confirmet, custod vero possit ex fratribus predictis eligi

ad apostolicam Sedem et ad totius Ordinis protectorem liberum petere recusum a quo si quis eos impedire presumpserit sententie excommunicationem quam ex nunc prout ex tunc ferimus in his scriptis illico subiaceant auctoritate apostolica tenore praesentium statuimus et promulgamus. Quocirca moderno pro tempore existenti auctoritate camere apostolice generali auditori necnon universis patriarchis archiepiscopis episcopis et ecclesiarum prelatis ac quibuscumque in dignitate ecclesiastica constitutis per apostolica scripta madamus quatenus ipsi et eorum singuli praesentes nostras literas et in eis contenta quecumque ubi et quando opus fuerit ac quotiens pro parte dictorum fratrum supradicte strictioris observantie seu alicuius eorum super hoc requisiti fuerint solemniter publicantes eisque in premissis efficacis defensionis presidio assistendo faciant eosdem omnibus et singulis predictis pacifice frui et gaudere non permittentes eos desuper per quoscumque quavis auctoritate fungentes quomodolibet indebite molestari et quovis quesito colore vel ingenio directe vel indirecte perturbari aut aliter quomodolibet inquietari. Contradictores quoslibet per censuras ecclesiasticas et alia iuris opportuna remedia appellatione postposita compescendo invocato etiam hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis nonobstante constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon ipsius Leonis X et quorumcumque aliorum predecessorum nostrorum literis etiam bulla aurea Mari magno vel aliis

quibuscumque dictique Ordinis statutis privilegiis indultis etiam iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis etiam in forma brevi etiam anno praesenti vel sub quibuscumque verborum formis solemnitatibus, clausulis... et quantumcumque fortissimis dicto Ordini vel quibuscumque... eiusdem concessis vel concedendis in futurum etiamsi tales forent quod pro illorum sufficienti derogatione usus eorumque totis tenoribus specialis et expressa ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales mentio habenda foret horum omnium tenores ac de verbo ad verbum praesentibus inseruntur pro plene et sufficienter expressis habentes hac vice dumtaxat specialiter er expresse derogamus ceterisque contrariis quibuscumque. Ceterum qua difficile foret praesentes lietas ad quelibet loca ubi opus fuit... et auctoritate apostolica decernimus ex transsumptis earumdem manu notarii publici signatis et alicuius prelati ecclesiastici sigillo munitis ea prorsus fides in iudicio et extra adhibeantur que adhiberemur si praesentes originales tamen exhiberentur et ostenderentur... nostrorum statuti ordinationis promulgationis mandati derogationis voluntatis et decreti... si quis autem etc.

Datum Rome apud sanctum Petrum anno etc. millesimo quingentesimo vigesimo secundo sextodecimo kalendas decembris pontificatus nostri anno...

de Bractis sumptum ex camera apostolica videlicet ex Lib. clix bull. D. Clementis pape VII fol. cl collationatum concordatum. P. Pau. arditius.

Quibus ...

145.

Compromesso tra Vigo e Pera di Fassa per confini.

Kundt und zuwissen sej gethon meniglichen mit disem offnen gietigen und nachverlichen vertrag und Ausmarckhung. Alls sich peen und stritigkhainen erhalten und begeben zwischen der Rigmund Nachperschafft Vigg an ainem und dann der Rigmund Nachperschafft Stain am andern Tail, baide im Thal und Gericht Eues gestossen umb und vomrögen Wun Waid holz und Waldung auf dem Perg und Albm genant Campediee daselbst in Eues gelögen den bede tail in ergebrachter gewör und possess zu sein vermaint. Daero geflossen das die von Vigg alls welliche denen von Stain der ende khain gerechtigkhait gestentig sein inen Stainern das holz schlagen oder Waiden nit zuelassen wollen sondern haben die von Vigg inen Steinern etlich ir geschlagen holz hunrückh gefiert, die Steiner aber auch Iungstlichen ain holzstreich gethon und daselbig holz alls Feld in iren gwalt gebracht. Also beder seit in sfan und fir die Eueserisch Gericht Obrigkhait geraten und khomen daselbsten die von Vigg auf ire firbrachte khuntschaffts ainmall in Possess gestützt worden, dessen sich aber die Stainer beschein und gegen khuntschafft eingezogen auch bede partheien hierumben an die henn firstlichen statthalter und Rethe zue Brixen alls merere Obrigkhait georsamblichen suppliciert und umb hanthabung iedes tails verhafter recht und gerechtigkhainen gepeten haben. Dariber von erstwolgemelten herren firstlichen statthalter und Rethen den edlen vessten Iacoben von koln zuefreyeg firstlichen statrichter zue Brixen und Balthasar Gebhart hoffgerichts Brixen alls durch ire gnaden zuverrichtung der euerischen Paustift Ballj abgeordeneten comissarien durch decret auf beder partheien suppliciern erfolgt gnädige anbevolhen und auferladen worden, fleiss firzuerenden sy Partheien gietig zuvergleichen zue gehorsamer volzichung dessen dann erstgemelte henn firstliche comissari in derselben iungstverschiner tag firglossen Paustift, sy die

Partheien beder seits fir sy erfordert, inen solliche ervolgte decret firgehalten und sy ire dietragen hinlös und unngleichung. Diser pfennigkhaiten festes fleiss Vermannt auch solliche mittl und weg firgeschlagen das sy herren comissarj

146.

1767 gennaio 28.

Albro genealogico Wolkenstein con 30 stemmi (15 +15).

Nella prima fila in alto vi sono queste coppie vissute nella prima metà del Seicento.

1. Albert Graff von Wolckhenstein et Trosburg (capitano di Trento)

Ioanna Gräffin von Madruz

2. Peter Graff von Altems

Domina Isabella Lanti

3. Ioannes Franciscus Graff von Trautson

Cristina Elisabeth Gräffin von Mansfeld

4. Andreas Graff von Spaur

Maria Catharina Gräffin von Thunn

5. Ulrich Bernard Speth von und zu Zwifalten

Eva Maria Freyin von Wei

6. Leopold Schad Freyhern von Mittelbiberach

Maria Francisca von Wulfen

7. Franz Werner Graff von Thurn Valsassina und Taxis

Elisabeth Freyin von Rechberg

8. Georg Sigmund Graff und Herr von Tattenbach

Maria Anna Francisca Herin von Gera

Nella seconda fila:

1. Conte Gaudenzo Fortunato Wolckenstein de Trosburg

Domina Margarita Altems

2. Conte Francesco Eusebio a Trautson

Anna Elisabeta Cecilia Gräffin von Spaur

3. Adam Bernard. Speth Freyhern v. unnd zu Zwifalten

Barbara Teresia Schadin Freyin von Mittelbiberach

4. Franz Nicol Graff von Thurn Valsassina und Taxis

Anna Francisca Constantia Gräffin von Tattenbach

Nella terza fila:

1. Conte Caspar Wolckenstein de Trosburg

Anna Gräffin von Trautson

2. Adam Ioseph Tyberi Speth Freüherr von und Zwifalten

Anna Iosepha Antonia von Thurn Valsassina und Taxis

Nella quarta fila:

Antonius Franciscus Maria Graff von Wolckenstein Trosburg

Maria Anna Speth Freyin von und Zwifalten

Nella quinta fila:

Pius Fidelis Graff von Wolckenstein e Trosburg: *ultimo capitano della città di Trento. Con lui si spegne questo ramo deu Wolkenstein.*

Al verso:

Das Herr Probans Pius Fidelis Graf von Wolkenstain und Trostburg von allda und ihren in Farben urkunlich entworfenen Wappen-Schilden, angeführt-und benambsten so Vätter-als mütterlichen Asnen in geraden Linea abstamme, selbe zu mahlen in insgesamt für Uhralt, Ritterbüttig, Stüft und Ihnrineremässig gehalten, und geachtet werden, die entworfene Wappen-Schild anbay ihre Uhralt-adeliche angebohrne insgesamt seyen: Beurkunden anmit unter unseren Adelichen Ihrnügen, und glauben: Ihnsbrugg den 28ten martii 1767.

Sigillo aderente in ceralacca rossa: Alexander Graf Kinigl Landtmarschal Ambtsverwalter.

Sigillo aderente in ceralacca rossa: Caspar Graf Trapp k: k: Kammerer.

Sigillo aderente in ceralacca rossa: Ioseph Graf von Brandis...Kammerer in Tyrol

Sigillo aderente in ceralacca rossa: Felix Graf von Khuen k. k. Kammerer und Oberoesterreich Regimentsrath.

147.

Roma, 1771 giugno 22.

Breve del papa Clemente XIV relativo alla diminuzione delle feste di precezzo nell'area austriaca. Al verso: Venerabili fratri Antonio Eugenio archiepiscopo Ephesino ordinario nostro et apostolicae Sedis in Germania nuntio.

Clemens Papa XIV.

Venerabilis frater salutem et apostolicam benedictionem. Transmittimus tibi venerabilis frater, apostolicas in forma Brevis literas nostras quas singillatim damus ad venerabiles fratres episcopos suam episcopalem sedem ac dioecesim constitutam habentes in iis extra Italiam locis qui austriacae ditioni subiacent: quibus in literis prout

a nobis postulavit carissima in Christo filia nostra Maria Theresia Hungariae Regina apostolica necnon Bohemiae regina illustris, in romanorum imperatricem electa vidua, novam sancimus de imminutione festorum dierum legem atque indici populis qui eidem subiecti sunt, ab iisque servari mandamus harum literarum verba ipsa, ut vis legis perspecta tibi episcope possit, sequenti tenore subiicimus.

Venerabili fratri N. N.

Clemens Papa XIV venerabilis frater salutem et apostolicam benedictionem. Paternae caritati, qua Christifideles omnes in Domino, complectimur illud maxime consentaneum videtur ut eorumdem et temporalium commodorum rationem habeamus, quibus praesertim illi ad spiritualia consecienda fieri propensiores, alacrioresque possint; utraque enim ita componi et constitui debent, ut altera obesse alteri nequeant, sed mutua inter se temperatione quoad fieri potest maxime provehantur. Quapropter etsi praecipue ad divinum cultum animarumque salutem nostra apostolici ministerii solicitude conversa sit, tamen interdum ex minime neglecta temporalium rerum opportunitate non solum impedimenta, si qua sint, averti, sed et multo potiora ad eum finem adiumenta comparari posse cognoscimus. His inductus rationibus felicis recordationis Benedictum XIV sapientissimum praedecessorem nostrum fuisse scimus qui ad preces carissimae in Christo filiae nistrae Mariae Theresiae Hungariae reginae apostolicae necnon Bohemiae reginae illustris in romanorum imperatricem electae viduae indulxit ut fideles populi istius civitatis et diaecesis, quibusdam festivis diebus servato in eorumdem festorum vigiliis in quibus paeceptum erat, ieunio ac audita tantum in iisdem festis Missa laboriosis suarum artium exercitationibus servilibusque operibus vacare possent. Sed ex eadem dispensatione illud postmodum sicut accepimus; evenisse deprehensem est ut aliis in suo artificio nimis occupati, paeceptum audiendi Missam omnino negligerent alii vero ex obligatione ieunandi in vigiliis et audiendi sacrum in festis occasione caperent a laboribus abstinendi et otio indulgendi. Quae incommoda agnoscens ac aegre ferens eadem carissima in Christo filia nostra pro ea qua est in Deum pietate ac subiectos sibi populos studio obviam iisdem ire nunc statuit; proindeque a nobis enixe flagitat ut eosdem Christifideles etiam a paecepto ieunandi et audiendi Missam iis diebus quibus operi vacare permittitur volentes esse apostolica auctoritate velimus.

Nos igitur eiusdem votis quantum in Domino possumus obsequendum et populorum conscientiae consulendum esse iudicantes fraternitati tuae committimus ac mandamus ut in ista civitate ac diaecesi tua austriacae ditioni subiectis hanc aliam de festis diebus legem in quam maturo consilio et expertis omnibus descendimus auctoritate nostra apostolica denuncias ac edicas. Retineantur nempe ac celebrentur festivi dies resurrectionis cum sequenti et pentecostes item cum sequenti aliquo per annum dies dotatis et conceptionis praeterea et *Sancti Ioannis Baptista* sanctorum apostolorum Petri et Pauli, omnium Sanctorum s. Stephani protomartyris et unius tantum principalioris patroni. Sed si alicubi plures patronos eaque principales haberi contigerit diligenter inquiras, necesse est, venerabilis frater quinam ex dictis principalioribus patronis potiorem cultum ac venerationem in ea vel civitate vel oppido vel pago habeat, et eius tantum propria die festivitatis paeceptum designes. In his igitur omnibus festis diebus pro veteri ecclesiae catholicae instituto Christifideles sacris adesse a servilibus operibus abstinere et ieunium in eorumdem vigiliis quibus adnexum sit observare debeant ac teneantur. In reliquis vero festis non solum laboriosas artium exercitationes et servilia opera quemadmodum Benedictus XIV concesserat permittimus et indulgemus sed insuper eosdem Christifideles ac quaecumque vigiliae

seu ieunii diebus praecedentibus, dummodo aliunde vel ratione quadragesimae vel ratione quattuor temporum non praecipiatur et audiendi Missam in praedictis festis obligatione obsolvimus et liberamus. Sed quoniam dum populorum conscientiae consulimus et eorum qui in sudore vultus sui panem comedunt, indigentiae providemus sanctorum venerationem et salutarem Christifidelium paenitentiam minuere non intendimus, ideo sanctorum ac solemnitatum officia et Missas tam in iisdem abrogatis festis quam in eorum vigiliis retineri et sicut prius in quacumque ecclesia celebrari mandamus: sacrum vero ieunium quod in praedictis vigiliis habebatur ac quartas et sextas ferias adventus transferendum ibidemque servandum edicimus et constituimus. Ut autem non solum clerici et divites homines saeculares qui etiam diebus non festivis sacrosancto Missae sacrificio ac divinis officiis, quod vehementer cupimus, adese possunt, sed etiam ii, qui rusticis detenti laboribus ecclesias diebus tantum festis adeunt santorum apostolorum ac martyrum quorum solemnitates superius abrogavimus memoriam servent ac venerentur, volumus ac praecipimus die XXIX iunii ultra praecipuum sanctorum Petri et Pauli solemnitatem etiam aliorum apostolorum, et die XXVI decembris ultra praecipuum s. Stephani festum etiam aliorum sanctorum martyrum memoria celebretur. Quare die XXIX iunii in calendariis ecclesiasticis ita festum inscribendum erit sanctorum Petri et Pauli et commemoratio omnium apostolorum ac tam in officio quam in Missa addendum festum commemoretur de communi apostolorum: die vero XXVI decembris ita notetur festum=s. Stephani protomartyris et commemoratio omnium sanctorum martyrum= ac tam in officio quam in Missa addenda erit =commemoratio de communi plurimorum martyrum.

Haec nos, venerabilis frater non minus spiritualem quam temporalem istius populi utilitatem intuentes sancienda esse iudicavimus; in quo plurimum solicititudini ac pastorali vigilantiae tuae confidimus, qui illud profecto sedulitate studioque tuo efficies ne quid e divino cultu detractum videri possit, sed quo minor festorum dierum factus est numerus eo maior sit in populorum animis pietatis fervor ac devotio. Proinde vehementer cupimus ac in Domino fraternitatem tuam hortamur ut populos tibi commissos diligenter edocendos cures quae ad iustum legitimamque dierum festorum celebrationem pertinent quo ardore quaque humilitate spiritus adstare sanctissimo altaris sacrificio quo studio qua frequentia divinis officiis sacris concionibus et christiana doctrinae institutionibus interesse debeant et ne per eas dies Christifidelium corda graventur crapula et ebrietate et saecularibus cogitationibus quam diligentissimam operam dare debebis ut profana quaeque ludicra et minus religiosa a publicis locis amoveantur contra vero in conspectu illa sint abundeque suppetant; quae ad fovendam devotionem pietatemque plurimum prodesse possint. Quae quidem cuncta a perspecta pastorali sedulitate tua nobis maxime pollicentes in pontificiae caritatis pignus apostolicam benedictionem tibi, venerabilis frater, tuaeque fidei commisso populo peramanter impertimur.

Datum Romae apud sanctam Mariam Maiorem sub annulo piscatoris die XXII iunii MDCCLXXI pontificatus nostri anno tertio=Benedictus Stay= Hic est nostrarum ad episcopos epistolarum tenor quas iis ipsis reddendas, venerabilis frater suam cuique curabis. Sed cum alii etiam sint exteris in regionibus episcopi qui aliquam suaे diaecesis partem habent in iis extra Italiam locis, qui austriacae ditioni subiiciuntur delegamus idcirco fraternitatem tuam tibique committimus ut per tuas lietas hanc ipsam legem iisdem nostro nomine pro illis tantummodi locis recipiendam servandamque denuncies. Quod quidem etiam eadem, quam tibi demandamus, auctoritate praestabis cum iis abbatibus qui nullius dioecesis sunt caeterisque

praepositis quicumque iuribus episcopalibus gaudent, illis pariter in locis qui extra Italiam austriacae domus temporali dominio subiacent haec sunt nobilis frater quae tibi idcirco perscribenda ac mandanda libenter decrevimus quod eadem pro perspecta tua sedulitate ac fide accuratissime a te confectum iri non dubitamus. In quo cum plurimum nostro de te iudicio satisfeceris tum etiam vehementer auxeris eam qua te maiorem in modum prosequimur pontificiam benevolentiam nostram in cuius itidem pignus apostolicam benedictionem fraternitati tuae peramanter impertimur.

Datum Romae apud s. Mariam Maiorem sub anulo piscatoris die XXII iunii MDCCLXXI pontificatus nostri anno tertio.

Benedictus Stay

Al verso 17. In luogo delle parole
s. Ioannis Baptista, che qui appa-
riscono lineate, nel trasmettere tutti
gl'altri brevi ai vescovi si è posto
retineantur festa, avendo raschiare
le predette.

148.

Roma 1911 gennaio 21.

Il papa Pio X eleva il francescano trentino Nicolò Marconi vescovo di Pulati alla sede arcivescovile titolare di Teodosiopoli nella Tracia Prima, in seguito alla morte del precedente Simone Aichner.

Pius PP. X.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. Traditum a romanis Pontificibus, Praedecessoribus nostris morem servantes ecclesias eis quoque sacrorum antistitibus conferre consuevimus, quos Sedis cura iustis de causis exoneratos, congruentem dignitati et meritis gradum in domo Dei obtinere omnino decet. Iamvero quum tu abdicationem munera ecclesiae Pulatensis regendae Nobis ehibueris, quumque ecclesia archiepiscopalnis Theodosiopolitana in provincia Thraciae Primae, cui bonae memoriae Simon Aichner, ultimus illius archiepiscopus, praesidebat, per eiusdem Simonis obitum, extra romanam Curiam defuncti, pastore suo sit destituta, Nos ad ipsius ecclesiae provisionem animum intendentes, post deliberationem quam hac super re cum VV. FF. NN. S.R.E. cardinalibus christiano nomini propagando habuimus diligentem, demum ad te venerabilis Frater, de cuius religionis studio ac praestantibus animi laudibus luculenta testimonia suppetunt, oculos mentis nostrae convertimus. Peculiari te igitur benevolentia complectentes et a vinculo quo ecclesiae Pulatensi obstrictus detineris, de apostolicae nostrae potestatis pleitudine absolventes te venerabilis Frater, eadem nostra auctoritate, harum litterarum vi, ad memoratam sedem titularem archiepiscopalem Theodosiopolitanam in provincia Thraciae Primae transferimus, teque illi in archiepiscopum praefecimus et pastorem, certa spe freti te omnia ad magnam Dei gloriam et sempiternam hominum salutem expleturum. Tibi vero indulgemus ut donec ipsa archiepiscopalnis ecclesia inter mere titulares adnumeretur, ad illam accedere et apud eam residere minime tenearis. Non abstantibus Constitutionibus et sanctionibus apostolicis, ceterisque omnibus etiam speciali et individua mentione ac derogatione dignis in contrarium facientibus quibuslibet.

Datum Romae apud s. Petrum sub annulo Piscatoris die XXI ianuarii MCMXI pontificatus nostri anno octavo.

Venerabili Fratri Nicolao Marconi episcopo Pulatensi
R. Card. Merry del Val a secretis Status

149.

Roma, 1770 gennaio 6.

Il Papa ringrazia e benedice il lavoro che il P. Bonelli intende intraprendere in relazione alla edizione critica delle opere di s. Bonaventura, dopo che lo stesso gli aveva inviato il "Prodromo", cioè il lavoro preparatorio.

Clemens PP. XIV.

Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem. Consilium tuum ac laborem a te susceptum in adornanda nova collectione Operum s. Bonaventurae, prout in prodromo ad nos misso, atque in epistola tua nobis significasti, etiamsi multae aliae rationes insuper accederent, ob singularem tamen nostram erga sanctum doctorem devotionem, ipsiusque doctrinae promovendae studium magnopere probaremus. Cum autem nostro nomine inscribere egregium illud opus velis; et hoc tuae in nos ac s. Sedem observantiae testimonium et nostram etiam erga tantum doctorem pietatem palam omnibus per te fieri nobis erit acceptissimum. Pergrato itaque animo excipiems in duabus collectionibus nobis dicandis et dilecti filii Ministri Generalis et tuae in nos voluntatis tam praeciarum pignus atque eximium vel munus eo pluris a nobis aestimari profitemur, quo uberior de te ac praestante tua doctrina ac in tam ingenti opere perficiendo industria ac diligentia iudicium facimus. Et quoniam laborem hunc tuum profuturum speramus, non solum ad sancti doctoris honorem, sed ad divinarum rerum studium, Deique gloriam amplificandam, Deum ipsum precamur, ut in eo quam primum ad exitum perducendo pares tibi vires, gratiaeque suae praesidia suppeditet. Interim tibi divini huius doni auspicem apostolicam benedictionem in nostrae etiam erga te caritatis argumentum peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die VI ianuarii MDCCCLXX, Pontificatus nostri anno primo.

Benedictus Stari

Al verso:

Dilecto Filio
Benedicto Bonelli a Cavalesio
Ordinis Minorum Observantis Reformati

150.

Trento, 1469 settembre 5.

Regola del Terz'Ordine francescano. Copia della Bolla papale di Nicolò IV del 18 agosto 1289. Al verso: Quinto decimo kalendas septembbris Pontificatus Nocolai Papae IV an. 2 (1289). Transumptum authenticum Bullae D. N. Nicolai papae quarti pro Fratribus et Sororibus Tertiis Ordinis de Paenitentia sancti Francisci. Copia fatta a Trento il 5 settembre del 1469 da una copia datata Parma il 17 giugno 1466.

Nel nome di Cristo amen. Il giorno 17 giugno 1466, all'ora giuridica del dopopranzo, anno secondo del Pontificato del signore nostro per divina provvidenza papa Paolo secondo. Presentatosi in giudizio davanti al venerabile e sapiente

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto indictione quartadecima, die decimoseptimo mensis iunii hora vesperarum iuridica, pontificatus autem sanctissimi domini nostri domini Pauli divina providentia Pape secundi anno secundo. Constitutus in

dottore in diritto canonico il signor Ludovico de Adiuvastris da Cremona Vicario generale in Spiritualibus e temporalibus del molto reverendo in Cristo padre e signor Giacomo Antonio per grazia di Dio e della Sede apostolica vescovo di Parma e conte, in seduta giudiziaria per trattare le cose seguenti nella canonica della chiesa maggiore di Parma, nella saletta della detta canonica nella quale in modo speciale risiede il medesimo signor Vicario, luogo dallo stesso signor Vicario scelto e deputato come luogo del giudizio per trattare tutte le cose seguenti.

Il religioso signore frate Bernardo de Missinis da Parma Ministro della Società dei Frati della Penitenza del Terz'Ordine di s. Francesco della città di Parma, a lui e davanti al signor Vicario e in presenza di me notaio e dei notai e testimoni sottoscritti, esibi e presentò nello stesso giudizio certa lettera originale del fu santissimo in Cristo Padre e signor Nicolo per divina provvidenza papa quarto con data di Rieti 15 settembre anno secondo del suo Pontificato; lettera sana, integra e illesa, non viziata, non cancellata, non annullata, né in qualche sua parte sospetta, ma priva di ogni sospetto, con Bolla plumbea dello stesso signor Nicolo papa quarto segnata S. pa. S.pe. e la lettera Nicolo papa quarto, e con cordoncino pendente di seta rosso e azzurro secondo l'uso della Curia romana, descritta più sotto. Dopo aver presentato la lettera il predetto frate Bernardo Ministro sopradetto e mostrata al Vicario, con la massima insistenza il medesimo frate Bernardo Ministro predetto chiese che tale lettera venisse trascritta e redatta in forma pubblica con l'autorità e decreto del detto Vicario, confrontando la trascrizione con l'originale e trovata la medesima concordante con la detta originale, dichiari che è perfettamente uguale all'originale e che alla stessa si deve prestare fede come all'originale.

iudicio coram venerabili et sapiente decretorum doctore domino Lodovico de Adiuuastris de Cremona Vicario generali in Spiritualibus et temporalibus reverendissimi in Christo patris et domini domini Iacobi Antonii Dei et apostolice sedis gratia episcopi parmensis et comitis pro tribunali sedente ad infrascripta omnia in canonica ecclesie mayoris parmensis in saleta dicte canonice in qua principaliter residet ipse dominus vicarius et quem locum ipse dominus vicarius pro suo legiptimo et judiciali tribunali elegit et deputavit ad infrascripta omnia. Religiosus vir frater Bernardus de Missinis de Parma Minister Societatis fratrum de penitentia Tercii Ordinis sancti Francisci civitatis Parme eidem et coram ipso domino vicario et in presencia mey notarii et notariorum ac testium infrascriptorum exhibuit et presentavit in eodem iudicio quasdam litteras originales quondam sanctissimi in Christo Patris et domini Nicolai divina providentia pape quarti Datum reate quintodecimo kalendas septembbris pontificatus sui anno secundo, sanas, integras et illesas, non viciatas, non canzelatas, non abolitas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni suspicione carentes, cum bulla plumbea ipsius domini Nicolai pape quarti signatas S. pa. S. pe. et littera Nicolaus papa quartus et cum sirico rubeo et glauco impendente more romane Curie in ipssas quarum litterarum inferius describitur. Quibus litteris sic exhibite et presentate per praefatum fratrem Bernardum ministrum antedictum et ipsis eydem domino vicario ostensis. Cum instancia maxima peciit et requisivit ipse frater Bernardus minister antedictus ipsas litteras transscribi et in publicam formam reddgi cum dicti domini vicarii auctoritate et decreti sui interposizione et ipsas transsumptas insinuari ac auscultari cum litteris originalibus antedictis et ipso reperto cum ipsis litteris concordare per ipsum dominum vicarium declarari, dari et adhiberi debere decreto et iudicio et ipso transsumpto eamdem fidem et auctoritatem quemadmodum litteris originalibus antedictis adhibetur. Quibus omnibus sic dictis petitis et exhibitis praefatus dominus vicarius ad instantiam dicti ministri visis dictis litteris apostolicis antedictis et ipsis pro veris et legiitimis litteris apostolicis per ipsum habitis et reputatis, per presentes mandavit et

Fatte queste cose il predetto signor Vicario ad istanza del detto Ministro, constata autentica e legittima detta lettera apostolica, con la presente ordinò e dichiarò di farla trascrivere da un pubblico notaio in forma giuridica. Ed essendo già stato trascritto in forma pubblica dal notaio Antonio de Botis da Parma, fu prenotato e letto al detto Vicario da me Nicolò Zangrandi notaio sottoscritto e presentato dai notai sottoscritti, dopo averlo confrontato con l'originale apostolico.

Avendo il detto Vicario costatato che concordava con l'originale, ad istanza del detto Ministro Bernardo lo dichiarò valido giuridicamente in giudizio e fuori, e comandò a me Nicolò Zangrandi notaio pubblico sottoscritto di Parma, nonché al notaio sottoscritto Antonio de Botis, che trascrisse la copia in forma pubblica, e a Gaspare Zangrandi, a Giovanni Antonio de Pavaniano ambedue notai di Parma e della Curia vescovile, che assieme a me confrontassero la copia con l'originale e che si sottoscrivano alla copia fatta apponendovi il proprio sigillo come prova di autenticità.

Fatto a Parma nella canonica della chiesa maggiore, presenti come testi chiamati, il venerabile signor Anselmo Viali figlio del fu mastro Guglielmo, sacerdote della diocesi tornonese cappellano del detto Vicario, Matteo Sandri del nobile Antonio cittadino di Modena e Pietro Tamagni fu Giacomo, tutti familiari del predetto vescovo, e frate Giacomo Bertolotti di Paolo Viar di sant'Apollinare professo del detto Terz'Ordine della confraternita di Parma. Il tenore di quel documento è il seguente.

declaravit ipsas litteras apostolicas transscribi debere per unum notarium publicum et in publicam formam redigi. Et quare dictum transsumptum et in publicam formam iam redactum est per Antonium de Botis notarium parmensem infrascriptum, ipsumque sic redactum dictus frater Bernardus minister antedictus in presentia mey notarii et testium infrascriptorum etiam coram ipso domino vicario exibuit et presentavit et ipsi domino vicario presenti et audienti et intelligenti per me Nicolaum de Zangrandis notarium infrascriptum et per notarios infrascriptos insinuatum fuit, ac de voluntate ipsius domini vicarii cum literis apostolicis originalibus antedictis fuit etiam diligenter ausscultatum. Et quia praefatus dominus vicarius reperivit ipsum transsumptum sic auscultatum ut supra cum dictis litteris apostolicis et originalibus concordare et ab ipsis in nichilo discordare, ad instanciam dicti fratris Bernardi ministri antedicti in hiis scriptis, pronunciavit et declaravit de cetero in iudicio et extra eamdem fidem et auctoritatem dari et adhiberi dicto transumpto sicut supra auscultato que et qualis eisdem litteris apostolicis et originalibus adhibetur, suamque auctoritatem et decretum ut fides predicta adhibeatur ut supra in predictis interposuit ac etiam mandavit michi Nicolao de Zangrandis notario infrascripto publico parmensi necnon Antonio de Botis notario infrascripto quod ipsum transsumptum transcripsit et in publicam formam reduxit, necnon etiam Gaspari de Zangrandis et Iohani Antonio de Pavaniano ambobus notariis parmensibus et Curie episcopalibus parmensis infrascriptis, qui una tecum dictum transsumptum cum dictis originalibus auscultaverunt ut se ipsi transumpto suscribant, ut fides de cetero ipsi transumpto adhibeatur ut supra, cum apposizione sui nominis proprii et signi consueti in robur predictorum. Actum Parme in canonica ecclesie mayoris parmensis antedicta presentibus venerabili viro domino Anselmo de Vialibus filio quondam magistri Gulielmi, presbitero tornonensi diocesis praefati domini vicarii capellano, Matheo de Sandris filio nobilis viri domini Antonii civi mutinensi et Petro de Tamagnis filio quondam Iacobi, omnibus familiaribus praefati domini episcopi et fratre Iacobo de Bertolotis filio Pauli Viar sancti Apolinaris tertii ordinis predicti professo et fratre dicte societatis Parme, omnibus testibus notis et

Nicolò vescovo servo dei servi di Dio, ai diletti figli fratelli e alle dilette sorelle dell'Ordine dei Frati della Penitenza, presenti e futuri, salute e apostolica benedizione.

La fede cattolica, che i popoli pagani, che camminano nelle tenebre, hanno appreso dai discepoli di Cristo, hanno ricevuto dalla parola e per lo zelo della loro predicazione, e dalla loro sincera pietà permeata di fede e di amore, questa fede cattolica, che mantiene e conserva la Chiesa romana, si eleva come una montagna, sulla quale è posto il solido fondamento al vertice della fede cattolica insegnando la parola di Dio al popolo desideroso, mantenendolo sempre quale fondamento della fede cattolica da non essere sconquassato da alcuna tempesta.

Questa è la vera e retta fede senza la comunione con la stessa nessuno può essere bene accetto all'Altissimo.

Questa è quella che traccia il sentiero e promette i grandi premi eterni. Perciò il glorioso confessore il beato Francesco fondatore di questo Ordine, mostrando con la parola e l'esempio la strada per andare al Signore, istruì i suoi figli nella sincerità della sua fede, e li esortò ad essere costanti, facendo in modo che percorrendo quel sentiero tracciato giungano alla beatitudine eterna del cielo, che nessuno potrà togliere.

Noi quindi volendo elargire ancora favori opportuni per aumentarne la consistenza, abbiamo stabilito che coloro che intendono abbracciare questa forma di vita, prima che siano accettati, siano esaminato sulla loro fede cattolica e sull'obbedienza da prestare a quella chiesa.

E se l'avranno professata fermamente e avranno retta fede, possono essere accettati a professare quella forma di vita.

idoneis ad predicta specialiter vocatis, habitis et rogatis. Tenor autem dictarum litterarum apostolicarum talis est, videlicet.

Nicolaus episcopus servus servorum Dey, dillectis filiis fratribus et dillectis in Christo filiabus sororibus ordinis fratrum de penitentia tam presentibus quam futuris salutem et apostollicam benedictionem.

Supra montem catolice fidey quam populus quamcumque qui ambulabant in tenebris disipulorum Christi sincera devocio igne caritatis exestuans Verbo solicite predicatum edocuit quamque romana tenet et servat ecclesia solidum christiane religionis positum noscit fundamentum nullis unquam concuciendum turbinibus nullis quassandum fluctibus tempestatum.

Hec est etenim recta veraque fides absque cuius consorcio nemo in conspectu altissimi receptus redditur, nemo graciosus occurrit.

Hec est que salutis semitam preparat et felicitatis eterne premia grandia policetur.

Ideoque gloriosus Christi confessor beatus Franciscus huius ordinis institutor viam accedendi ad Dominum verbo pariter et exemplo demonstrans in ipsius sinceritate fidey suos filios erudit, eosque illam profiteri constantem tenere firmiter et ope voluit adimplere ut per eius semitam salubriter incidentes mereretur post vite presentis ergastulum eterne beatitudinis effici possessores. Nos igitur ordinem ipsum oportunis prosequi favoribus et ad eius augmentum benignius intendentis statuimus ut omnes quos ad servandam huiusmodi vite formam assumi contigerit ante assumptionem seu receptionem ipsorum de fide catolica et obedientia erga praefatam ecclesiam diligenter examinantur et subdantur. Et si eas professi firmiter fuerint, vereque crediderint, admitti seu recipi tute poterunt ad eamdem. Precavendum est tamen sollicite ne quis hereticus vel suspectus de heresi aut etiam infamatus ad vite observationem ipsius quomodolibet admittatur et si talem inveniri contigerit extitisse receptum, assignetur ille quamcicius inquisitoribus pravitatis heretice puniendus. Cum autem fraternitatem huiusmodi quis intrare voluerit ministri ad receptionem talium deputati eius officium statum et condicionem solerter explorent sibi fraternitatis eiusdem honera et precipue alienorum restituta apcius exponentes, quibus premissis si eydem placuerit iuxta modum huiusmodi induatur et de alienis si qua

Si deve aver precauzione a non ammettere qualche eretico o sospetto nella fede o di cattiva fama, e se si trovasse qualcuno di quelli sia subito consegnato agli inquisitori. Della fede per essere punito. Coloro che intendo entrare in questa fraternità siano esaminati dagli incaricati alla accettazione sul loro ufficio, stato e condizione, spiegando gli oneri dell'istituto e la restituzione dei beni altrui; fatto ciò sia accettato con riserva, e se ha pendenze con altri deve soddisfare in denaro contante o secondo la cauzione e comunque si riconcili col prossimo. Dopo un anno, col consiglio di alcuni fratelli discreti, se appare loro idoneo, sia accettato nel modo seguente:

Prometta di osservare tutti i comandamenti di Dio e che darà soddisfazione delle mancanze commesse contro questo modo di vivere quando sarà interpellato nella visita; di questa volontà e di questa promessa venga redatto un documento notarile. Nessuna sia accettato in altro modo dai Ministri, a meno che le circostanze e le persone non richiedano diversamente; ordiniamo inoltre che nessuna esca dalla confraternita dopo il suo ingresso; potrà avere tuttavia il passaggio ad un'altra forma religiosa approvata. Alle donne sposate non sia permesso entrare nella confraternita senza la licenza e il consenso del marito.

I fratelli della fraternità si vestano comunemente di panno umile nel prezzo e nel colore, tuttavia non totalmente bianco o totalmente nero, a meno che qualcuno sia legittimamente e con ragione dispensato temporaneamente su consiglio dei Ministri riguardo al prezzo del panno. I mantelli e le pellicce siano senza scollatura stabile o integrale, chiuse con fibbie, tuttavia non aperte come conviene all'onestà, e i fratelli sopradetti portino anche le maniche chiuse. Le Sorelle indossino il mantello e la tunica sia fatta del medesimo panno umile o almeno col mantello

fuerint apud eum satisfacere studeat in pecunia numerata vel secundum exibitam pignoris caucionem seque nichilominus proximis reconciliare procuret. Quibus omnibus ad effectum perductis post unius anni spaciū cum aliquorum discretorum fratum consilio, si hiis videbitur ipsis ydoneus recipiatur hoc modo, videlicet, ut promitat se divina precepta omnia servaturum ac etiam satisfacturum ut convenit de transgressionibus quas contra hunc vivendi modum commiserit cum interpellatus ad visitationem extiterit voluntatem et huiusmodi ab eo facta promissio per manum publicam in scriptis inibi redigatur. Alio autem modo nullus a ministris recipiatur eisdem nisi visum eis aliter fuerit condicione personae ac ipsius instacia solicita consideratione discutis, ordinamus preterea statuentes ut nullus post ipsius fraternitatis ingressum eamdem egredi valeat ad seculum reversurus, possit tamen habere transitum liberum ad religionem aliam aprobatam. Mulieribus vero viros habentibus nisi de ipsorum licentia et consensu non pateat ad consorciū dicte fraternitatis ingressus. Fratres insuper ipsius fraternitatis de humili panno in precio et colore non prorsus albo vel nigro communiter vestiantur nisi fuerit ad tempus in precio per visitatorem de consilio ministrorum ob eam legi optimam et aptam tamen aliquo dispensatum. Clamides quoque ac peles absque scolatura fissas vel integras, afibulatas tamen non patulas ut convenit honestati, clausasque quoque manicas fratres habeant supradicti. Sorores etiam clamide induantur et tunica de huiusmodi humili panno facta vel saltem cum clamide habeant guarnellum seu placentinum coloris albi vel nigri aut pallidellum de canipe sive lino amplum absque ulla crispatura consitum. Circa humilitatem vero panni et peliciones sororum ipsarum iuxta condicione cuiuslibet earumdem ac loci consuetudinem poterit dispensari, bindis et ligaturis sircis non utantur, peles dumtaxat agninas, bursas de coreo et corigeas simpliciter absque sirico ullo factas et non alias tam fratres habeant quam sorores. Depositum ceteris iuxta beati Petri apostolorum principis salubre concilium vanis huius seculi ornamenti sint eum ad inhonestā convivia vel spectacula sive curias seu coreas accessus penitus interdictus, istrianibus seu vanitatis intuitu nichil donetur et ne quidquam illis a propria donetur familia

indossino una veste di color bianco o nero o pallido fatta di canapa o lino, ampia senza cresatura. Riguardo poi alla povertà del panno e riguardo alle pellicce delle Sorelle medesime, secondo la condizione o la consuetudine dei luoghi possono essere dispensate, non usino però frange o legami di seta; i Fratelli e le sorelle portino semplicemente pelli di agnello, borse di cuoio e corregge senza alcun ornamento di seta. Secondo l'insegnamento di Pietro principe degli Apostoli, si astengano da ornamenti vani e dai conviti o spettacoli disonesti, si astengano dalle manifestazioni degli istrioni insieme ai familiari. Si astengano tutti dal mangiare carne il martedì, mercoledì e venerdì e il sabato, eccetto in caso di malattia; ai debilitati e a coloro che sono in viaggio possono cibarsi di carne per tre giorni in settimana. Sia lecito cibarsi di carne nelle solennità nelle quali i cristiani sogliono mangiare carne fino dai tempi antichi; negli altri giorni in cui non di pratica il digiuno non siano di obbligo le uova e il formaggio, ma si comportino come tutti i Religiosi nei conventi mangiando quello che viene posto loro dinanzi. Si accontentino del pranzo e della cena, fatta eccezione per i deboli, i viaggiatori e gli infermi. Per i sani il cibo e la bevanda siano moderati, come dice il brano evangelico: fate attenzione che i vostri cuori non si aggravino con la crapula e l'ubriachezza. Prima del pranzo e della cena si reciti il Padre nostro, da ripetersi dopo il pasto, in caso di omissione si recitino tre volte Il Pater noster. Si faccia il digiuno in tutti i venerdì dell'anno se non si è scusati da qualche malattia o legittima causa o quando il Natale del Signore cade in giorno di venerdì; dalla festa di Tutti i Santi fino a Pasqua digiuneranno il mercoledì e venerdì; osserveranno gli altri digiuni stabiliti dalla Chiesa. Nella quaresima di s. Martino fino al giorno di natale e dalla domenica di quinquagesima fino a Pasqua,

erxibere procurant. Ab esu autem carnium secunda, quarta et sexta feria, dieque sabati absineant universi, nisi aliud infirmitatis vel debilitatis instancia suaderet, minutis vero per triduum carnes dentur nec subtrahatur in itinere constitutis. Sit quoque ipsorum comestio licita singulis cum solemnitatē precipuam intervenire contigerit in qua ceteri christiani ab antiquo epulis carnes vesci solent, aliis autem diebus in quibus ieyunium non servatur ova et caseus non cogetur, sed cum religiosis ceteris in eorum conventionalibus domibus licite sumere valeant, de appositis ab eisdem. Sintque prandii ceneque refectione contenti exceptis languidis et viatoribus ac infirmis. Sit sanis cibi moderatus et potus, cum testis evangelicus habeatur. Attendite ne corda vestra crapula et ebrietate gravetur. Prandum autem vel cena non nisi premissa semel dominica oracione sumatur, post sumptionem cuiuslibet cum Deo gracias iteranda quod si omitti contigerit dicatur tribus vicibus Pater noster. Qualibet vero sexta feria tocius anni ieyunium celebretur nisi forte infirmitatis aut alia causa legiptima excusentur, vel nisi festum natalis domini feria ipsa occurerit, observandum, sed a festo omnium Sanctorum usque ad pascha, quarta et sexta feria ieiunabunt, alia que ab ecclesia sunt statuta vel ordinariis ex causa communiter in dicta ieiunia nichilominus servatūri. In quadragesima vero beati Martini, usque ad diem natalis Domini et a dominica quinquagesima usque ad pascha, diebus singulis exceptis dominicis ieiunare procurant, nisi aliud fortassis infirmitatis vel necessitas alia suaderet. Sorores gravide usque ad purificationis diem ab exercitatione qualibet corporali oracionibus dumtaxat exceptis poterunt si voluerint abstinere. Laboratores laborantes autem propter fatigatione sufficientis instancia a dominicæ resurrectionis festo usque ad festivitatem beati Francisci predicti, ter in die qua exercitatione laboris incumbet, licite sumere cibum possunt. Cum vero illas contingere aliorum imminere laboribus de cunctis positis die quolibet sumere licebit eisdem nisi sexta feria vel die sit alia in qua generaliter ab ecclesia ieiunium noscit institutum. Singuli autem fratrum et sororum ipsorum ter in anno videlicet in natalis Domini, Resurrectionis ipsius et Pentecostes festivitatibus peccata propria confiteri et Heucaristiam devote

procurino di digiunare tutti i giorni tranne la domenica, eccetto in caso di malattia o di altra necessità. Le Sorelle incinte possono astenersi dal digiunare fino al giorno della purificazione dopo il parto, non però dalle preghiere solite. I lavoratori addetti a lavori pesanti dalla domenica di Risurrezione fino alla festa di s. Francesco possano mangiare tre volte al giorno quando lavorano. Quando prevede di dover affrontare lavori gravosi può digiunare solo il venerdì o nel giorno stabilito dalla Chiesa. I Fratelli e le Sorelle tre volte all'anno, cioè da Natale, Pasqua e Pentecoste devono accostarsi alla confessione e alla comunione e non tralascino di riconciliarsi col prossimo e di restituire il maltolto. Non portino armi se non per la difesa della Chiesa romana e della fede cristiana ed anche delle proprie terre, oppure con la licenza dei loro Ministri. Tutti recitino ogni giorno le sette ore canoniche, cioè il Mattutino, Prima, Terza, Sesta, Nona, Vespri e compieta. Cioè i Chierici capaci di recitare il Salterio dicano per la prima Deus in nomine tuo e Beati immaculati fino a Legem pone e i salmi delle altre ore secondo l'ordine dei chierici col Gloria Patri. Non andando in chiesa per il Mattutino, cerchino di recitare i salmi che recitano i chierici o la chiesa cattedrale o come gli altri che non sanno leggere, dicano per il Mattutino dodici Pater noster e per ogni altra ora un Pater noster col Gloria Patri; a Prima e Compieta aggiungano il credo breve e il Miserere. Se non lo hanno detto alle ore stabilite, recitino tre volte il Pater noster. Gli ammalati non sono tenuto a dire queste Ore, ma solo volontariamente. Nella quaresima di s. Martino ed anche nella maggiore, procurino di frequentare personalmente i mattutini nelle chiese della parrocchia dove abitano, se non sono scusati per qualche motivo ragionevole. Tutti coloro che sono in grado di fare testamento, lo

siscipere non postponant reconciliando se proximis et restituendo etiam aliena. Impugnantia arma secum fratres non defferant nisi pro defensione romane Ecclesie cristiane fidey vel etiam terre ipsorum aut de suorum licencia ministrorum. Dicant universi quotidie septem horas canonicas, videlicet Matutinum, Primam, Terciam, Sextam, Nonam, Vesperos et Completorium. Clerici videlicet scientes psalterium pro prima Deus in nomine tuo et Beati immaculati usque ad legem pone ac alios horarum psalmos iuxta clericorum ordinem cum gloria Patri dicant. Cum vero ad ecclesiam non accendent, pro matutino psalmos dicere studeant quos dicunt clerici vel ecclesia catedralis, vel saltem ut illiterati alii pro Matutino duodecim et pro alia qualibet hora septem vicibus Pater noster cum gloria Patri dicere non omittant, quibus videlicet Prime ac Completorii horis minorem simbolum et Miserere mei Deus adiciatur quod neverunt. Sed si horis non dixerint constitutis dicant tribus vicibus Pater noster. Infirmi autem horas huiusmodi non teneantur dicere, nisi vellint. In quadragesima vero sancti Martini et etiam in mayores ecclesias in quarum parochiis habitant matutinalibus horis personaliter adire procurent nisi causa rationabili excusentur. Omnes preterea quibus de iure facultas affuerit condant seu faciant testamentum et de bonis suis infra tres menses post eorum ingressus immediate sequentis ordinent et disponant, nec quemquam illorum contingat decidere intestatum. De parte vero inter fratres et sorores aut etiam extraneos in discordia positos facienda sicut a ministris videbitur ita fiat adhibito si facultas affuerit episcopi diocesani consilio in hac parte. Si vero fratres vel sorores contra ius vel eorum privilegia per potestates vel rectores locorum ubi domicilium optinent vexacionibus impetantur, ministri loci ad episcopos et alias locorum ordinarios studeant habere recursum iuxta consilium et ordinationem ipsorum in tallibus processuri. A iuramentis autem solemnibus omnes abstineant nisi cogente necessitate in casibus per indulgentiam apostolice Sedis exceptis videlicet pro pace, fide, calumpnia et testimonio perhibendo ac etiam in contracti emptionis, venditionis et donationis ubi videbitur expedire. In comuni quoque loquela vitent ut poterunt iuramenta et qui die aliquo minus caute iuraverit lapsu lingue prout contingere in multiloquio

facciano dei loro beni, entro tre mesi dal loro ingresso nella fraternità, perché a nessuno di loro capitì di morire senza fare testamento. Se nella spartizione dei beni sorgono difficoltà, ricorrano al consiglio dei Ministri o del vescovo diocesano. Se i Fratelli e le sorelle sono angariati dalle autorità o amministratori dei luoghi in cui vivono, i Ministri del luogo facciano ricorso ai vescovi e agli altri Ordinari del luogo, secondo le disposizioni degli stessi.

Si astengano dai giuramenti solenni se non costretti dalla necessità nei casi contemplati dalla Sede apostolica, cioè per salvaguardare la pace, la fede, in caso di calunnia o di compravendita quando ciò sembrerà opportuno.

Nel parlare quotidiano evitino di usare la parola giurare, e se a qualcuno capitasse per sbaglio di giurare invano, nella sera dello stesso giorno quando farà l'esame di coscienza, reciterà tre volte il Padre nostro per questa infrazione. Si ricordi ognuno di esortare la propria famiglia a compiere le preghiere al Signore. Tutti i Fratelli e Sorelle di ogni luogo e città, se hanno la possibilità, ascoltino la santa Messa giornalmente ed ogni mese nella chiesa indicata dai Ministri ascoltino la Messa solenne e offrano al massaro un denaro in moneta corrente, il quale la raccolga e secondo il consiglio dei Ministri la distribuisca tra i Fratelli e le Sorelle povere e soprattutto tra gli infermi e coloro che non possono avere il funerale e poi tra gli altri poveri e qualcosa anche alla chiesa ricordata. Procurino inoltre di trovare un religioso competente nella parola di Dio perché li esorti con sollecitudine a compiere opere di penitenza e di misericordia. Si studi ognuno durante l'ascolto della s. Messa e della parola di Dio di osservare il silenzio e sia attento alla parola e alla celebrazione, ameno che non sia occupato in opere di comune utilità alla Confraternita. Quando qualcuno dei Fratelli si ammala, i Ministri per

consuevit die ipso in sero cum debet recogitare quid fecerit, dicat tribus vicibus oracionem dominicam propter incaute facta huiusmodi iuramenta. Memor autem sit quilibet ut ad divina obsequia familiam propriam exortetur. Universi sane fratres et sorores cuiuscumque civitatis aut loci diebus singulis si commode poterunt misse officium audiant et mense quolibet ad ecclesiam sive ad locum ad quam vel quem ministri curaverint intimare convenient, missarum solemnia ibi audituri, unusquisque autem usualis monete denarium massario tribuant, qui pecuniam huiusmodi colligat et eam de consilio ministrorum inter fratres et sorores paupertate gravatos et precipue infirmantes ac eos qui funeris carere dinoscuntur exequiis et deinde inter pauperes alios dividant congruenter offerant insuper de dicta pecunia ecclesie memorare. Tuncque si commode poterunt virum religiosum et in verbo Dey competenter instructum habere procurent qui eos ad penitentiam et misericordie opera exercenda ortetur solicite moneat et inducat, studeat quilibet dum misse celebratur officium et predicatorum verbum preponitur servare scilicet oracioni et officio sit intentus nisi eum communis utilitas fraternitatis impedit. Cum autem quemquam ex fratribus infirmari contingerit ministri per se vel per alium seu alios si hoc eis infirmus fecerit intimari, semel in ebdomada visitare teneantur, egrotum ipsum solicite ad recipiendam penitentiam prout melius et efficaciter expedire putaverint, inducentes necessaria illi de bonis communibus ministrando. Et si praefatus infirmus de presenti luce migraverit, fratribus et sororibus tunc in civitate vel loco ubi eum contigerit mori presentibus nuncient ut defuncti exequiis procurent personaliter interesse, a quibus donec missarum fuerint celebrata solemnia et corpus tumulo conditum non recedant. Hoc quoque circa sorores infirmas et decedentes volumus observari. Preterea infra octo dies post ipsius sepulti obitum, immediate sequentes, quilibet fratrum et sororum ipsorum dicat pro anima eius sacerdos videlicet missam unam, scientes psalterium quinquaginta psalmos et illiteratus totidem Pater noster et in fine cuiuslibet Requiem eternam adiceat. Et preter hoc infra annum per fratrum et sororum tam vivorum quam defunctorum saltem tres missas faciant celebrari, qui vero psalterium sciverit illud

sé o per mezzo d'altri si preoccupino che siano visitati settimanalmente ed esortino l'ammalato con sollecitudine a ricevere il sacramento della penitenza somministrando a lui il necessario attingendo dai beni comuni. E quell'ammalato muore, annuncino la morte ai Fratelli presenti in quel luogo affinché partecipino personalmente al funerale. E non si allontanino prima che sia stata celebrata la s. Messa e tumulata la salma. Vogliamo che ciò sia osservato anche per le Sorelle inferme e defunte. Entro gli otto giorni dopo la sepoltura ogni Fratello e Sorella reciti per la anima di lui, se sacerdote celebri una Messa, coloro che sanno leggere il Salterio recitino cinquanta salmi, e coloro che non sanno leggere altrettanti Pater Noster e in fino d'ognuno il Requiem aeternam. Oltre a ciò, entro l'anno si faccia celebrare almeno tre sante Messe tanto per i vivi che per i defunti; chi sa leggere il Salterio reciti quello e gli altri recitino cento volte il Pater noster senza tralascia in fine di ognuno il Requiem aeternam.

Ognuno si assuma devotamente gli impegni qui elencati e li adempia fedelmente. Questi suffragi si possono adempiere entro uno spazio di tempo ragionevole. Nessun Ministro sia eletto a vita ma il suo ministero si svolga entro un tempo conveniente. I Ministri, i Fratelli e le Sorelle di ogni luogo e città si portino alla visita comune in qualche luogo religioso o chiesa dove possa esservi questo luogo e abbiano un visitatore sacerdote che sia di provata vita religiosa, il quale imponga loro una penitenza salutare per le mancanze commesse. Nessun altro possa prestare loro questo compito di visitatore. Poiché questa forma di vita ebbe la sua istituzione da s. Francesco, consigliamo che i visitatori e gli istruttori siano assunti dall'Ordine dei Frati Minori, assegnati ad arbitrio dei guardiani o Custodi del medesimo Ordine. Non vogliamo tuttavia che questa Congregazione sia visitata da un

dicat et ceteri oracionem dominicam cencies dicere non ommittant Requiem eternam in fine cuiuslibet addituri. Ministeria quoque et alia officia que presentis formule series exprimit imposita sibi quisque devote suscipiat curetque fideliter exercere. Officium autem cuiuslibet certi temporis spacio dimittetur. Nullus minister instituatur ad vitam, et eius ministerium certus terminus comprehendat. Ad hec ministri [et] fratres et sorores civitatis et loci cuiuslibet ad visitationem comunem in aliquo loco religioso vel ecclesia ubi locum huiusmodi contingit deesse, convenient et visitatorem habeant sacerdotem qui alicuius probate religionis existat, quique illis de comissis et ecessibus iniungat penitentiam salutarem. Nec quivis aliis possit eis huiusmodi visitationis officium exhibere. Quia vero presens vivendi forma institutionem a beato Francisco prelibato suscepit, consulimus ut visitatores et informatores de fratum Minorum ordine assumantur, quos custodes vel guardiani eiusdem Ordinis cum super hoc requisiti fuerint duxerint assignandos. Nolumus tamen congregationem huiusmodi a laico visitari. Huiusmodi autem visitationis officium semel exerceatur in anno nisi necessitate suadente aliqua fuerit pluries faciendo. Incorrigibiles vero ac inobedientes monitio trina preveniat. Qui sese corrigere non curaverint, de ipsius congregationis consorcio expellantur omnino de consilio discretorum. Vitent insuper fratres et sorores iuxta posse litigia inter se, illa si sussitari contigerit solicite dirimendo, alioquin de iure coram illo respondeant, apud quem potestas residet iudicandi. Ordinarii autem locorum vel visitator cum fratribus et sororibus universis in astinenciis, ieyuniis et austerioribus aliis ex causa legiptima cum expedire viderint poterunt dispensare. Ministri vero manifestas fratum et sororum culpas, visitatori denuncient puniendas. Et si quisquam incorrigibilis fuerit post trine admonitionis instanciam a ministris de discretorum fratum aliquorum consilio, visitatori nuncietur, eydem de fraternitatis consorcio obiciendus ab ipso et in Congregacione postmodum publicandus.

Ceterum in premissis omnibus atque fratres et sorores vestri ordinis non ex divinis preceptis vel statutis tenentur ecclesie nullum ipsorum ad mortalem culpam obligari, sed impositam sibi penitenciam per

laico. Questa visita sia fatta una volta all'anno, a meno che la necessità richieda che si ripeta più volte. Gli incorreggibili e i disobbedienti siano ammoniti tre volte. Coloro che non si cureranno di correggersi sia assolutamente espulsi dalla Congregazione su consiglio dei discreti. I Fratelli e le Sorelle evitino per quanto possono le liti fra loro; se dovessero sorgere siano subito sedate altrimenti siano deferiti a colui che può giudicarli. Gli ordinari del luogo e il visitatore possono dispensare per causa legittima dall'astinenza, dal digiuno e dalle penitenze austere tutti i Fratelli e le Sorelle. I Ministri denuncino al visitatore le colpe soggette a punizione dei Fratelli e Sorelle. E se uno risulta incorreggibile, dopo tre ammonizioni inflitte dal visitatore, su consiglio di alcuni Fratelli discreti sia denunciato al Visitatore, e allontanato dallo stesso dalla Congregazione e ciò venga pubblicato nella Congregazione.

Nessun Fratello e Sorella del vostro Ordine sia obbligato sotto colpa mortale dai precetti o statuto della Chiesa, però cerchi di soddisfare efficacemente la colpa commessa mediante la penitenza accolta con umiltà. Nessun osi rendere vana questa pagina del nostro Statuto i ordinazione od opporsi temerariamente. Se qualcuno attenterà ciò, sappia che incorrerà nella indignazione di Dio onnipotente e dei beati apostoli Pietro e Paolo ecc.

Rieti 18 agosto anno secondo del nostro Pontificato.

Io Nicolò Zangrandi fu Giovanni cittadino oriundo e abitante a Parma nel rione di s. Marco della Porta benedetta, notaio pubblico di autorità imperiale, notaio e scrivano della Curia vescovile di Parma, fui presente alla presentazione ecc. fatti dal detto Ministro, nonché all'ascolto, insinuazione, dichiarazioine per mandato e con decreto del signor Vicario della

transgressionis excessu prompta umilitate recipiat et efficaciter studeat adimplere. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostri statuti et ordinacionis infringere vel ey ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dey et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum etc.

Datum Reate quintodecimo kallendas septembbris Pontificatus nostri anno secundo.

Ego Nicolaus de Zangrandis natus quondam Iohannis civis oriundus et incola civitatis Parme, vicinia sancti Marci porte benedictae, publicus imperiali auctoritate notarius, ac notarius et scriba Curie episcopalis parmensis predictarum litterarum apostolicarum et transumpti presentacione exhibicie, peticione et requisitione factis per dictum ministrum necnon ipsarum insinuacioni auscultacioni declaracioni, mandato ac decreti interposicioni factis ut

lettera apostolica predetta, insieme con i notai sottoscritti e testimoni soprascritti, richiesto la scrisse in forma pubblica di mano propria ecc. fu trovata concordante con l'originale ecc, e in fede mi sono sottoscritto con nome e sigillo propri.

Io Antonio de Botis fu Marco cittadino oriundo e abitante a Parma nel rione di s. Bartolomeo della Ghiaia della Porta di Parma, notaio pubblico ecc.

Io Gasparo Zangrandi figlio dell'egregio signor Nicolò cittadino oriundo a abitante di Parma nel rione di s. Marco della Porta Benedetta notaio pubblico ecc... notaio e scrivano della Curia vescovile di Parma...

supra per praefatum dominum vicarium una cum notariis infrascriptis et testibus suprascriptis, ibi presens fui et eas et ea rogatus tradidi et in formam publicam suprascriptam manu propria scripsi et notavi et quia etiam ipsum transumptum manu infrascripti Antonii de Botis notarii transcriptum ut supra appareat, cum dictis litteris apostolicis originalibus coram praefato domino vicario una cum infrascriptis Antonio de Botis, Gaspero de Zangrandis et Iohanne Antonio de Pavarano notariis infrascriptis et in presentia testium suprascriptorum fideliter auscultavi et ab ipsis litteris in nullo discrepare reperi, ideo ut fides de cetero eidem transumpto adhibeatur in iudicio et extra de mandato praefati domini vicarii me eidem omnibus scriptis in fidem premissorum omnium subscripsi cum attestatione nominis mei proprii et signi consueti.

Ego Antonius de Botis filius quondam domini Marci civis oriundus et incola civitatis Parme in vicinia sancti Bartolomei de Glarea porte de Parma, publicus imperiali auctoritate notarius predictarum litterarum apostolicarum et earum transumpti per me in hanc publicam formam transcripti presentacione, exhibicione, petizione et requisicione factis per dictum ministrum necnon earumdem insinuacioni auscultacioni, declaracioni presens fui, ipsumque transumptum cum dictis litteris originalibus de mandato praefati domini vicarii una cum suprascripto ser Nicolao de Zangrandis et infrascriptis Gaspero de Zangrandis et Iohanne Antonio de Panarano notariis Curie episcopalnis parmensis infrascriptis fideliter auscultavi. Et quia ipsum transumptum cum dictis originalibus litteris concordare inveni et in nullo ab eisdem penitus discrepare, ut de cetero eydem transumpto plena fides in iudicio et extra adhibeatur, me in fidem omnium premissorum cum attestatione nominis mey proprii et signi consueti subscripsi in mayus robur premissorum.

Ego Gaspar de Zangrandis filius egregii et providi viri domini Nicolay civis oriundus et habitator civitatis Parme vicinie sancti Marci porte benedicte publicus imperiali auctoritate notarius ac etiam notarius et scriba Curie episcopalnis parmensis, predictarum litterarum apostolicarum et earum transumpti presentacione, exhibicione, petizione et requisicione factis per dicum ministrum,

Io Giovanni Antonio de Pavarano fu Tomaso cittadino oriundo e abitante a Parma nel rione di s. Salvatore della Porta Nuova, notaio pubblico..., notaio e scrivano della Curia vescovile di Parma ecc.

necnon earumdem insinuacionis, auscultacionis, declaracionis presens fui vidi et audivi, ipsumque transumptum cum dictis litteris originalibus de mandato praefati domini vicarii una cum suprascriptis Nicolao de Zangrandis patre meo et Antonio de Botis et infrascripto Iohanne Antonio de Pavarano notariis Curie episcopalnis parmensis infrascriptis fideliter auscultavi et quia ipsum transumptum cum dictis litteris originalibus concordare inveni et in nullo ab eisdem penitus discrepare, ut de cetero eydem transumpto plena fides in iudicio et extra adhibeatur, me in fidem premissorum omnium cum atestatione nominis mey proprii et signi consueti subscrispsi in maius robur premissorum.

Ego Iohannes Antonius de Pavarano natus quondam domini Tome civis oriundus et incola civitatis Parme in vicinia sancti Salvatoris porte nove, publicus imperiali auctoritate notarius, ac notarius et scriba Curie episcopalnis parmensis predictarum litterarum apostolicarum et earum transumpti presentacione, exhibicione, peticione et requisicione factis per dictum ministrum, ac non (=necnon) earumdem insinuacionis, auscultacionis et declaracionis presens fui vidi et audivi, ipsumque transumptum cum dictis litteris originalibus de mandato praefati vicarii unaa cum suprascriptis ser Nicolao de Zangrandis Antonio de Botis et Gaspero de Zangrandis notariis Curie episcopalnis parmensis suprascriptis fideliter auscultavi et quia ipsum transumptum cum dictis litteris originalibus concordare inveni et in nullo ab eisdem penitus discrepare, ut de cetero eidem transumpto plena fides in iudicio et extra adhibeatur, me in fidem omnium et singulorum premissorum cum atestatione subscrispsi signumque meum tabelionatus apposui consuetum.

Nel nome di Cristo amen. Martedì 5 settembre 1469 a Trento, nella Contrada del Borgonuovo, nella casa e luogo delle udienze del sottoscritto Vicario, presenti come testimoni insieme a molti altri, ser Luchino fu nobile ser Giacomo da Gargnano, ser Vittore fu ser Bartolomeo dalle Guaine da Trento ambedue cittadini e abitanti a Trento, Nicolò servo del Vicario sottoscritto, Serafino Serafini e Nicolò suo genero

In Christi nomine amen. Anno Nativitatis eiusdem millesimo quaticentesimo sexagesimo nono indicione secunda die martis quinto mensis septembris, Tridenti in Contrata Burgi Novi in domo et loco audiencie infrascripti domini Vicarii presentibus nobilibus ac providis viris ser Luchino quondam nobile viri ser Iacobi de Gargnano, ser Victore quondam ser Bartolomei a Vaginis de Tridente ambobus civibus et habitatoribus Tridenti, Nicolao

ambedue da Storo valle di Bono
diocesi di Trento.

Ivi davanti al reverendissimo in
Cristo padre signor Giovanni di
Eberardo dottore in legge, pievano di
Terlano e vicario in spiritualibus del
reverendissimo in Cristo padre e
signore Giovanni per grazia di Dio e
della Sede apostolica vescovo e
principe di Trento.

Questa copia fatta da me
Leonardo sottoscritto, desunto da
altra copia sottoscritta dai notai
parmensi, fu letta e presentata al
medesimo signor Vicario ad istanza
dell'egregio e onesto religioso uomo
Fratello Cristoforo notaio da Cadine
cittadino e abitante a Trento,
Ministro della Congregazione dei
fratelli e sorelle della penitenza del
Terz'Ordine di san Francesco della
detta città di Trento e in presenza del
Vicario da me Leonardo notaio
soprascritto e sottoscritto e da altri
notai sottoscritti e legisperiti, fu
confrontato con l'altra copia, e
avendolo il detto Vicario
giudizialmente riconosciuto
concordante con la copia detta sopra,
perché a questa copia si potesse
prestare piena fiducia, interpose la
sua autorità e il suo decreto
giuridico.

S. N. Io Francesco Giuseppe
figlio di ser Domenico Gelfo
cittadino e abitante a Trento, notaio
di autorità pubblica, ho ascoltato la
lettura della copia fatta dal notaio
Leonardo confrontandola con
l'originale insieme al notaio
sottoscritto Federico, alla presenza
del sopradetto Vicario. Ed avendola
trovata concorde in tutto, ad istanza
ecc. mi sottoscrisse apponendo il mio
nome e il mio sigillo notarile
consueto.

S. N. Io Federico Cerri notaio
pubblico di autorità imperiale figlio
del nobile ser Giovanni Michele

famulo infrascripti domini Vicarii, Serafino
de Serafinis et Nicolao eius genero ambobus
de Setauro Vallis Boni, diocesis tridentine,
testibus et aliis pluribus ad hec vocatis
specialiter et rogatis.

Ibidem coram reverendissimo in Christo
Patre domino Iohane Eberardi decretorum
doctore plebano in Terlano ac in spiritualibus
Tridenti pro reverendissimo in Christo Patre
et domino domino Iohane Dei et apostolice
Sedis gratia episcopo et domino Tridenti in
temporalibus dignissimo et benemerito
Vicario generali. – Hoc exemplum per me
Leonardum notarium infrascriptum sumptum
ex quodam alio exemplo subscripto manu
suprascriptorum notariorum parmensium,
lectum et productum fuit et ipsi domino
Vicario insinuatum ad instanciam egregii ac
honesti religiosi viri fratriss Christofori notarii
de Cadine civis et habitatoris Tridenti
Ministri Societatis Fratrum et Sororum de
penitencia Tercii Ordinis Sancti Francisci
dictae civitatis Tridenti et in eius domini
Vicarii presenciam per me Leonardum
notarium scriptum et infrascriptum et alios
subscriptos notarios et legis peritos cum dicto
alio exemplo subscripto et suprascripto
auscultatum et prelectum et cum idem
dominus Vicarius sedens pro tribunali
cognoverit illud cum dicto alio exemplo
subscripto ut supra per ordinem concordare.
Ut eidem exemplo de cetero plena adhibeatur
fides in iudicio et extra suam et prelibati
reverendissimi domini Tridenti auctoritatem
interposuit et iudiciale decretum.

S.N. Ego Franciscus Gelphus filius
quondam Dominici Gelfi civis et habitatoris
Tridenti publica imperiali auctoritate notarius
hoc suprascriptum exemplum scriptum manu
suprascripti Leonardi notarii una cum eodem
Leonardo notario et infrascripto Federico
notario publica imperiali auctoritate cive et
habitatore Tridenti cum dicto alio exemplo ut
supra subscripto coram antedicto domino
Vicario fideliter et diligenter auscultavi et quia
utrumque in omnibus et per omnia
concordare inveni de mandato praefati
domini Vicarii ad instanciam dicti fratriss
Christofori Ministri ut eidem exemplo in
iudicio et extra plena fides adhibeatur me
subscripsi, signumque mei tabelionatus
officii hic ante hanc meam subscriptionem et
signum proprii officii apposui consuetum.

S.N. Ego Federicus de Ceiis publicus
imperiali auctoritate notarius filius nobilis

Cerri di Pergine cittadino e abitante a Trento, la soprascritta copia ecc.

S. N. Io Leonardo da Montebello della Valsugana fu nobile ed egregio ser Guglielmo dallo stesso Montebello notaio pubblico con autorità imperiale e giudice ordinario, questa copia trascritta da me da una copia sottofirmata dai soprascritti notai di Parma, scritto da me Leonardo notaio soprascritto insieme col famoso legisperito Francesco Gelfo ed il giovane Federico Cerri lo ascoltai e lo rivenni identico al documento soprascritto. Affinché il documento abbia valore legale in e fuori giudizio, pregato da Frate Cristoforo Ministro, qui mi sottoscrissi di propria mano e davanti a questa sottoscrizione apposi il sigillo consueto del mio officio di notaio.

viri ser Iohannis Michaelis de Ceiis de Perzino civis et habitator Tridenti hoc superscriptum exemplum scriptum manu suprascripti et infrascripti ser Leonardi notarii de Montebelo una cum soprascripto domino Francisco Gelpho infrascripto publico imperiale autoritate notario cum dicto alio exemplo superscripto ut supra coram antedicto domino Vicario fideliter et diligenter auscultavi et quod utrumque in omnibus et per omnia concordare inveni de memento praefati domini Vicarii ad instanciam praefati fratris Cristofori Tercii Ordinis Ministri ut eidem exemplo de cetero plena fides adhibeatur in iudicio et extra me subscrispsi. Signumque mei tabelionatus officii hic ante hanc meam subscriptionem in fidem premissorum apposui consuetum.

S.N. Ego Leonardus de Montebello de Valle Sugana quondam nobilis et egregii viri ser Gulielmi de eodem Montebello publicus imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius hoc suprascriptum exemplum sumptum et transcriptum ex quodam alio exemplo ut supra scripto per suprascriptos notarios parmenses scriptum et insinuatum per me Leonardum notarium antedictum una cum dicto alio exemplo ut supra subscripto fideliter et diligenter cum suprascripto famoso legis perito domino Francischo Gelfo et nobili iuveni Federicho de Ceris publicis imperiali auctoritate notariis auscultavi et quod ipsum exemplum per me scriptum cum dicto alio exemplo subscripto ut supra concordare inveni. Ut ipius exemplo per me suprascripto et transcripto ut supra de cetero plena fides adhibeatur in iudicio et extra rogatus et requisitus per suprascriptum Fratrem Christoforum Ministrum hic me propria manu subscrispsi et signum mei tabelionatus officii ante meam subscriptionem apposui consuetum. In fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

151.

Ferrara, 1598 novembre 13.

Clemente VIII concede la facoltà di fondare il convento dei Francescani di Borgo Valsugana in seguito alla richiesta presentata dal barone Sigismondo Welsperg, il sindaco della comunità e la popolazione di quel borgo. Sigillo (sub annulo Piscatoris) in ceralacca rossa quasi intatto.

Clemens Papa VIII.

Venerabilis frater seu dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem. Exigit pietas ac singularis devotionis affectus, quo dilecti filii Sigismundus Baro Welspergg ac Sindicus Universitas et homines Burgi vallis Suganae tuae Montisfeltri diocesis beatum Franciscum confessorem eiusque Religionem prosequuntur, ut eorum piis votis in his praesertim quae ad predictae Religionis et divini cultus augmentum pertinent quantum cum Domino possumus favorabiliter annuamus. Exponi siquidem nobis nuper fecerunt Sigismundus Baro ac sindicus Universitas et Homines predicti quod cum Populus dicti loci valde numerosus et in eodem loco pro administrandis Sacramentis tres et quandocunque quatuor tantum sacerdotes existant Homines et Populus predicti Sacramentorum ac aliorum spiritualium bonorum frequentia ut cuperent non possunt. Quare ut in posterum eorum spirituali consolationi et divini cultus augmento Religionisque Seraphici Patris Beati Francisci amplius consulatur, cupiunt in dicto loco unam Domum Fratrum reformatorum Ordinis eiusdem Sancti Francisci de observantia erigere et instituere. Quare nobis humiliter supplicari fecerunt ut nostram in praemissis auctoritatibus interponere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur pium eorumdem Sigismundi Baronis ac Sindici, Universitatisque et Hominum predictorum desiderium summopere commendantes eosque specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes necnon eorum quemlibet a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt ad affectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore centes, huiusmodi supplicationibus inclinati, Fraternitati tuae Frater episcope, seu discretioni tuae fili Vicarie per praesentes committimus et mandamus ut in predicto Burgo vallis Suganae in loco ad hoc apto et accomodo a predictis exponentibus assignando et ad usum domus pro fratribus dicti Ordinis eorumdem exponentium sumptibus decenter edificando unam domum Fratrum Reformatorum dicti Ordinis Minorum Sancti Francisci de observantia cum claustris, dormitorio aliisque officiis et officinis necessariis necnon apud ipsam Domum ecclesiam cum campanili ac campanis et sacristia in qua fratres dicti Ordinis in eadem Domo de suorum superiorum licentia introducendi, missas et alia divina officia celebrare possint auctoritate nostra apostolica perpetuo erigere ac ecclesiam et Domum praedictas cum eorum iuribus et pertinentiis universis fratribus predicti Ordinis pro eorum perpetuis usu et habitatione, ita tamen ut duodecim ad minus fratres dicti Ordinis ibi pro divinis officiis peragendis continuo residere debeant, concedere et assignare eadem auctoritate cures. Ac eidem Domui postquam erecta fuerit eiusque futuris Guardiano seu Ministro et fratribus, ut omnibus et singulis gratiis indultis concessionibus favoribus exemptionibus libertatibus immunitatibus indulgentiis et privilegiis quibus aliae eiusdem Ordinis domus et fratres utuntur fruuntur et gaudent ac uti frui et gaudere possunt et poterunt in futurum uti frui et gaudere sine aliquan prorsus differentia possint et valeant radem auctoritate nostra concedas. Hos (sic) enim ex nunc irritum et inane decernimus quidquid secus super his a quoque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus felicis memoriae Bonifacii Papae VIII predecessoris nostri fratribus mendicantibus novas domus ad habitandum recipere prohibente aliisque apostollicis ac in universalibus provincialibus et synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac etiam eiusdem Ordinis iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Ferrariae sub annulo Piscatoris die XIII novembris M.D.XCVIII
Pontificatus nostri anno septimo.

M. Vestricus Barbianus

152.

Frammento recuperato da legatura di libro.

153.

1664 giugno 14.

Frammento recuperato da legatura di libro.

154.

Basilea, 1436 giugno 26.

Sentenza emessa nel Concilio di Basilea, relativa al monastero di s. Lorenzo in Trento. Due sigilli pendente. in capsula.

155.

Termeno, 1709, aprile 1.

Documento in lingua tedesca, male conservato: Maria Elisabetta nata Thuegg in moglie di Bartolomeo Terlitens, di Termeno ecc.

156.

Vienna, 1694 settembre 24.

Leopoldo I d'Austria imperatore del Sacro Romano Impero, con suo diploma prende sotto la sua protezione il convento di s. Bernardino dei Frati Minori Riformati di Trento, degli altri conventi, beni e Frati della Provincia tridentina di s. Vigilio di Trento.

Nos Leopoldus divina favente clementia electus Romanorum imperator semper augustus Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. Sclavoniae rex, archidux Austriae, dux Burgundiae, Styriae, Carinthiae, Carnioliae ac Wirtembergae, comes Habsburgi, Tyrolis ac Goritiae etc. Agnoscamus et notum facimus tenore praesentium quod cum Provincia Tridentina Sancti Vigilii Ordinis Minorum Strictioris Observantiae Reformatorum humillime nobis supplicaverit quatenus se una cum personis ac omnibus conventibus praesertim vero conventum sancti Bernardini non ita dudum extra civitatis tridentinae muros noviter erectum, omnia mobilia ac immobilia speciali nostra caesarea regnorumque nostrorum haereditariorum protectione, tutela et salva guardia adversus quorumcumque iniurias clementer munire dignaremur, nos pro eo quo dictae Provinciae Tridentinae, personis ac omnibus conventibus perbenigne cupimus ex certa nostra scientia, animo bene deliberato, deque caesareae nostrae et archiducalis potestatis plenitudine eamdem, personasque una cum omnibus conventibus, redditibus, bonis, rebusque universis et singulis in certam, indubitatam, efficacem et specialem nostram et regnorum nostrorum haereditariorum protectionem, tutelam et salvam guardiam susceperimus et assumpserimus, quemadmodum harum vigore suscipimus, cooptamus atque assumimus, volentes et serio decernentes, quod praedicta Provincia Tridentina una cum personis, conventibus, eorumdem redditibus, ac bonis tam mobilibus quam immobilibus sub caesareae archiducalis nostrae authoritatibus tutela

protectione et salva guardia, fide publica et imperialis aquilae umbra, salva, secura, protecta et ab omni iniuria, violentia, oppressione, vexatione, molestia libera et tuta esse, omnibus que et singulis aliisque immunitatibus, privilegiis, exemptionibus, favoribus, praerogativis et indultis, quibus alii sub simili tutela, protectione et salva guardia nostra imperiali et archiducali constituti quomodolibet iure vel consuetudine utuntur, fruuntur, potiuntur et gaudent, uti frui, potiri et gaudere possit, valeat ac debeat, omni cuicunque contradictione et impedimento submoto et in publicum ac luculentius horum omnium testimonium in omnibus conventibus saepedicta Provincia Tridentina ad valvas, portas, ianuas aliaque loca ubi opus fuerit nostra caesarea aut regnorum et provinciarum nostrarum haereditariarum arma et insignia pro salva guardia, libertate, securitateque publica affingendi vel appingendi pro arbitrio potestatem autoritatemque habeat.

Mandamus itaque et praecipimus serio omnibus et singulis principibus ecclesiasticis et saecularibus, archiepiscopis, episcopis, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, nobilibus, militibus, clientibus, capitaneis, vice dominis, gubernatoribus, castellanis, vexilliferis, urbium oppidorumque communitatum et quorumcumque locorum rectoribus, burgimagistris, consulibus et iudicibus necnon portuum, pontium et passuum quorumvis custodibus, item gabellarum et tributorum exactoribus, telonariis, portitoribus, omnibusque nostri et regnorum atque provinciarum nostrarum haereditariarum subditis ac fidelibus dilectis cuiuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis aut praeeminentiae fuerint, gratirose mandamus, eoque hortamur, unicuique autem moderno et subsequenti locumtenenti sive capitaneo civitatis tridentinae serio praecipimus ut supra memoratam Provinciam Tridentinam sancti Vigilii Ordinis Minorum strictioris observantiae Reformatorum una cum personis, omnibus conventibus praesertim vero conventu s. Bernardini non ita quidam extra civitatis tridentinae muros noviter erecto ac denique cunctis mobilibus atque immobilibus, hac nostra et archiducalis protectionis, tutelae, defensionis ac salvae guardiae gratia contra ullum impedimentum aut contradictionem, uti fruique sinant, necnon adversus quoscumque violentias atque iniurias tueantur, defendant et manuteneant, idque ab aliis quantum in ipsis erit sedulo fieri current, atque allaborent, quatenus gravissimam nostram indignationem et praeterea viginti marcarum auri puri ex semisse in aerarium nostrum oenipontanum sive fiscum ibidem inferendarum, ex altero semisse parti laesae persolvendarum poenam evitare voluerint. Harum testimonio literarum manus nostraræ subscriptione et sigilli nostri caesarei appensione munitarum, quae dabantur Viennæ, die vigesima quarta mensis septembris anno millesimo sexcentesimo nonagesimo quarto regnorum nostrorum Romani trigesimo septimo, Hungarici quadragesimo, Bohemici vero trigesimo nono.

Leopoldus

Ad mandatum Sacrae Caesareae Maiestatis proprium.

Adamus Remich

156A.

Vienna, 1696 marzo 23.

Leopoldo I d'Austria imperatore del Sacro Romano Impero rinnova la sua protezione sulla Provincia dei Frati Minori Riformati di Trento. Non possono essere costretti a ricevere i Commissari Visitatori provenienti dall'area italiana senza il permesso del Regime di Innsbruck.

Nos Leopoldus divina favente clementia electus Romanorum imperator semper augustus Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae Sclavoniae etc. rex. Archidux Austriae dux Burgundiae, Styriae, Carinthiae, Carnioliae et Würtembergae, comes Habsburgi, Tyrolis et Goritiae etc.

Notum facimus tenore praesentium quibus expedit universis, quod expediri quidem ante novem circiter annos fecerimus decretum declarativum: Provinciam Tridentinam divi Vigilii nuncupatam Strictioris Observantiae Reformatorum Sancti Francisci augustae nostrae domui et dominio non minus quam caeteris germano-austriacas utpote intra terminos Tyrolis sitam, esse subiectam; sed cum forsan id paucis adhuc innotuerit, harum vigore non solum illud plenissime confirmamus, verum etiam praedictae Provinciae sub speciali nostra caesarea et archiducali protectione et tutela fundatae de plenitudine potestatis omnia privilegia, praerogativas, gratias et exemptiones cunctis aliis Provinciis Germaniae a nobis concessas vel a successoribus nostris concedendas impertimur, et elargimur, singulariter volentes, ut praefata Provincia Tridentina non teneatur admittere Commissarios Visitatores absque nostro vel excelsi nostri Regiminis oenipontani consensu nisi eo modo quo a reliquis Provinciis germano-austriacis recipiuntur.

Idcirco universis et singulis ecclesiasticis et saecularibus personis cuiuscumque gradus, conditionis et praeeminentiae mandamus, ut memoratam Provinciam Tridentinam, ac omnes eius conventus et loca tractent more et consuetudine aliarum Provinciarum austriacarum, nec ipsam, vel ipsius religiosos perturbent, molestent, vel ad subeunda gravamina insolita compellant, quatenus indignationem nostram evitare voluerint, et nos ad remedium opportunum, ac necessarium ferendum non obligare.

Datum Viennae in civitate nostra die vigesima tertia martii anno millesimo sexcentesimo monagesimo sexto regnum nostrorum Romani trigesimo octavo, Hungarici quadragesimo primo, bohemici vero quadragesimo.

Leopoldus

Ad mandatum sacrae caesareae

Maiestatis proprium

Adamus Remich

156B.

Vienna, 1730 dicembre 8.

Carlo VI d'Austria imperatore del Sacro Romano Impero, con suo diploma rinnova la protezione alla Provincia dei Frati Minori Riformati di Trento concessa da Leopoldo I.

Nos Carolus Sextus divina clementia electus Romanorum imperator, semper augustus ac Germaniae, Hispaniarum, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae, etc. rex, archidux Austriae, Dux Burgundiae, Styriae, Carinthiae, Carnioliae et Wirtembergae, comes Habsburgi, Flandriae, Tyrolis, Goritiae et Gradiscae etc. etc.

Notum facimus tenore praesentium, quibus expedit universis, quod, cum a serenissimo, potentissimo et invictissimo quondam principe Romanorum quoque imperatore Leopoldo Germaniae etiam Hungariae, Bohemiaeque rege, archiduce Austriae etc. colendissimi domini genitoris nostri maiestate ac dilectione gloriosae reminiscientiae Provinciae Tridentinae Ordinis Reformatorum Sancti Francisci a Sancto Vigilio nuncupata, una cum redditibus, bonis, rebusque suis universis et singulis in caesaream et archiducalem protectionem atque tutelam non modo suscepta, verum et

cunctis privilegiis, praerogativis, gratiis et exemptionibus, quae eis caeterae huius Ordinis Provinciae Austriacae gaudent, eo annexo quod sine caesareo vel regiminis nostri oenipontani ascensu Commissarios Visitatores ex Italia alio modo quam a reliquis Provinciis germanico-austriacis recipiuntur, admittere nequaquam teneantur, munita sit, nobisque hac super religiosi Fratres dictae Provinciae humillime supplicarunt, ut et nos iam rerum potientes, praetactas gratiarum literas annis supra millesimum et sexcentesimum nonagesimo quarto ac sexto, mensibus respective vigesima quarta septembbris et vigesima tertia martii ipsis concessas clementissime approbare, innovare atque confirmare dignaremur.

Benigno itaque, quo in viros religiosos ferimur affectu, aequissime huic petitioni annuentes ex certa nostra scientia, animo bene deliberato, deque caesareae regiae et archiducalis potestatis nostrae plenitudine, atque authoritate repetitae Provinciae Ordinis Reformatorum Sancti Francisci memoratas protectionis, exemptionis, gratiarumque literas, ac si hic de verbo ad verbum insertae essent, omnino approbabimus, innovavimus, confirmavimusque, prout eas vigore praesentium clementer approbamus, innovamus et confirmamus. Decernentes et expresse volentes, ut Provincia Tridentina Ordinis Reformatorum Sancti Francisci, omnesque eius conventus et loca ulteriori nostra protectione gaudeant et fruantur, nec non aliarum Provinciarum, austriacarum more tractentur. Ac proinde omnibus et singulis ecclesiasticis et secularibus personis cuiuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis aut praeeminentiae existant, praesertim autem capitaneis et locumtenentibus, tribunalibus, magistratibus, subditis et fidelibus nostris hisce serio mandamus atque praecipimus, ut nostro nomine saepe nominatae Provinciae Tridentinae religiosos Fratres Sancti Francisci Ordinis Reformatorum iuxta tenorem praerallegatarum literarum a nobis confirmatarum, adversus quoscumque tueantur, defenadant et manuteneant, idemque a suis fieri sedulo current, contrarium enim facientes, sciant se gravissimam indignationem nostram, mulctamque in prioribus expressam incursuros; harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum et sigilli nostri appensione munitarum, quae dabantur in civitate nostra Viennae, die decima octava mensis decembris, anno millesimo septingentesimo trigesimo, regnum nostrorum, Romani vigesimo, Hispanicorum vigesimo octavo, Hungarici et Bohemici itidem vigesimo.

Carolus

Ad mandatum sacrae caesareae
et catholicae Maiestatis proprium
Ios. Fig. a May

157.

Vienna, 1742 settembre 25.

Maria Teresa regina di Ungheria, ecc. come contessa del Tirolo, rinnova, col diploma seguente, la protezione speciale concessa dall'imperatore Leopoldo I in due volte e rinnovata da Carlo VI nel 1730, alla Provincia dei Frati Minori Riformati di s. Vigilio di Trento

Nos Maria Theresia divina favente clementia Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae Regina, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Styriae, Carinthiae et Carnioliae (sic) ac Wirtembergiae: Comes Habsburgi, Flandriae, Tyrolis, Goritiae et Gradiscae, nupta Dux Lotharingiae et Barri, Magna Dux Hetruriae etc.

Agnoscimus ac notum facimus tenore praesentium quibus expedit universis; quod

nobis honorabiles et religiosi, devoti nobis dilecti Fratres Ordinis Reformatorum Sancti Francisci Provinciae Tridentinae, a s. Vigilio nuncupatae, humillime exposuerint, gloriosissimum avum nostrum quondam Romanorum Imperatorem Leopoldum felicissimae memoriae, dictam Provinciam una cum redditibus, bonis, rebusque suis universis et singulis in augusta Domus nostra protectionem atque tutelam vigore diplomatum vigesima octava septembtis anno millesimo sexcentesimo nonagesimo quarto et vigesima tertia martii millesimo sexcentesimo nonagesimo sexto, desuper expeditorum, clementer assumpsisse, eamdemque cunctis privilegiis, praerogativis, gratiis et exemptionibus, quibus coeterae huius Ordinis Provinciae Austriacae gaudent, eo annexo, quod sine Aulae vel Regiminis nostri oenipontani assensu Commissarios Visitatores ex Italia alio modo, quam a reliquis Provinciis germanico-austriacis recipientur, admittere nequaquam teneatur benigne munivisse = has porro protectionis et exemptionis literas colendissimi quondam domini et genitoris nostri caesaream regiamqua catholicam maiestatem et dilectionem piissimae recordationis die decima octava decembbris anno millesimo septingentesimo trigesimo clementissime confirmasse.

Nobis his ipsis in authentica forma exhibitis demisse supplicantes, ut et Nos, iam rerum potentes, praedictas gratiarum literas benigne approbare, innovare atque confirmare dignaremur. Benigno itaque, quo in viros religiosos ferimus affectu, aequissimae huic petitioni annuentes, ex certa nostra scientia, animo bene deliberato, deque regiae et archiducalis potestatis nostrae plenitudine atque authoritate repetitae Provinciae Ordinis Reformatorum sancti Francisci memoratas protectionis, exemptionis, gratiarumque literas, ac si de verbo ad verbum huic diplomati insertae essent, omnino approbavimus, innovavimus, et confirmavimus, prout eas vigore praesentium clementer approbamus, innovamus, et confirmamus, decernentes et expresse volentes, ut Provincia Tridentina Ordinis Reformatorum s. Francisci, omnesque eius conventus et loca ulteriori nostra protectione gaudeant et fruantur, ac non alio, quam coeterae Provinciae austriacae, more tractentur. Omnibus proinde et singulis regnorum et Provinciarum nostrarum haereditiarum ecclesiasticis et saecularibus personis, cuiuscumque status, gradus, ordinis et conditionis, dignitatis vel praeminentiae existant, praesertim autem capitaneis et locumtenentibus, tribunalibus, magistratibus, subditis et fidelibus nostris hisce serio mandamus atque praecipimus, ut nostro nomine, saepe nominatae Provinciae Tridentinae religiosos fratres s. Francisci Ordinis Reformatorum iuxta tenorem praetulparum literarum a nobis confirmatarum adversus quoscumque tueantur et defendant, idemque a suis fieri sedulo current, secus gravissimam indignationem nostram multtamque in prioribus expressam, incursuri. Harum testimonio literarum, manu nostra subscriptarum et sigilli nostri regii et archiducalis appensione munitarum. Quae dabantur in civitate nostra Viennae vigesima quinta mensis septembbris anno millesimo septingentesimo quadragesimo secundo, regnorum nostrorum secundo.

Maria Theresia

Ad mandatum sacrae regiae maiestatis proprium

Melchior Commissarius Schludespach

158.

Roma, 1817 marzo 7.

Papa Pio VII concede l'indulgenza plenaria a coloro che visiteranno la chiesa

parrocchiale di Mezzomonte. La concessione è valida soltanto per 7 anni.

Pius Papa VII.

Universis Christifidelibus praesentes literas inspecturis salutem et apostolicam Benedictionem. Ad augendam fidelium religionem et animarum salutem coelestibus ecclesiae thesauris pia charitate intenti; omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus et confessis ac s. Communione refectis, qui ecclesiam parochialem di Mezzo Monte tridentinae dioecesis in Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi, ac celebritatis Omnium Sanctorum festis diebus, necnon dominica Paschatis, dominicae resurrectionis a primis vesperis usque ad occasum solis dierum huiusmodi singulis annis devote visitaverint et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione ac s. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die praedictorum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praesentibus ad septennium tantum valituris. Volumus ut si pro impetrazione, praesentatione, admissione, seu publicatione praesentium aliquid ad minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur praesentes nullae sint.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die VII martii MDCCCVII, Pontificatus nostri anno decimoseptimo.

Gratis pro Deo etiam scriptura.

Pro Domino cardinali Braschio de Honestis
G. Bernius subscriptus

158A.

Trento, 1908 ottobre 20.

Il vescovo francescano trentino Nicolò Marconi consacra la nuova chiesa del convento dei Frati Minori di Pergine.

Nicolaus ex Ordine Fratrum Minorum summa Dei et apostolicae Sedis gratia episcopus Pulatensis universis praesentes visuris et inspecturis salutem in Domino.

Notum facimus quod Nos die 20 octobris anni 1908, in Pontificalibus existentes Delegati excellentissimi et reverendissimi domini Coelestini Endricci, episcopi ac principis tridentini, consecravimus Ecclesiam S. S. Redemptoris Conventus Perginensis tridentinae dioecesis et Altare Maius cum aliis **quatuor** in ea existentibus, ad gloriam Omnipotentis Dei, et ad honorem S. S. Redemptoris; S. P. N. Francisci; Immaculatae Conceptionis B. M. V.; Sancti Antonii Patavini; et Sanctae Clarae Virginis, et in singulis inclusimus Reliquias Sanctorum Martyrum Theodori et Felicitatis: quam ob rem singulis Christi fidelibus, hodie unum annum et in die anniversario Consecrationis huiusmodi Ecclesiae, ipsam visitantibus **quinquaginta** dies de vera Indulgencia, in forma Ecclesiae consueta, concessimus.

In quorum fidem has fieri iussimus et manu Nostra subscrispsimus.

Datum ex Conventu Sancti Bernardini Tridenti die 20 Octobris anno 1908.

+ frater Nicolaus Marconi Episcopus Pulatensis
in Albania, commendator Ordinis Francisci Iosephi.

158B.

NB. L'originale si trova fra i manoscritti al n. 317.

Pergamena magica del secolo XIV. Restaurata nel 1980 a spese della Provincia autonoma di Trento. Vi sono testi tolti dai quattro Evangelii, tre illustrazioni a colori e diverse frasi relative ai segni magici situati sul recto del margine della pergamena. Al verso vi è pure una parte scritta in tedesco. Il P. Giangrisostomo Tovazzi vi ha aggiunto la notizia relativa alla provenienza della pergamena. In origine era piegata a portafoglio per essere portata in tasca. Trascrivo solo le frasi predette corrispondenti ai simboli magici.

Scritte del lato sinistro fra i simboli degli Evangelisti Giovanni e Luca:

1. Contra tempestatem aque (contro le alluvioni)
2. Contra nocturnas infestationes (contro le infestazioni notturne)
3. Contra infelicitatem et angustiam (contro l'infelicità e l'angustia)
4. Contra omnes angustias (contro ogni angustia)
5. Ad salutem corporis et anime (per la salute del corpo e dell'anima)
6. Ut diligar ab omnibus (perché sia amato da tutti)
7. Figura Constantini imperatoris in periculo Figura di Costantino imperatore nel pericolo.
8. Hanc figuram vidit Adam in inferno (Adamo vide questa figura nell'inferno)
9. Contra detherentes et obloquentes (contro i detrattori e calunniatori)
10. In periculo anguis (nel pericolo del serpente)

Scritte sul fondo tra i simboli degli evangelisti Luca e Matteo:

1. Passio Domini nostri Iesu Christi secundum Iohannem (Passione di Gesù secondo Giovanni)
2. Contra Iebuseos et Phariseos pugnantes (contro i Gebusei e i farisei che combattono)
3. GHF tulerit demen in nulla parte ei nocere poterit
4. In iudicio et angustia (nel tribunale e nell'angustia)
5. Ad gratiam (?) Dominum obtainendi (per ricevere l'aiuto di Dio)
6. Contra tempestates et incantationes (contro le intemperie e gli incantesimi)

Lato destro fra gli evangelisti Matteo e Marco:

1. Ad humilitatem postulandi (per chiedere l'umiltà)
2. Fugura Veronice (Immagine della Veronica)
3. Ad amorem (per amare)
4. Ut in tribulatione letus sis (perché tu sia sereno nella tribulazione)
5. Contra caducum morbum (contro il mal caduco-epilessia)
6. Titulus triumphalis nostri Salvatoris (il simbolo del trionfo del Salvatore)
7. Iesus transiens per medium illorum ibat (Gesù se ne andava passando in mezzo a loro)
8. Contra angustiam et miseriam (contro le preoccupazioni e la miseria)
9. Ad devocationem et salutem anime (per la devozione e la salvezza dell'anima)
10. Contra tonitrua et coruscationes (contro i tuoni e i lampi)

Margine superiore fra gli evangelisti Marco e Giovanni:

1. Sigillum Salomonis contra omnes adversarios (Sigillo di Salomone contro tutti gli avversari)
2. Figura ab Agan interbulius (?)
3. Sigillum Caruli in bello (Simbolo di Carlo Magno durante la guerra)
4. Contra omne genus armorum (contro ogni genere di armi)
5. Contra omnes inimicos (contro tutti i nemici)
6. Contra ignem ea habuit Moyses in rubo (Mosè l'ebbe contro il fuoco nel roveto ardente)

Retro:

Iesus Maria
Sanctus Rochius)

158C.

Trento, 1632 maggio.

Il vescovo di Trento Carlo Emanuele Madruzzo rinnova l'investitura alla famiglia Frizzi di Rovereto dei feudi che possedevano: sette parti di una decima di 40 staia di grano maturo mezza daeria o affitto di 19 ragnesi e 15 grossi. Manca il sigillo perché strappato danneggiando un pò la pergamena ma non il testo. Al verso: investitura Frizzi di decima di Rovereto maggio 1632. In libro investiturarum feudorum fol. 56.

Carolus Emanuel Madruti Dei gratia episcopus princepsque Tridenti etc. Notum facimus tenore praesentium quibus expedit universis, quod constitutus coram nobis excellentissimus fidelis noster dilectus Augustinus Campus iuris utriusque doctor et cubicularius noster, uti procurator nobilis fidelis nostri dilecti Iosephi Fritii senioris familiae suae de Roboreto, nobis humiliter supplicavit ut ipsum dicto procuratorio nomine ac etiam venerabilis presbiteri Matthaei, excellentis doctoris Maximiliani, et capitanei Pauli filiorum quondam excellentis doctoris Christophori Fritii, necnon etiam nomine Sigismundi filii antedicti quondam capitanei Christophori, ipsorumque omnium haeredum masculorum legitimorum dumtaxat ex eis in perpetuum descendantium, de feudis infrascriptis de quibus progenitores ipsorum a praedecessoribus nostris foelicis recordationis investiti fuerunt prout ex literis desuper confectis et coram nobis productis clarius appareat, gratiose investire dignaremur.

Nos vero precibus huiusmodi favorabiliter annuentes, eumdem Augustinum tamquam procuratorem specialem dicti Iosephi coram nobis flexis genibus constitutum humiliter ac devote petentem et recipientem dicto procuratorio nomine ac pro nominatis consortibus, omnibusque eorum haeredibus legitimis masculis ex eis in perpetuum descendantibus de infrascriptis feudis investiendum esse duximus, ac per praesentes investimus. Salvo tamen semper iure nostro, ecclesiae nostrarae Tridenti, ac omnium aliarum personarum. Ex adverso dictus Augustinus procuratorio nomine dicti Iosephi ac pro coeteris consortibus per solemnem stipulationem nobis promisit ac tactis corporaliter Sacrosanctis Scripturis Evangelicis iuravit quod omnes antedicti, eorumque haeredes nobis et successoribus nostris episcopis Tridentinis... canonice intrantibus fideles erunt vasalli, honorem nostrum pariter ac utilitatem nostram et ecclesiae nostrarae procurabunt et damnum pro viribus suis avertent, omnemque fidelitatem quam quilibet fidelis vasallus domino suo feudi tenetur, nobis successoribus nostris et et ecclesiae nostrarae exhibebunt absque dolo et fraude. Feuda vero sunt haec.

Primo de una decima de septem partibus de quadraginta bladorum mazurimorum ac

minutorum regulae et pertinentiarum Roboreti; necnon de et pro duobus quintis uvarum montis Roboreti, dempto ex his partibus quarterio ecclesiae.

Item de dimidia daeriae seu afflictus Rhenensium novemdecim et grossorum quindecim cum dimidio, qui solvitur quotannis per Commune et homines de Noreio iurisdictionis Roboretanae.

In quorum fidem et testimonium praesentes fieri nostrique sigilli iussimus et fecimus appositione communiri.

Datum Tridenti in Arce nostra Boni Consilii die (spazio) mensis maii anno millesimo sexcentesimo trigesimo secundo.

Ad mandatum illustrissimi et Reverendissimi domini domini
episcopi et principis etc. in Consilio
Felix Alberti.

Pergamene relative a Lasino. Vedi i regesti in *Civis* 2 (1978) 133-149, per cui non li premettiamo ai singoli documenti.

159 .

Cavedine, 1590 febbraio 5.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quingentesimo octuagesimo octavo, indictione prima die vero martis decimo tertio mensis decembris in villa Stravini plebis Callavini (sic) et districtus Tridenti in stuba domus domini Andree quondam domini Iacobi della Pè, presentibus ipso domino Andrea, Bartolomeo filio quondam Bonhomis de Mateaziis et Antonio quondam Matei de Mateaziis de Stravino testibus vocatis et rogatis.

Ibidem personaliter constitutus dominus Iacobus filius quondam domini Antonii della Pè de villa Stravini per se et suos haeredes pro libero et franco dedit, vendidit et tradidit Ioanni Antonio de Michellis de villa Stravini uti massario ecclesie sancti Antonii de dicta villa per se et successoribus suis stipulanti ementi et eo nomine unum afflictum cum eius... stariorum duorum cum dimidio frumenti boni ad comunem mensuram Tridenti. Quem afflictum dictus venditor eo meliori modo etc. constituit super una petia terre arativa stariorum duorum seminis vel circa sita in pertinentiis Stravini in loco alla Bergognina, a mane apud viam comunem, a meridie apud dominum Andream della Pè, a sero apud Bortolameum de Bortedis, a septentrione apud haeredes quondam ser Francisci della Pè et forte etc. volens et mandans etc. asserens etc. Adhabendum, tenendum cum omnibus et singulis accessibus et egressibus suis etc. et omnibus et singulis iuribus et actionibus cum cunctisque usantiis ad dictum afflictum venditum spectantibus et pertinentibus. Et hoc nominatim pretio rainensium quindecim bone monete quos dictus venditor contentus et confessus fuit se habuisse et effectualiter receperisse a predicto emptore ut supra agente... renuntians etc. Quem afflictum et eius proprietatem dictus venditor constituit tenere et possidere vel quasi etc., promittens de evictione a quocumque in iudicio vel extra in formam iuris sub poena dupli et refectione omnium damnorum etc. et sub obligatione omium suorum bonorum presentium et futurorum cum pacto se franchitandi.

S. N. Ego Odoricus quondam ser Ioannis de Zenis de Brosino Cavedini publicus apostolica et imperiali authoritatibus notarius ac collegiatus Tridenti premissis omnibus et singulis interfui et rogatus publice scripsi sed quia me aliis impedito praesens instrumentum ex protocolo meo exemplatum subscripsi signoque meo sollito apposito corroboravi etc.

160.

Stravino, 1588 dicembre 16.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quingentesimo octuagesimo octavo, indictione prima, die vero mercurii decima sexta mensis decembris in villa Stravini plebis Cavedini districtus Tridenti, in stuba domus domini Andree della Pè, presentibus Antonio quondam Christani Reversii de villa Stravini et Dominico quondam Ioannis de Donatis de villa Brosini testibus vocatis et rogatis.

Ibique personaliter constitutus Bartholameus quondam Bonhomis de Mateazii de villa Stravini per se et suos haeredes pro libero et franco dedit vendidit et tradidit ser Ioanni Antonio de Michellis uti massario ecclesie s. Antonii de dicta villa Stravini presens pro se et successoribus suis unum afflictum perpetuale unius starii frumenti ad comunem mensuram Tridenti, quem afflictum constituit super una petia terre arativa et vineata steriorum trium seminis vel circa sita in loco al Brasi, a mane apud viam comunem, a meridie apud Antonium Mateazium, a sero apud dominum Antonium de de benedictis, a septentrione apud iura ecclesie sancti Rochi de villa Brosini et forte etc., volens etc. Ad habendum etc., cum omnibus etc., accessibus et cum omnibus et singulis etc. Et hoc nominatim pretio renensium sex bone monete. Quos dictus venditor contentus et confessus fuit habuisse et effectualiter recepisse a praefato emptore ut supra agente. Quem afflictum venditum dictus venditor constituit se tenere etc., promittens de evictione et legitima defensione ipsius afflictus venditi a quocumque in iudicio vel extra in forma iuris, sub pena dupli et refectionis omnium damnorum expensarum et sub obligatione omnium bonorum presentium et futurorum cum pacto se franchitandi etc.

S. N. Ego Odoricus quondam ser Ioannis de Zenis de Brosino Cavedini publicus apostolica et imperiali authoritatibus notarius ac collegiatus Tridenti, premissis omnibus et singulis presens fui et rogatus ea publice scripsi, sed quia me aliis impedito praesens instrumentum ex prothocollo meo exemplatum subscripsi signoque meo sollito apposito coroboravi etc.

161.

Cavedine, 1589 maggio 3.

In Christi nomine amen. Anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo nono, indictione secunda, die mercurii tertia maii in villa Lacunae Cavedeni in stuba domus canonicae plebis Cavedeni. Presentibus Antonio filio quondam Nicolai de Zenis, Antonio filio quondam Dominici de Dorigatis et Bartholomeo filio quondam Nicolai de Aldrigetis omnibus de villa Brosini testibus ad infrascripta vocatis et rogatis.

Ibique personaliter constitutus Nicolaus filius quondam Simonis de Aldrigetis de villa Brosini Cavedeni per se et suos haeredes iure proprio et iure directi dominii dedit vendidit et tradidit Aldrigeto filio quondam Iacobi de Aldrigetis uti syndico et massario ecclesiae sancti Rochi de villa Brosini praesenti et nomine etiam Simonis Spirelli eiusque collegae stipulanti pro se et successoribus suis, ac nomine praedictae ecclesiae ementi et recipienti unum afflictum perpetualem unius starii cum dimidio frumenti boni et sufficientis solvendum annuatim per dictum venditorem vel eius haeredes dicto syndico vel successoribus pro tempore existentibus tempore sancti Michaelis vel infra eius octavam. Quem afflictum dictus venditor posuit et constituit in et super una petia terrae arativa et vineata steriorum trium seminis vel circa sita in pertinentiis villae Brosini in loco ubi dicitur alle Tirelle, a mane apud Ioannem fratrem venditoris, a

meridie foveam aque, a sero viam comunem, a septentrione Aldrigetum fratrem venditoris et forte. Quam petiam terrae ut supra obligata dictus venditor ait esse liberam et idoneam ad solvendum dictum afflictum una cum tertio de pluri ut in constitutionibus illustrissimi etc. Ad habendum tenendum et exigendum et quidquid etc. Cum omnibus iuribus et actionibus ad dictum afflictum quomodolibet seu eius proprietate et spectantibus et pertinentibus. Et hoc nominatim praetio Rhenensium novem denariorum maranensium etc, quos contentus et confessus fuit habuisse et recepisse renuncians exceptioni non numeratae pecunia et aliis in forma etc. Promittens dictus venditor per se etc. dicto emptori praesenti et dicto syndicario nomine stipulanti et acceptanti de evictione et legitima dicti afflictus et rei obligatae defensione sub paena dupli etc., sub refectione damnorum etc. Et sub obligatione omnium bonorum praesentium et futurorum. Cum omnibus pactis de quibus in locationibus perpetualibus etc., quae hic pro insertis habeantur et cum pacto perpetualiter de se affrancando per solutionem praecii suprascripti afflictus si qui etc., ac mercedes praesentis instrumenti etc.

S. N. Ego Odoricus quondam domini Ioannis de Zenis de Brosino Cavedeni publicus apostolica et imperiali authoritatibus notarius ac colegiatus Tridenti, praemissis praesens fui et rogatus ea publice scripsi sed quia me aliis impedito negotiis praesens instrumentum ex prothocolo meo exemplatum subscripsi signoque meo solito apposito coroboravi etc.

162.

Cavedine, 1590 febbraio 5.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo nonagesimo inductione tertia die vero lunae quinta februarii in villa Lagunae in stuba domus canonicae plebis Cavedeni, praesentibus reverendo domino presbitero Melchiore quondam domini Francisci Zambaldi nunc plebano Cavedeni, Bartollomeo quondam Nicolai de Aldrigetus de villa Brosini, Francisco quondam Federici Viviani de villa Vigii testibus ad infrascripta vocatis et rogatis.

Ibi personaliter constitutus Aldrigetus quondam Iacobi de Aldrigetus et Simon quondam Iacobi Spirelli de villa Brosini uti gubernatores ecclesiae sancti Rochii de dicta villa Brosini per se et successores suos pro libero et expedito alodo dederunt (et permutterunt) ser Nicolao quondam magistri Iacobi Begori de villa Lagunae ibidem praesenti pro se et suis haeredibus ac nomine Simonis et haeredum suorum stipulanti permutanti et recipienti petiam terrae arativam et vineatam unius starii seminis vel circa, sitam in pertinentiis Cavedeni in loco ubi dicitur alla Bussa, a mane apud viam consortalem, a meridie apud Pellegrinum de Dorigatis, a sero apud Bernardum de Petenatis, a septentrione apud dictum Franciscum et forte alii sunt veriores confines. Ad habendum tenendum et possidendum et quidquid dicto ser Nicolao vel eius haeredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum cum omnibus et singulis quae intra predictos continentur confines vel allios si qui forent adseriti veriores, cum accessibus et egressibus suis usque in viam publicam et comunem et cum omnibus et singulis quae dicta res permutata habet super se supra se intra se seu intra se in integrum omniqe iure actione usu seu requisitione sibi ex ea in ea pro ea et ipsi rei permutatae modo aliquo spectare et pertinere per hoc nominatim pro alia petia terrae prativa et vineata quartarum quinque seminis vel circa sita in dictis pertinentiis in loco ubi dicitur a Piaz, a mane apud Dominicum Rivabenum, a meridie apud iura dicte ecclesiae sancti Rochii, sero apud viam consortalem, a septentrione apud haeredes quondam Hendricii Baseti et forte alii sunt veriores confines. Quae loca fuerunt aestimata per dominos Franciscum

Pisetta et ser Benedictum Benetum ipso domino Antonio suprascripto

163.

Cavedine, 1590 maggio 3.

In Christi nomine amen. Anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo, inductione tertia, die iovis tertio maii in villa Lacunae Cavedeni in stuba domus canonicae. Praesentibus Antonio quondam Dominici de Dorigatis, Stephano quondam Antonii Spirrelli his duobus de villa Brosini, et Antonio filio quondam Ioannis Catoni de Lacuna testibus ad infrascripta vocatis et rogatis.

Ibique personaliter constitutus Nicolaus filius quondam Odorici de Dorigatis de villa Brosini Cavedeni per se et suos haeredes pro libero et expedito dedit vendidit et in solutum tradidit Aldrigeto quondam Iacobi de Aldrigetis et Simoni quondam Iacobi Spirrelli uti syndicis et massariis ecclesiae sancti Rochi de villa Brosini praesentibus pro se et successoribus suis stipulantibus et nomine praefatae ecclesiae ementibus et recipientibus unum afflictum stariorum quatuor frumenti pro sorte rhenensium viginti quattuor. Qui afflictus solvitur per Nicolaum quondam Iosephi Spirrelli de dicta villa Brosini et constat in iuribus ipsis Nicolai de Dorigatis venditoris. Ad habendum tenendum et exigendum etc. et quidquid dictus syndicis dicto nomine et suis successoribus perpetuo placuerit faciendum. Cum omnibus iuribus ad dictum afflictum venditum et eius proprietatem unde solvitur spectantibus et pertinentibus. Et hoc praetatio rhenensium viginti quattuor denariorum praedictorum quod praetium ipse Nicolaus tenebatur solvere praedictis massariis occasione administrationis factae de bonis ipsius ecclesiae per dictum Nicolaum, renuncians etc. Quem afflictum dictus venditor tenere et possessionem nomine dictorum syndicorum praedictorum donec etc. Promittens dictus venditor per se etc. dictis syndicis dicto nomine praesentibus de evictione et legitima dicti afflictus venditi defensione secundum iuris formam etc. sub poena etc., sub refectione etc. Et sub obligatione omnium eius bonorum praesentium et futurorum, salvo tamen pacto dicto affictalino et eius haeredibus de se affrancando quandocumque placuerit etc.

S. N. Ego Odoricus quondam domini Ioannis de Zenis de Brosino Cavedeni publicus apostolica et imperiali autoritatibus notarius ac collegiatus Tridenti, praemissis praesens fui et rogatus ea publice scripsi et quia me aliis impedito, praesens instrumentum ex protocollo meo exemplatum subscrispsi signoque meo sollito apposito coroborabvi.

164.

Cavedine, 1591 luglio 7.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quingentesimo nonagesimo primo, inductione quarta, die vero septima iulii in villa Lacune in saleta domus canonice (sic) plebis Cavedeni, praesentibus domino Andrea quondam domini Iacobi della Pè, Cristoforo filio Bortolamei Mateacii de villa Stravini testibus vocatis et rogatis.

Ibique personaliter constituta domina Rosa uxor quondam Antonii Reversii de villa Stravini agens nomine suorum filiorum pro quibus etc., obligando etc., renuncians etc., pro libero et franco dedit vendidit et tradidit reverendo domino presbitero Melchiori de Zambaldis nunc plebano Cavedeni ementi nomine ecclesie sancti Antonii de villa Stravini afflictum unius starii frumenti. Quem dicta venditrix constituit super horto posito in villa Stravini, a mane apud Cristoforum de Reversiis, a meridie et septentrione

apud dictum venditricem et a sero apud cemiterium ecclesiae sancti Antonii de dicta villa Stravini et forte etc. Et dictus affictus olim constitutus erat super petia terrae arativa et vineata sita in loco alle Cerede ut constat in actis mei notarii infrascripti apud sua confinea. Quem affictum nunc ademit dictus reverendus presbiter Melchior cum licentia reverendissimi domini vicarii in spiritualibus Tridenti ibidem visa et lecta per me notarium infrascriptum existente in manibus illius venditricis. Ad habendum tenendum etc., cum omnibus etc., Accessibus etc. Et cum omnibus et singulis etc., et hoc nominatim pretio rainensium sex bone monete. Quas dicta venditrix confessa fuit habuisse Renuncians etc. Q"uem affictum constituit etc., promittens de evictione et legitima defensione etc., sub pena dupli et refectionis etc. Qua pena etc., obligando pro praemissorum observatione omnia sua bona praesentia et futura. Cum pacto se franchitandi quandocunque etc.

S: N. Ego Odoricus quondam ser Ioannis de Zenis de Brosino Cavedeni publicus apostolica et imperiali authoritatibus notarius ac colegiatus Tridenti, praemissis omnibus et singulis praesens fui et rogatus ea publice scripsi et quia me aliis impedito praesens instrumentum ex protocollo meo exemplatum subscripsi signoque meo solito apposito coroboravi.

165.

Cavedine, 1591 marzo 17.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quingentesimo nonagesimo primo, indictione quarta, die vero dominico decima septima marcii in villa Lacunae in saleta domus canonicae, plebis Cavedeni, praesentibus Simone filio quondam Iacobi Spirelli, Aldrigeto quondam Iacobi de Aldrigetis, Nicolao quondam Odorici de Dorigatis... de villa Brosini, reverendo presbitero domino Malchiore filius quondam domini Francisci Zambaldi et Francisco filio quondam Odorici Botes his duobus de villa Lacunae testibus ad infrascripta vocatis et rogatis.

Ibidem personaliter constitutus Bartolomeus filius quondam Nicolai de Aldrigetis de villa Brosini per se et suos haeredes iure donationis inter vivos dedit et donavit Hendrico et Odorico quodam Iacobi Odorici Pauli Manerae de Brosino uti massariis ecclesiae sancti Rochi suprascriptis unam petiam terrae arativam quartarum quinque seminis vel circa sitam in pertinentiis Cavedeni in loco dicto alli Cordoni, a mane apud viam comunem, a meridie apud haeredes quondam Petri Cadeni, a sero apud viam comunem etiam et forte etc. Ad habendum tenendum etc., cum omnibus et singulis etc., accessibus et egressibus suis ad dictam rem donatam spectantibus et pertinentibus. Et hanc donationem fecit quia sic 'placuit et voluit reservando sibi omnia alia sua bona testandi. Quam rem donatam dictus Bartolomeus constituit tenere etc. Quam etc. Quam donationem et omnia et singula suprascripta promisit dictus Bartolomeus per se et suos haeredes habere firmam et firma ac rata et non contrafacere etc. sub poena dupli valoris dictae rei donatae cum refectione etc. Qua poena etc., obligando pro observatione praemissorum omnia sua bona praesentia et futura. Et ad maius robur praemissorum manu dextra tactis Scripturis iuravit se praedictam donationem habere firmam et perpetuo observaturum sub poena praedicta et per iuris in forma etc.

S. N. Ego Odoricus quondam ser Ioannis de Zenis de Brosino Cavedeni publicus apostolica et imperiali authoritatibus notarius ac collegiatus Tridenti, praemissis omnibus et singulis praesens fui et rogatus ea publice scripsi sed quia me aliis impedito praesens instrumentum ex protocollo meo exemplatum subscripsi signoque meo solito

apposito croboravi.

166.

Cavedine, 1591 febbraio 16.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis Domini millesimo nonagesimo primo, indictione quarta, die sabbati decima sexta februarii in villa Lagunae in stuba domus mei notarii infrascripti, praesentibus Antonio filio quondam domini Antonii de Contis de villa Lacunae ac Ioanne filio mei notarii infrascripti testibus vocatis et rogatis.

Ibi personaliter constitutus Ioannes filius quondam Nicolai Spirrelli de villa Brosini, per se et suos haeredes pro libero et expedito iure proprio et imperpetuum alodio vendidit et dedit Aldrigeto quondam Iacobi de Aldrigetis, et Simone Spirrello uti massariis et gubernatoribus ecclesiae sancti Rochi de dicta villa Brosini, ementibus nomine dictae ecclesiae petiam terrae arativam unius starii seminis ad communem mensuram Tridenti sitam in pertinentiis Cavedeni in loco dicto alla Val sub villa Vighi, a mane apud Antonium Vivianum, a meridie apud Rigotos, a sero apud viam communem, a septentrione apud dictum venditorem et forte apud alios veriores confines, ad habendum tenendum et possidendum et quidquid dictis ementibus nomine ut supra deinceps placuerit perpetuo faciendum cum omnibus et singulis quae intra praedictos continentur confines, et alios si qui forent ulterius veriores, accessibus et egressibus suis usque in viam publicam et communem, et cum omnibus et singulis quae dicta res vendita habet super se supra se infra se seu intra se in integrum omnique iure actione usu seu requisitione ex ea re pro ea re aut ipsi rei modo aliquo spectante et pertinente et hoc pretio nominatim pro rainensibus viginti duobus in ratione librarum quinque pro singulo rainense bonae monetae de Marano, aestimatam per dominum Antonium Faitellum et Nicolaum Michelotum praesentes, et dicto praetio aestimasse affirmantes. Quos rainenses viginti duos dictus vendor confessus, contentus et manifestus fuit habuisse et recepisse a praefatis emptoribus praesentibus et hanc confessionem acceptantibus renuncians dictus vendor exceptioni non numeratae pecuniae et non habiti et recepti praedicti praetii ac non factae dictae confessionis et non esse verum ut supra et exceptioni doli mali etc., et computatis rainensibus sex pro capitale afflictus unius starii frumenti qui solvebatur per dictum Ioannem ipsis gubernatoribus nomine dictae ecclesiae super dicta petia terrae ac computatis rainensibus octo ibidem datis in moneta argentea. Quam rem venditam dictus vendor constituit se nomine et vice dictorum emptorum tenere et possidere donec dicti emptores eiusdem rei tenutam et corporalem acceperint possessionem. Quam accipiendi et sua propria auctoritate retinendi deinceps eis omnimodam licentiam contulit atque dedit promittens dictus vendor per se et suos haeredes dictis emptoribus praesentibus pro se et suis successoribus stipulantibus de evictione et legitima defensione ac de ratihabitione dictae rei venditae secundum formam iuris ac etc., et hoc sub paena dupli praecii antedicti et paena refectionis omnium damnorum et expensarum ac interesse litis et extra, pro quibus omnibus sic firmiter observandis et plenius attendendis dictus vendor obligavit dictis emptoribus omnia sua bona praesentia et futura.

S. N. Ego Odoricus quondam ser Ioannis de Zenis de Brosino Cavedeni publicus apostolica et imperiali authoritatibus notarius ac collegiatus Tridenti, praemissis omnibus et singulis praesens fui et rogatus ea publice scripsi et ad maius robur praemissorum signum mei tabellionatus officii sollitum apposui, sed quia me aliis

impeditus (sic) praesens instrumentum ex protocollo meo exemplatum subscrpsi et collectionavi ac concordare inveni.

167.

Brusino, 1593 dicembre 13.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo nonagesimo tertio, indictione sexta, die lunae decima tertia decembris in villa Brosini Cavedeni in stuba domus mei notarii infrascripti. Praesentibus Paulo filio ser Hendricii de Dorigatis de Brosino et Antonio filio quondam Francisci Rigoti de Vigo testibus ad infrascripta vocatis et rogatis.

Ibique personaliter constitutus ser Iacobus filius quondam domini Antonii della Pè sive de villa Stravini per se et suos haeredes iure directi dominii pro libero dedit vendidit et tradidit ser Avancino quondam ser Simonis Floriani de villa Stravini praesenti uti gubernatori ecclesiae sancti Antonii de villa Stravini stipulanti ementi et recipienti nomine dictae ecclesiae unum afflictum perpetualem stariorum duorum cum dimidio frumenti boni et sufficientis solvendum omni anno tempore sancti Michelis vel in eius octava etc. Quem afflictum dictus vendor per se et suos haeredes posuit et constituit super una petia terrae arrativa stariorum duorum seminis vel circa sita in pertinentiis villae Stravini in loco ubi dicitur alla Bergognina sive al Brazol, a mane apud viam comunem, a meridie apud andream della Pè, a sero haeredes quondam Francisci Villoti, a septentrione haeredes quondam ser Francisci fratris vendoris et forte etc. Quam arrativam ait esse liberam et idoneam ad solvendum dictum afflictum una cum tertio de pluri ut in Cionstitutionibus illustrissimi tridentini etc. Ad habendum tenendum exigendum et quicquid dictus emptor dicto nomine perpetuo placuerit faciendum cum omnibus iuribus ad dictum afflictum eiusque proprietatem undecumque spectantibus et pertinentibus. Et hoc nominatim praetio rhenensium quindecim denariorum maranensium. Quos dictus vendor contentus et confessus fuit habuisse et recepisse a dicto gubernatore nomine quo supra. Renuncians exceptioni non numeratae pecuniae, contentus non ita celebrati doli mali pacti educti ac omni aliis suo iuri et legum auxilio. Promittens supradictus vendor per se et suos haeredes dicto syndico et gubernatori praesenti et nomine praedictae ecclesiae stipulanti et acceptanti de evictione et legitima dicti afflictus et rei obligatae defensione secundum iuris formam et de ratihabitione etc., sub paena dupli et refectionis damnorum etc. Et sub obligatione omnium dicti vendoris bonorum praesentium et futurorum etc. Cum pactis omnibus de quibus in locationibus perpetualibus domorum mercati veteris Tridenti quae hic descriptis habeantur. Et cum pacto se perpetualiter affrancandi per solutionem praetii suprascripti afflictus si qui etc., et mercedes praesentis instrumenti. Laus Deo Virginique Mariae.

S. N. Ego Odoricus quondam domini Ioannis de Zenis de Brosino Cavedeni publicus apostolica et imperiali autoritatibus notarius ac collegiatus Tridenti, praemissis praesens fui et rogatis ea publice scripsi. Sed quia me aliis impedito praesens instrumentum ex prothocollo meo exemplatum subscrpsi signoque meo solito apposito corroboravi.

168.

Cavedine, 1591-2.

Ibique personaliter constitutus... de Dorigatis tradidit Aldrigeto filio quondam

Iacobi de Adrigetis de eodem loco (Brosino) et agenti etiam nomine Simonis Spirrelli eius collegae uti syndico et massario ecclesiae sancti Rochi de dicta villa Brosini stipulanti nomine diccae ecclesiae ementi et recipienti unum afflictum perpetualem unum starium frumenti solvendum annuatim tempore sancti Michelis vel eius octava etc., quem afflictum solvere tenetur Antonius Christopholinus de villa Vigi. Qui quidem afflictus constitutus est super una petia terrae arrativa sita in loco al Antan ut in iuribus venditionis ipsius afflictus cum sua proprietate unde solvitur. Ad habendum tenendum et exigendum et quicquid dicto syndico et successoribus perpetuo placuerit faciendum. Cum omnibus iuribus ad dictum afflictum venditum et eius porprietatem quomodolibet spectantibus et pertinentibus. Et hoc nominatim praetio rainensium sex denariorum etc., quos dictus venditor contentus confessus fuit habuisse et recepisse a dicto syndico dicto nomine, renuncians exceptioni non numeratae pecuniae etc. et aliis in forma etc. Promittens dictus venditor per se et haeredes suos dicto Aldrigeto syndico praesenti et dicto syndicario nomine stipulanti acceptanti de evictione et legitima dicti afflictus venditi defensione secundum iuris formam sub paena dupli dicti praetii et refectione damnorum exspensarun ac interesse litis et extra et sub obligatione omnium eius bonorum praesentium et futurorum reservato tamen pacto ipsi afflictus (venditori) et eius haeredibus seipsum affrancandi a dicti afflictus solutione.

S. N. Ego Odoricus quondam domini Ioannis de Zenis de Brosino Cavedeni publicus apostolica et imperiali autoritatibus notarius et collegiatus Tridenti, praemissis praesens fui et rogatus ea publice scripsi se quia me aliis impedito praesens instrumentum ex protocolo meo exemplatum subscripsi signoque meo solito apposto coroboravi.

169.

Brusino, 1594

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quingentesimo nonagesimo quarto indictione septima, die vero martis quinto decimo mensis februarii in villa Brosini plebis Cavedeni, diocesis Tridenti, in stuba domus mei notarii infrascripti, praesentibus Perregrino quondam Antonii de Dorigatis de Brosino, ac Ioanne filio mei notarii infrascrioti, Bernardo filio quondam Ioannis de Marchis de Callavino habitatore Cavedeni testibus vocatis et rogatis.

Ibique personaliter constitutus Nicolaus quondam Simonis de Aldrigetis de eadem villa Brosini per se et suos haeredes iure proprio in perpetuum pro libero et francho dedit vendidit et tradidit Donato quondam Angeli Luchete de eodem loco uti massario et gubernatori dictae ecclesiae sancti Rochi de dicta villa Brosini praesenti pro se et successoribus suis unum afflictum medii starii frumenti cum eius proprietate unde solvitur, solvendum per ipsum venditorem et haeredes. Quem afflictum eo meliori modo etc., quibus etc., possuit constitutus super una petia terrae arativae et vineatae stariorum trium seminis vel circa sita in pertinentiis Brosini in loco ubi dicitur alle Tirelle, a mane apud Ioannem fratrem dicti venditoris, a meridie apud foveam, a sero apud comune, a septentrione apud Aldrigetum Berlanda et forte etc. Ad habendum tenendum et possidendum etc., cum omnibus et singulis etc. Accessibus et egressibus etc., et cum omnibus et singulis etc. Et hoc praetio rainensium trium bone monete. Quos rainenses dictus venditor confessus fuit habuisse a praedicto massario sancti Rochi Brosini renuncians etc. Quem afflictum constituit etc. Promittens de evictione et legitima defensione etc., sub pena dupli praetii praedicti etc., quem et quibus etc., et pro observatione praemissorum obligavit dictus venditor per se et suos haeredes praedicto

massario omnia sua bona praesentia et futura. Nec non promittens dictam petiam terrae meliorare et de ea omni et singulo anno ad festum sancti Michaelis dare solvere praesentare conducere et mensurare dictum medium starium frumenti ad ecclesiam sive ad domum dicti massarii cum pactis et conditionibus solitis apponi in similibus locationum domorum merchati Tridenti et in casu devolutionis fiat defalcatio tertii et servatur iuxta constitutionem illustrissimi et reverendissimi domini domini episcopi et principis Tridenti editam super afflictibus solvendis etc., cum pacto perpetuo de se franchitando solvendo dictos rainenses tres cum afflictibus incursis et mercede praesentis instrumenti etc.

S. N. Ego odoricus quodam ser Ioannis de Zenis de Brosino Cavedeni publicus apostolica et imperiali authoritatibus notarius et collagius Tridenti, praemissis omnibus et singulis praesens fui et rogatus ea publice scripsi sed quia me aliis impeditum, praesens instrumentum ex prothocollo meo exemplatum subscripsi signoque meo solito apposito coroboravi.

170.

Brusini, 1599 febbraio 5.

(In Christi nomine amen). Anno a naticitate Domini millesimo quingentesimo nonagesimo nono, inductione decima secunda, die vero dominico septima februarii in (Brosino plebis Cavedeni) diocesis Tridenti, in stuba domus mei notarii infrascripti praesentibus Antonio quondam Nicolai de Zenis, Stephano quondam Antonii Spirelli ambobus de villa Brosini testibus ad infrascripta vocatis et rogatis.

Ibidem personaliter constitutus Nicolaus quondam Simonis de Aldrigetis de villa Brosini Cavedeni per se et suos haeredes iure directi dominii pro libero dedit vendidit et tradidit Odorico quondam Iacobi de Maneriis et Henrico de Dorigatis de villa Brosini uti syndici et gubernatores ecclesiae sancti Rochi de villa Brosini praesentibus pro se se et successoribus suis et dictis syndicariis nominibus stipulantibus ementibus et recipientibus unum afflictum perpetualem unius starii frumenti boni et sufficientis solvendum omni anno per dictum venditorem vel eius haeredes dictis syndicis vel successoribus tempore existentibus in quolibet festo sancti Michaelis vel eius octava. Quem afflictum dictus vendor... posuit et constituit in super unam petiam terrae arrativam et vineatam stariorim trium seminis vel circa in pertinentiis Brosini in loco ubi dicitur alle Tirelle, a mane apud Ioannem fratrem vendoris, a meridie foveam, a sero viam comunem, a septentrione Aldrigetum fratrem vendoris, et forte etc. Ad habendum tenendum possidendum et exigendum et quicquid dictus syndicus dicto nomine et eorum successores perpetuo placuerit faciendum. Cum omnibus iuribus et actionibus ad dictum afflictum et eius proprietatem spectantibus et pertinentibus. Quam arrativam et vineatam ut supra obligatam dictus vendor dicit esse liberam et sufficientem ad solvendum dictum afflictum cum tertio de pluri ut in constitutionibus illustrissimi etc., et si aliter etc. Et hoc fecit dictus vendor praetio rhenensium sex denarioum maranensium quos dictus vendor contentus et confessus fuit habuisse et recepisse a dictis syndicis dicto nomine, renuncians ipse vendor exceptioni non numeratae pecuniae contractus non ita celebrati, doli mali ac omni alii suo iuri et legum auxilio. Promittens praefatus vendor per se et haeredes suos dictis syndicis praesentibus pro se et dictio nomine stipulantibus de evictione et legitima dicti afflictus et rei obligatae defensione secundum iuris formam sub paena etc., sub refectione damnorum omnium etc., et sub obligatione omnium dicti vendoris et eius haeredum bonorum praesentium et futurorum. Cum pactis et conditionibus poenis et

obligationibus in locationibus perpetualibus domus mercati veteris Tridenti qui hic a contrahentibus pro insertis haberi voluerunt ac si de verbo ad verbum descripta forent. Et cum pacto semper reservato dicto venditori et eius haeredibus se hinc ad semper affrancandi exbursando praetium suprascriptum afflictus si qui etc., et mercedes praesenti instrumenti. Laus Deo.

S. N. Ego Odoricus quodam domini Ioannis de Zenis de Brosino Cavedeni publicus apostolica et imperiali authoritatibus notarius ac collagiatus Tridenti, praemissis praesens fui et rogatus ea publice scripsi et quia me aliis impedito praesens instrumentum ex prothocollo meo exemplatum subscripsi signoque meo solito apposito coroboravi etc.

171.

Brusino, 1594 febbraio 20.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quingentesimo nonagesimo quarto, indictione septima, die vero dominico vigesimo mensis februarii in villa Brosini plebis Cavedeni diocesis tridentinae, in stuba domus mei notarii infrascripti, praesentibus Donato quondam Angeli Luchete, Cristoforo quondam Nicolai de Zenis ambobus de villa Brosini et Avancino quondam, Simonis Floriani de Stravino testibus rogatis et vocatis.

Ibique expositum fuit per Ioannem Antonium de Michelis de villa Stravini dicte plebis uti massarium ecclesie sancti Antonii de dicta villa Stravini ex una et magistrum Iacobum quondam alterius magistri Iacobi de Comettis de burgo Vezzani muratorem ex altera occasione fabrice facte pro dicta ecclesia et cum futura esset lis inter eos et volentes lites evitare et amicitiam conservare, venerunt ad compositionem et concordium... videlicet suasione magistri Valentini de Luntis de villa Vigii Cavedeni et magistri Menini de Bertoldis de Tridento lapicide. Item actum et conventum fuit quod dictus massarius teneatur et debeat solvere ipsi magistro Iacobo rainenses centum et quatuor bone monete pro suis mercedibus computatis habitis. Quam compositionem et concordium et omne et singula suprascripta per commissarium dicte partis firmiter etc. sub pena rainenses viginti fischo etc., obligantes ad invicem et vicissim omnia eorum bona praesentia et futura.

S. N. Ego Odoricus quondam ser Ioannis de Zenis de Brosino Cavedeni publicus apostolica et imperiali authoritatibus notarius ac collegiatus Tridenti, praemissis omnibus et singulis praesens fui et rogatus ea publice scripsi et quia me aliis impeditus praesens instrumentum ex prothocollo meo exemplatum subscripsi signoque meo solito apposito coroboravi.

172.

Brusino, 1595 agosto 4.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, indictione octava, die sabbati quarta augusti in villa Brosini Cavedeni in studio domus mei notarii infrascripti. Praesentibus Aldrigeto quondam Simonis de Aldrigetis et Francisco quondam alterius Francisci Cadeni de villa Brosini ambobus testibus ad infrascripta vocatis et rogatis.

Ibique personaliter constitutus Dominicus quondam Bernardini a Pettenatis de Lacuna Cavedeni per se et suos haeredes pro libero et iure directi dominii dedit vendidit

et tradidit Donato quondam Angeli Luchete de villa Brosini uti syndico et gubernatori ecclesiae sancti Rochi de dicta villa Brosini, praesenti pro se et successoribus suis stipulanti ementi et nomine dictae ecclesiae recipienti unum afflictum perpetualem stariorum duorum frumenti boni et sufficientis ad solvendum omni anno tempore sancti Michaelis vel intra eius octavam per dictum venditorem vel eius haeredes dicto syndico vel successoribus pro tempore existentibus. Quem afflictum praedictus venditor per se et haeredes suos posuit et constituit in et super petia terrae arrativa stariorum septem seminis vel circa, sita in pertinentiis Lacunae seu Mustey in loco ubi dicitur al Salin, a mane paud Michaelem de Pettenatis, meridie viam comunem, a sero Antonium de Pettenatis, a septentrione apud comune et forte etc. Quam arrativam dictus venditor ait esse liberam et idoneam pro solutione dicti una cum tertio de pluri etc. Et si aliter etc. Ad habendum tenendum et exigendum et quicquid dicto syndico et successoribus perpetuo placuerit faciendo. Cum omnibus iuribus et actionibus ad dictum afflictum et eius proprietatem spectantibus et pertinentibus. Et hoc nominatim praetio rhenensium duodecim denariorum maranensium quos dictus venditor contentus et confessus fuit habuisse et recepisse renuncians exceptioni non numeratae pecuniae rei non sic peractae, contractus non ita celebrati doli mali ac omni alii suo iuri et legum auxilio. Promittens dictus venditor per se et sua haeredes dicto gubernatori praesenti et nomine suprascriptae ecclesiae stipulanti et acceptanti de evictione et legitima defensione ac rei obligatae defensione secundum iuris formam sub poena dupli suprascripti praetii et refectione domnorum expensarum et interesse litis et extra et sub obligatione eius bonorum praesentium et futurorum. Cum pactis et conditionibus de quibus in locutionibus perpetualibus domorum mercati veteris que hic pro insertis et declaratis habeantur etc. Et cum pacto reservato dicto venditori eiusque haeredibus se hinc ad semper affrancandi exbursando praetium suprascriptum afflictus si qui etc. mercedes praesentis instrumenti etc.

S. N. Ego Odoricus quodam domini Ioannis de Zenis de Brosino Cavedeni publicus apostolica et imperiali autoritatibus notarius ac colegiatus Tridenti, praemissis praesens fuit et rogatus publice scripsi et quia me aliis occupato, praesens instrumentum ex protocollo meo exemplatum subscripti signo meo solito apposito corroboravi.

173.

Brusino, 1595 agosto 13.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis Domini millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, inductione octava, die lunae decima tertia augusti, in villa Brosini in studio domus mei notarii infrascripti. Praesentibus Donato quondam Angeli Luchetae ac Ioanne filio mei notarii infrascripti testibus ad infrascripta vocatis et rogatis.

Ibique personaliter constitutus Ioannes quondam Nicolai Spirrelli de Brosino Cavedeni diocesis Tridenti, per se et suos haeredes pro libero et iure directi dominii dedit vendidit et tradidit Hendrico de Dorigatis ac Odorico quondam Iacobi quondam Pauli Manarae uti syndicis et gubernatoribus ecclesiae sancti Rochi de dicta villa Brosini praesentibus per se et successoribus suis stipulantibus ementibus et nomine dictae ecclesiae acceptantibus unum afflictum perpetualem stariorum duorum frumenti boni et sufficientis ad mensuram Tridenti solvendo annuatim praedictus venditor vel eius haeredes gubernatori dictae ecclesiae in festo s. Michaelis vel in eius octava, quem afflictum per se vel haeredes posuit et constituit in et super una petia terrae arrativa stariorum trium seminis vel circa, sita in pertinentiis Cavedeni in loco ubi dicitur su la

Val, a mane apud Antonium Vivianum, meridie iura praedictae ecclesiae sancti Rochi, a sero viam comunem, a septentrione Nicolaum Goberium de Lacuna et forte etc., quam arrativam dictus venditor ait esse liberam et idoneam a solutione dictui afflictus una cum tertio de pluri ut in constitutionibus illustrissimi tridentini. Et si aliter etc. Ad habendum tenendum et quidquid dicto gubernatori et successoribus perpetuo placuerit faciendo. Cum omnibus iuribus ad dictum afflictum et eius proprietatem spectantibus et pertinentibus etc. Et hoc nominatim praetio rhenensium duodecim denariorum maranensium, quos dictus venditor contentus et confessus fuit habuisse et recepisse a dicto gubernatore dicto nomine renuncians exceptioni non numeratae pecuniae, contractus non ita celebrati doli mali ac omni alii suo iuri et legum auxilio. promittens praedictus venditor per se et suos haeredes gubernatoribus praesentibus et nomine praemisso stipulantibus et acceptantibus de evitione et legitima dicti afflictus et rei obligatae defensione secundum iuris formam sub paena dupli dicti praetii et refectione damnorum expensarum et interesse litis et extra sub obligatione omnium eius bonorum praesentium et futurorum. Cum pactis et conditionibus de quibus in locationibus perpetualibus domorum mercati veteris Tridenti quae hic pro insertis et descriptis habeantur et cum pacto reservato dicto venditori et eius haeredibus de se hinc ad semper a solutione dicti afflictus affrancandi quandocumque exbursando praetium suprascriptum, afflictus si qui etc. et mercedes instrumenti.

S. N. Ego Odoricus quondam domini Ioannis de Zenis de Brosino Cavedeni publicus apostolica et imperiali autoritatibus notarius et collegiatus Tridenti, praemissis praesens fui et rogatus ea publice scripsi sed quia me aliis impedito praesens instrumentum ex prothocollo meo exemplatum subscripsi signoque meo solito apposito coroboravi.

174.

Brusino, 1595 novembre 28.

In Christi nomine amen. Anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, indictione octava, die martis vigesima octava novembris, in villa Brosini in studio domus mei notarii infrascripti. Praesentibus Christophoro filio Antonii Christophollini de villa Vigi, baptista filius quondam Graciadii Pederzolli de Caneva comitatus Archi nunc habitatore Cavedeni, testibus ad infrascripta vocatis et rogatis.

Ibique personaliter constitutus Stephanus quondam Antonii Spirelli de villa Brosini Cavedeni per se et suos haeredes, pro libero et iure recti dominii dedit et vendidit Francisco Cadeno et Odorico de Dorigatis uti syndicis et gubernatoribus ecclesiae sancti Rochi de villa Brosini praesentibus pro sese et successoribus suis stipulantibus ementibus et nomine dictae ecclesiae recipientibus unum afflictum perpetualem unius starii frumenti solvendum annuatim tempore sancti Michaelis vel in eius octava. Quem afflictum dictus venditor per se et haeredes suos posuit et constituit super petia terrae arrativa stariorum duorum seminis vel circa sita in pertinentiis Cavedeni in loco ubi dicitur in la Val, a mane apud Antonium Vivianum, meridie Nicolaum de Dorigatis, a sero viam comunem, a septentrione illustrissimum dominum Fortunatum Madrucium et forte etc. Quam ait esse liberam et idoneam ad solvendum dictum afflictum una cum tertio de pluri, et si aliter etc. Ad habendum tenendum et exigendum et quicquid dicto syndico dicto nomine perpetuo placuerit faciendum. Cum omnibus iuribus et actionibus ad dictum afflictum et eius proprietatem undecumque spectantibus et pertinentibus. Et hoc nominatim praetio rhenensium sex denariorum etc.,

quos contentus et confessus fuit habuisse et recepisse renuncians exceptioni non numeratae pecuniae et aliis in forma etc. Promittens dictus venditor per se et haeredes suos de evictione et legitima dicti afflictus defensione rei obligatae secundum iuris formam sub poena dupli dicti praetii et refectione damnorum expensarum etc., et sub obligatione omnium eius bonorum praesentium et futurorum cum pacto perpetuo de se affrancandi solvendo dictos rhenenses sex et impensum praesentis instrumenti. Laus Deo optimo maximo.

S. N. Ego Odoricus quondam domini Ioannis de Zenis de Brosino Cavedeni publicus apostolica et imperiali authoritatibus notarius et collegatus Tridenti, praemissis praesens fui et rogatus ea publice scripsi et quia me aliis impedito, praesens instrumentum ex prothocollo meo exemplatum subscripsi signoque meo solito apposito roboravi.

175.

Brusino, 1597 gennaio 18.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, inductione decima, die vero sabbati decima octava ianuarii in villa Brosini in studio domus mei notarii infrascripti, presentibus Ioaneto filio Dominici de Bertis de villa Drenae comitatus Archi ac Iacobo filio mei notarii infrascripoti testibus ad infrascripta vocatis et rogatis.

Ibidem personaliter constitutus Ioannes quondam Nicolai Spirrelli de villa Brosini per se et suos haeredes iure proprio et imperpetuum pro libero et expedito alodio dedit vendidit et tradidit Odorico de Dorigatis de eadem villa Brosini uti gubernatori ecclesiae sancti Rochi de dicta villa Brosini ibidem praesenti ementi pro dicta ecclesia et successoribus suis stipulanti et recipienti afflictum unius starii frumenti una cum eius proprietate et directo dominio unde solvi debet. Quem afflictum positum et constitutum de et super petia terrae arativa stariorum trium cum dimidio seminis vel circa sita in pertinentiis ville Vigi in loco ubi dicitur alla Val sub villa Vigi, a mane apud Antonium Vivianum, a meridie apud iura diocte ecclesie, a sero apud viam comunem, a septentrione apud Nicolaum Goberium de Lacuna et forte alii sunt veriores confines. Eamque petiam terrae vollens et mandans ac subiciens et eius possessore ei obligatam et obligatos ad solvendum dictum afflictum omni anno ut infra. Ad habendum tenendum et possidendum et dictum afflictum exigendum et quicquid dicto emptori et successoribus suis deinceps placuerit perpetuo faciendum cum omnibus et singulis quae infra praedictos continentur confines. Accessibus et egressibus suis usque in viam publicam et comunem et cum omnibus et singulis quae dicta res obligata habet super se infra se seu intra se in integrum omnique iure at actione usu seu requisitione sibi ex ea re vel pro ea re aut ipsi rei modo aliquo spectante et pertinente et hoc nominatim pro rhenensibus sex bone moneta de Marano, quos venditor confessus contentus et manifestavit se habuisse et recepisse a praedicto emptore praesente et hanc confessionem acceptantem, renuncians exceptioni et refectioni doli etc. Quem afflictum cum proprietate venditum constituit tenere et possidere donec dictus emptor eiusdem rei tenutam et corporalem acceperit possessionem, quam accipendi et sua propria auctoritate in se retinendi deinceps eidem emptori licentiam omnimodam constulit atque dedit illamque petiam terre remaneat semper penes emptorem et haeredes cum onere solvendi dictum afflictum promittens dictus venditor èer se et suos haeredes dicto emptori praesenti pro se et suis haeredibus stipulanti de evictione et legitima deffensione dicte rei obligate secundum

formam iuris et statutorum civitatis Tridenti sub obligatione omnium bonorum praesentium et futurorum promittens dictus venditor dictam rem obligatam de bono in malius promovere et de eo omni anno in festo sancti Michaelis vel eius octava Cavedeni ad solitam habitationem emptoris vel successororum dare solvere dictum starium frumenti ad mensuram Tridenti pro afflictu dicte rei obligate cum pactis et conditionibus apponi solitis in similium locationum perpetualium domorum mercati Tridenti ibidem expressis solemni stipulatione vallatis et in casu devolutionis fiat defalcatio tertii servetur iuxta constitutiones illustrissimi domini episcopi et principis tridentini. Cum pacto se franchitandi quandocumque pro dictis renensibus sex et solutione impensa praesentis instrumenti.

S. N. Ego Odoricus quondam domini Ioannis de Zenis de Brosino Cavedeni publicus apostolica et imperiali autoritate notarius ac collegiatus Tridenti, praemissis praesens fui et rogatus ea publice scripsi sed quia me aliis impedito praesens instrumentum ex prothocolo meo exemplatum subscripsi signoque meo sollito apposito coroboravi.

176.

Vigo Cavedine, 1597 novembre 3.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo nonagesimo septimo indictione decima, die vero lune tertia novembris (in villa Vigi in) coquina domus infrascripti venditoris. Praesentibus... dicti Travaie, Ioanne filio quondam Petri Goberii.. de villa Lacunae, Bartollomeo filio quondam Antonii Andree de... testibus ad infrascripta vocatis et rogatis.

Ibique personaliter constitutus Laurentius filius quondam Augustini del Lever de Vico Cavedeni per se et suos haeredes ac nomine Bartollomei praedicti pro quo promisit de rato in propriis bonis iure proprio et imperpetuum pro libero et expedito alodio dedit vendidit et tradidit ser Petro filio quondam ser Dominici Travaie de Lacuna Cavedeni praesenti et ementi pro se et suis haeredibus stipulanti et recipienti afflictum stariorum duorum frumenti cum sua proprietate et directo dominio unde solvi debet. Quem afflictum posuit et constituit de et super petia terrae arrativa quartarum septem seminis vel circa, sita in pertinentiis Vigi in loco ubi dicitur a Ronc, a mane apud Nicolaum Galletti, a meridie apud Ioannem quondam Odorici Tachagnini, a sero apud Ioannem Florianum, a septentrione Bartolomeum quondam Antonii Andree et forte apud alios veriores confines, eamque petiam terrae vollens et mandans ac subiciens et eius possessores esse obligatam et obligatos ad solvendum dictum afflictum omni anno ut infra. Ad habendum tenendum et possidendum ac dictum afflictum exigendum et quicquid dicto emptori ve suis successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum cum omnibus et singulis quae infra praedictos continentur confines vel allios si qui forent ulterius veriores. Accessibus et egressibus suis usque in viam publicam et comunem et cum omnibus et singulis quae dicta res obligata habet super se supra se infra se seu intra se in integrum omnique iure et actione usu seu requisitione sibi ex ea re vel pro ea re vel ipsi rei modo aliquo spectante et pertinente et hoc nominatim praetio renensium duodecim in ratione librarum quinque bonae monetae de Marano pro singulo renense, quos renenses duodecim dictus venditor confessus contentus et manifestus fuit se habuisse et recepisse a praedicto emptore praesente et dictam confessionem acceptantem renuncians ipse venditor exceptioni non numeratae pecuniae et non habitu et non recepti praetii praedicti et exceptioni doli mali pacti conventi actioni indebiti et

sine causa et omni alii suo iuri et legum auxilio sibi competenti et competituro. Quem afflictum cum proprietate venditum constituit tenere et possidere donec dictus emptor tenutam et corporalem acceperit possessionem quam accipiendi et sua propria autoritate retinendi deinceps licentiam omnimodam contulit eumque dedit ita quod dicta petia terrae remaneat semper penes nominatos cum onere solvendi dictum afflictum omni anno et intra promittens dictus vendor per se et suos haeredes dicto emptori praesenti pro se et suis successoribus stipulanti et recipienti de evitione et legitima defensione dictae rei obligatae secundum formam iuris ac statutorum civitatis Tridenti sub obligatione omnium bonorum praesentium et futurorum promittensque dictus vendor dictam rem obligatam de bono in melius promovere et non deteriorare ac omni anno in festo sancti Michaellis vel infra eius octava Cavedeni ad solitam habitationem dicti emptoris et eiusdem haeredum solvere et mensurare dicta staria duo frumenti boni sici pulcri ac bene sasonati ad comunem mensuram Tridenti pro affictu dictae rei obligatae cun pactis solitis et consuetis ac secundum usum et consuetudinem locationum perpetualium domorum merchati Tridenti et pacta solita ac secundum tenorem constitutionum illustrissimi domini quae omnia fuerunt per me notarium publicata et stipulata licet omissa brevitatis gratia et cum pacto se franchitandi quandocumque pro dictis renensibus duodecim pro solita impensa praesenti instrumenti. Etiam cum hoc pacto adito quod dictus vendor eo tamen admonito per mensem unum ante teneatur se liberare a dicto affictu et solvere dictos renenses duodecim ipsi emptori qui etiam teneatur eis renensibus duodecim solidis sibi liberatis et casu franchitacionis facere in forma cum suis clausullis promissionibus obligationibus ac poenis in simillibus ponit solitis.

S. N. Ego Odoricus filius quondam ser Ioannis de Zenis de Brosino Cavedini publicus apostolica et imperiali authoritate notarius ac collegatus Tridenti praemissis omnibus et singulis praesens fui et rogatus ea publice scripsi et ad maius robur praemissorum signum mey tabellionatus officii solitum et consuetum apposui.

177.

Brusino, 1597 dicembre 8.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo nonagesimo septimo inductione decima, die vero lunae octava decembbris in villa Brosini in studio domus mei notarii infrascripti, praesentibus Ioannino quondam Laurentii Catoni de Laguna ac Ioanne filio mei notarii infrascripti testibus ad infrascripta vocatis et rogatis.

Ibique personaliter constitutus Bartholomeus quondam Nicolai de Aldrigetis de villa Brosini Cavedeni per se et suos successores iure proprio et imperpetuum pro libero et expedito allodio dedit vendidit et tradidit Odorico de Dorigatis uti gubernatori ecclesiae sancti Rocchi de eadem villa Brosini ibidem praesenti per se et successoribus suis stipulantibus et recipientibus (sic) afflictum stariorum duorum frumenti cum sua proprietate et directo dominio unde solvi debeat. Quem afflictum posuit et constituit de et super una petia terrae arativa stariorum duorum seminis vel circa, sita in pertinentiis Brosini in loco ubi dicitur in Albori, a mane apud viam comunem, a meridie apud Aldrigetum Berlandam, a sero apud viam consortalem, a septentrione apud Pellegrinum de Dorigatis et forte alii sunt veriores confines. Eamque petiam terrae volens et mandans ac subiiciens et eius possessores esse obligatam et obligatos ad solvendum dictum afflictum omni anno ut infra. Ad habendum tenendum et possidendum ac dictum

affictum exigendum et quicquid dicto emptori vel successoribus suis deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus et singulis quae infra praedictos continentur confines, vel alios si qui forent ulterius veriores, accessibus et egressibus suis usque in viam publicam et comunem et cum omnibus et singulis quae dicta res obligata habet super se, supra se, infra se seu intra se in integrum, omnique iure et actione usu seu requisitione sibi ex ea re vel pro ea re, aut ipsi rei modo aliquo spectante et pertinente; et hoc nominatim praetio rhenensium duodecim in ratione librarum quinque bonae monetae de Marano pro singulo rhenense. Quos venditor confessus, contentus et manifestavit se habuisse et recepisse a praefato emptore praesente et hanc confessionem acceptantem. Renuncians dictus venditor exceptioni non numeratae pecuniae et non habiti et recepti pretii praedicti, ac non factae dictae confessionis et non esse verum ut supra et exceptioni doli mali, pacti conventi, actioni in factum, condictioni indebiti et sine causa et omni alii suo iuri et legum auxilio sibi competenti et competituro. Quem affictum cum proprietate venditum constituit tenere et possidere donec dictus emptor eiusdem affictus tenutam et corporalem acceperit possessionem. Quam accipiendi et sua propria authoritate in se retinendi deinceps ei emptori licentiam omnimodam contulit atque dedit, ita quod petia terrae semper remaneat penes venditorem cum onere solvendi in dictum affictum omni anno ut infra. promittens dictus venditor per se et suos haeredes dicto emptori praesenti pro se et successoribus suis stipulanti de evictione et legitima defensione dictae rei obligatae secundum formam iuris et statutorum civitatis Tridenti, sub obligatione omnium bonorum praesentium et futurorum. Promisitque dictus venditor dictam rem obligatam de bono in melius promovere et non deteriorare ac omni anno in festo s. Michaelis vel in eius octava ad solitam habitationem dicti emptoris vel eius successorum et eidem dare, solvere et praesentare dicta staria duo frumenti boni siccii, pulchri ac bene sasonati ad comunem mensuram Tridenti pro affictu dictae rei obligatae et cum pactis solitis et consuetis ac secundum usum et consuetudinem locationum perpetualium domorum mercati Tridenti et pacta solita ac secundum tenorem constitutionum reverendissimi domini. Quae omnia fuerunt per me notarium publicata et stipulata licet omissa brevitatis gratia, et cum pacto se franchitandi quandocumque pro dictis rhenensibus duodecim et soluta impensa praesentis instrumenti.

Ego Odoricus filius quondam ser Ioannis de Zenis de Brosino Cavedeni publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius ac collegiatus Tridenti, praemissis omnibus et singulis praesens fui et rogatus ea publice scripsi,

S. N. Ego Ioannes filius quondam domini Petri Basseti de Lasino publicus apostolica et imperiali authoritatibus notarius et civis Tridenti, ex licentia et autoritate mihi datis atque concessis per nobilem et clarissimum dominum Ludovicum Pellizolum mantuanum praetorem Tridenti relevandi et in publicam formam redigendi instrumenta rogata per quondam egregium dominum Odoricum Zenum notarium Cavedeni ut appareat in rogitis egregii domini Ioannis Dro de Malfero notarii et civis Tridenti, suprascriptum instrumentum ex prothocollo dicti domini odorici aliena manu transcriptum et cum suo originali concordare inveni me subscrispi signoque meo solito apposito munivi et auctenticavi.

nonagesimo octavo, indictione undecima, die vero lunae duodecima ianuarii in villa Brosini, in studio domus mei notarii infrascripti, praesentibus Ioanne quondam Iacobi Spirrelli de Brosini ac Ioanne filio mei notarii infrascripti, testibus ad infrascripta vocatis et rogatis.

Ibi personaliter constitutus ser Stephanus quondam Antonii Spirrelli de villa Brosini per se et suos haeredes iure proprio et imperpetuum pro libero et expedito allodio dedit vendidit et tradidit Bartholomeo de Aldrigetis uti gubernatori ecclesiae sancti Rochi de dicta villa Brosini, ibidem praesenti ementi per se et successoribus suis stipulanti afflictum unius starii frumenti una cum eius proprietate et directo dominio unde solvi debeat, quem afflictum posuit et constituit super petia terrae arrativa stariorum duorum seminis vel circa, sita in pertinentiis Cavedeni, in loco ubi dicitur alla Brentella, a mane apud Augustinum Vivianum, a meridie apud haeredes de Dorigatis, a sero apud viam comunem a septentrione apud iura castri Madrutii et forte alii sunt veriores confines, eamque petiam terrae volens et mandans ac subiciens et eius possessores rem obligatam et obligatos ad solvendum dictum afflictum etc., omni anno ut infra. Ad habendum tenendum et possidendum ac dictum afflictum exigendum et quicquid dicto emptori vel successoribus suis deinceps placuerit perpetuo faciendum etc., cum omnibus et singulis quae in praedictis continentus confinibus vel alios si qui forent ulterius veriores, accessibus et egressibus suis usque in viam publicam et comunem, et cum omnibus et singulis quae dicta res obligata habet super se supra se, infra se seu intra se in integrum, omnique iure et actione usus seu requisitione sibi ex ea re vel pro ea re, aut ipsi rei modo aliquo spectante et pertinente. Et hoc nominatim pretio rhenensium sex in ratione librarum quinque bonae monetae de Marano pro singulo rhenense, quos emptor ibidem solvit in moneta; quem afflictum et proprietatem vendor constituit tenere et possidere donec dictus emptor eiusdem afflictus tenutam et corporalem accepit possessionem, quam accipiendi et sua propria authoritate in se retinere deinceps ei emptori licentiam omnimodam contulit atque dedit, ita quod petia terrae remaneat semper penes venditorem cum onere solvendi in dictum afflictum omni anno ut infra. Promittens dictus vendor per se et suos haeredes dicto emptori praesenti pro se et suis successoribus stipulanti de evictione et legitima defensione ac ratihabitione dictae rei obligatae secundum formam iuris et statutorum civitatis Tridenti, sub obligatione omnium bonorum praesentium et futurorum. Promittens dictus vendor dictam rem obligatam de bono in melius promovere et non deteriorare ac omni anno in festo sancti Michaelis vel in eius octava ad solitam habitationem dicti gubernatoris et eidem dare et solvere ductum starium frumenti ad comunem mensuram Tridenti pro affectu dictae rei obligatae et cum pactis et conditionibus apponi solitis in instrumentis locationum perpetualium domorum mercati Tridenti ibidem expressis et solemnis stipulatione valatis et in casu devolutionis fiat defalcatio tertii ac servetur iuxta constitutiones reverendissimi domini episcopi principisque Tridentini, quae omnia fuerunt per me notarium publicata et stipulata sed omissa brevitatis gratia, et cum pacto se francandi quandocumque pro dictis rhenensibus sex et soluta impensa praesentis instrumenti etc.

Ego Odoricus quondam ser Ioannis de Zenis de Brosino Cavedeni publicus apostolica et imperiali authoritatibus notarius et collegiatus Tridenti, praemissis omnibus et singulis praesentibus fui et ea rogatus publice scripsi etc.

S. N. Ego Ioannes filius quondam domini Petri Basseti de Lasino publicus apostolica et imperiali authoritatibus notarius et civis Tridenti, ex licentia et authoritate mihi datis et concessis per nobilem et clarissimum dominum Ludovicum Pellizolum

matuanum Praetorem Tridenti relevandi et in publicam formam redigendi instrumenta rogata per quondam egregium dominum Odoricum Zenum notarium Cavedeni, ut appareat in rogitis egregii domini Ioannis Dro de Malphero notarii et civis Tridenti, suprascriptum instrumentum ex prothocollo dicti domini Odorici transcripsi, in quorum fidem me subscrispsi signoque meo solito apposito munivi et authenticavi etc.

179.

Brusino, 1598 febbraio 25.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo nonagesimo octavo, indictione undecima, die vero martis vigesima quinta februarii in villa Brosini, in studio domus mei notarii infrascripti, praesentibus Ioanne quondam Iacobi Odorici, Pauli de Manariis, Christophoro quondam Nicolai de Zenis de Brosino testibus ad infrascripta vocatis et rogatis.

Ibique expositum fuit per Ioannem quondam Michaelis Bacedae de Laguna Cavedeni ex una et Bartholomeum Berlandam uti gubernatorem ecclesiae sancti Rochi de villa Brosini ex altera, et cum futura esset lis inter eos occasione petiae terrae arativae et vineatae unius starii seminis vel circa, sitae in pertinentiis Cavedeni in loco ubi dicitur a Cort, a mane et a meridie apud dominum Nicolaum Zambaldum, a sero apud Bernardum de Zenis a septentrione apud viam comunem et volentes partes ipsae lites evitare, expensisque parcere et amicitiam conservare et ad mansionem reverendi domini plebani de Cavedeno et aliorum communium amicorum ac cupientes ipsam differentiam terminari potius per viam amicabilis compositionis, quam per viam iudicariam venerunt ad infrascriptam compositionem et concordium. Item actum fuit quod praedicta petia terrae sit libera ipsius ecclesiae s. Rocchi et quod dictus Bartholomeus teneatur dare et solvere ipsi Ioanni renenses quinque prout ibidem dictus Ioannes confessus fuit habuisse, renenses etc. et Ioannes teneatur solvere omni anno medium bacedam silliginis et quadrantes novem episcopo reverendissimi domini tridentini. Quam compositionem concordium ac omnia et singula suprascripta preafatae partes per se et suos haeredes ad invicem promiserunt firmam, ratam et gratam ac firma, rata et grata habere, tenere, attendere, observare adimplere et in aliquo non contrafacere, vel venire per se vel aliuos aliqua ratione, causa vel ingenio, de iure vel de facto, sub poena rhenensium decem fisco reverendissimi domini Tridenti applicandorum pro dimidia, pro quo ego notarius infrascripotus uti publica persona stipulatus sum et pro alia dimidia parti attendanti totiens auferenda et committenda quotiens a parte fuerit contrafactum et poena refectionis omnium damnorum expensarum ac interesse litis et extra et sub obligatione omnium bonorum praesentium et futurorum.

Ego Odoricus filius quondam ser Ioannis de Zenis de Brosino Cavedeni publicus apostolica et imperiali authoritatibus notarius ac collegiatus Tridenti praemissis omnibus et singulis praesens fui, et rogatus ea publice scripsi etc.

S. N. Ego Ioannes filius quondam domini Petri Basseti de Lasino publicus apostolica et imperiali authoritatibus notarius et civis Tridenti, ex licentia et autoritate mihi datis per nobilem et clarissimum dominum Ludovicum Pellizolum mantuanum Praetorem Tridenti, relevandi et authenticandi instrumenta rogata per quondam egregium dominum Odoricum Zenum notarium Cavedeni, ut appareat in rogitis egregii domini Ioannis Dro de Malphero notarii et civis Tridenti, suprascriptum instrumentum ex prothocollo dicti domini Odorici transcribere feci et cum suo originali concordare

invento, me subscrispi signoque meo solito apposito authenticavi.

180.

Brusino, 1600 dicembre 11,

In Christi nomine amen. Anno nativitatis Domini millesimo sexcentesimo, indictione 13, die vero martis undecima decembris, in villa Brosini in studio domus mei notarii infrascripti, praesentibus Thomasino quondam Simonis Spirelli ac Ioanne filio notarii infrascripti testibus rogatis.

Ibique personaliter constitutus Nicolaus quondam Simonis de Aldrigetis de Brosino per se et suos haeredes iure proprio et in perpetuum pro libero et expedito alodio dedit vendidit et tradidit Ioanni filio Pauli Manarae uti gubernatori ecclesiae sancti Rochi de villa Brosini ibidem praesenti ementi per se et successoribus suis stipulanti et recipienti affictum unius starii frumenti, quem affictum posuit et constituit super petia terrae arrativa et vineata stariorum quatuor seminis vel circa, sita in pertinentiis Brosini in loco ubi dicitur alle Tirelle, a mane apud Ioannem fratrem dicti venditoris, a meridie apud foveam aquae, a sero apud viam comunem, a septentrione apud Antonium fratrem etiam venditoris et forte alii sunt veriores confines, eamque petiam terrae volens et mandans ac subiciens et eius possessores rem obligatamet obligatos ad solvendum dictum affictum omni anno ut infra. Ad habendum tenendum et possidendum ac dictum affictum exigendum quae dicta res obligata habet super se, supra se, infra se, seu intra se in integrum, omnibique iure et actione, usu seu requisitione sibi ex ea re vel pro ea re aut ipsi rei modo aliquo spectante et pertinente, et hoc nominatim pretio renensum sex bonae monetae. Quos venditor confessus fuit habuisse et recepisse a praefato emptore praesente et hanc confessionem acceptante, renuncians dictus venditor exceptioni non numeratae pecuniae et non habiti et recepti praeditorum renensum 6 ac non factae dictae confessionis et non conventum ut supra et exceptioni doli mali pacti conventi actioni in factum, conditioni indebiti et hac causa et omni alii suo iuri et legum auxilio sibi competenti et competituro et computatis tronis decem ibidem datis. Quen affictum cum proprietate venditor constituit tenere et possidere donec dictus emptor eiusdem affictus tenutam et corporalem acceperit possessionem. Quam accipiendo et sua propria auctoritate in se retinendi deinceps ei emptori licentiam omnimodam contulit atque dedit, ita quod dicta petia terrae remaneat semper penes venditorem cum onere solvendi tamen dictum affictum omni anno un infra. Promittens dictus venditor pr se et suos haeredes dicto emptori praesenti pro se et suis haeredibus stipulanti de evictione et legitima defensione dictae rei obligatae secundum formam iuris et statutorum civitatis Tridenti sub obligatione omnium bonorum praesentium et futurorum. Promittensque dictus venditor dictam rem obligatam de bono in melius promovere et non deteriorare ac omni anno in festo sancti Michaelis vel infra eius octavam Cavedeni ad solitam habitationem dicti gubernatoris vel eius successorum et eidem dare et solvere dictum starium frumenti ad comunem mensuram Tridenti pro affictu dictae rei obligatae cum pactis solitis et consuetis ac secundum usum et consuetudinem locationum perpetualium domorum mercati Tridenti et pacta solita ac secundum tenorem constitutionum illustrissimi episcopi, principisque Tridenti, quae omnia fuerunt per me notarium publicata et scripta licet omissa brevitatis gratia et cum pacto franchitandi se quandocumque etc. dictos renenses sex et soluta impensa praesentis instrumenti.

Ego Odoricus quondam domini Ioannis de Zenis de Brosino cavedeni publicus apostolica et imperiali authoritatibus notarius etc., praemissis praesens fui et rogatus

publice scripsi etc.

S. N. Ego Ioannes filius quondam domini Petri Basseti de Lasino publicus apostolica et imperiali authoritatibus notarius et civis Tridenti, ex licentia et autoritate michi datis per nobilem et clarissimum dominum Ludovicum Pellizolum mantuanum Praetorem Tridenti relevandi et authenticandi instrumenta rogata per quondam egregium dominum Odoricum Zenum notarium cavedeni, ut appareat in rogitis egregii domini Ioannis Dro de Malphero notarii et civis Tridenti, suprascriptum instrumentum ex prothocollo dicti domini Odorici transcribere feci et cum suo originali concordare invento meque subscrispi, signoque meo solito apposito authenticavi.

181.

Cavedine, 1601.

Pergamena roiscicchiata dai topi all'inizio.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate Domini millesimo sexcentesimo primo inductione quarta decima, die vero lunae (*foro*) in villa Lagunae Cavedeni in coquina domus haeredum quondam domini Antonii Faitelli et fratrum, praesentibus Antonio quondam Federici Viviani, Antonio quondam Ioannis Turinae de villa Vigii, testibus rogatis.

Ibique personaliter constitutus Antoninus quondam Bartholomei Iacobu Odorici Manarae de villa Brosini Cavedeni per se et suos haeredes iure proprio et imperpetuum pro libero et expedito allodio dedit, vendidit, et tradidit Bartholomeo de Berlandis uti gubernatori ecclesiarum de Cavedeno et in praesentia reverendi domini presbiteri Melchioris Zambaldis nunc plebani Cavedeni, ibidem praesenti, ementi per se et successoribus suis stipulanti et recipienti afflictum stariorum trium frumenti una cum eius proprietate et directo dominio unde solvi debeat. Quem afflictum posuit et constituit super petia terrae arativa unius starii cum dimidio seminis vel circa, sita in pertinentiis Cavedeni in loco ubi dicitur alla Braida, a mane apud viam comunem, a meridie apud Ioannem Rivabenum, a sero apud iura castri Madrucii, a septentrione apud dominum Ioannem de Comitibus et forte alii sun veriores confines; eamque petiam terrae volens et madans ac subiiciens et eius possessores esse obligatam et obligatos ad solvendum dictum afflictum omni anno ut infra. Ad habendum, tenendum, et possidendum ac dictum afflictum exigendum, et quicquid dicto emptori vel successoribus suis deinceps placuerit perpetuo faciendum cum omnibus et singulis quae infra praedictos continentur confines et alias ulterius veriores. Accessibus et egressibus suis usque in viam publicam et comunem, et cum omnibus et singulis quae dicta res obligata hebet super se, supra se, infra se seu intra se in integrum, omnique iure et actione usus seu requisitione sibi ex ea re vel pro ea re, aut ipsi rei modo aliquo spetctante et pertinente. Et hoc nominatim pretio renensium decem et octo bonae monetae, quos ibidem emptor dedit, solvit et numeravit dicto venditori praesenti et ad se trahendti in auro; quem afflictum cum proprietate venditum constituit tenere et possidere donec dictus emptor eiusdem afflictus tenutam et corporalem acceperit possessionem. Quam accipiendi et sua propria authoritate in se retinendi deinceps ei emptori licentiam omnimodam contulit, atque dedit, ita quod petia terrae remaneat semper penes venditorem cum onere solvendi tamen dictum afflictum omni anno ut infra. Promittensque dictus venditor per se et suos haeredes dicto emptori praesenti pro se et suis successoribus stipulanti de evictione et legitima defensione dictae rei obligatae secundum formam iuris et statutorum civitatis

Tridenti sub obligatione omnium bonorum praesentium et futurorum. Promisitque dictus venditor dictam rem obligatam de bono in melius promovere et non deteriorare, ac omni anno in festo s. Michaelis vel infra eius octavam Cavedeni ad solitam habitationem dicti gubernatoris et eidem dare et solvere ipsi gubernatori stria tria frumenti ad comunem mensuram Tridenti pro afflictu et interesse dictae rei obligatae et cum pactis et conditionibus apponi solitis in instrumentis locationum perpetualium domorum mercati Tridenti, ibidem expressis et solemni stipulatione vallatis et in casu devolutionis fiat defalcatio tertii et servetur iuxta constitutiones illustrissimi et reverendissimi episcopi, principisque Tridenti, quae omnia fuerunt per me notarium publicata et stipulata omissa brevitatis gratia et cum pacto se franchitandi quandocumque pro dictis rhenensibus decem et octo et soluta impensa praesentis instrumenti.

Ego Odoricus quondam domini Ioannis de Zenis de Brosino Cavedeni publicus apostolica et imperiali authoritatibus notarius ac collegiatus Tridenti praemissis omnibus praesens fui, et rogatus ea publice scripsi etc.

S. N. Ego Ioannes filius quondam domini Petri Basseti de Lasino publicus apostolica et imperiali authoritatibus notarius et civis Tridenti ex licentia et autoritate michi datis per nobilem et clarissimum dominum Ludovicum Pellizolum mantuanum Praetorem Tridenti relevandi et in publicam formam redigendi instrumenta rogata per quondam egregium dominum Odoricum Zenum notarium Cavedeni, ut appareat in rogitis egregii domini Ioannis Dro de Malphero notarii et civis Tridenti, suprascriptum instrumentum ex prothocollo dicti domini Odorici transcribere feci et cum originali concordare invento me subscripsi signoque meo solito apposito munivi et authenticavi.

182.

Brusino, 1601 gennaio 5.

In Christi nomine. Anno reparatae salutis millesimo sexcentesimo primo inductione 14, die autem mercurii quinta mensis februarii in villa Brussini Cavedeni et thalamo uno domus ser Sperandei Cadeni, praesentibus ibidem ser Francisco et Sperandeo de Cadenis testibus rogatis etc.

Ibique personaliter constitutus Ioannes filius quondam Aldrigeti Berlandae de Brusino Cavedini per se et eius haeredes, iure proprio et in perpetuum ad liberum allodium (salvo pacto infrascripto) dedit vendidit et tradidit ser odorico Zeno de eodem loco ibidem praesenti et nomine ac vice venerabilis ecclesiae sancti Rochi Brusini stipulanti ementi et recipienti unum afflictum perpetualem franchitabilem tamen stariorum 4 frumenti ad taxam et comunem mensuram Tridenti simul cum sua proprietate etc., solvendum per dictum Ioannem venditorem eiusque haeredes, quem quidem afflictum idem venditor per se eiusque haeredes omni etc., constituit fundavit atque assicuravit de et super una eius petia terrae arativae quantitatis unius striae et unius quartae sita in pertinentiis Brusini loco dicto alla Casarbonera, cui a mane adhaeret via communis, meridie Donatus Galvagnus, sero dicta via communis, a septentrione haeredes quondam Petri Dorigati et forte etc., sive super tanta terrae quantitate quae valeat tertium de pluri infrascripti pretii, iuxta constitutiones excelsae superioritatis Tridenti editas ultimo loco super afflictibus, secundum quas etc., et non aliter etc., ad hebandum etc., atque exigendum et quidquid etc., ac cum omnibus et singulis etc., Et hoc fecit dictus Ioannes venditor nominatim pretio rhenensium viginti quatuor in ratione solita. Quos praefatus ser Odoricus emptor de pecuniis dictae ecclesiae ibidem

effectualiter dedit, solvit et numeravit dicto venditori Berlandae praesenti et ad se trahenti in tot duplicibus auri bonis etc. Renuncians etc., asserensque et affirmans dictam terram esse suam propriam etc., et sufficientem ad solvendum suprascriptum afflictum cum tertio de pluri iuxta praedictas constitutiones; quamque meliorare promisit nec non pro ea ac pro eis solvere annuatim dictae ecclesiae dicta staria 4 frumenti boni nitidi et pulchri etc., licet hic omissis brevitatis gratia, postquam per me notarium fuere publicatae; promittensque per se et eius haeredes de evictione et legitima deffensione dictae petiae terrae contra quoscumque secundum formam iuris etc., necnon de rato etc., poena dupli etc. refectionisque etc., qua soluta vel non nihilominus etc., obligans pro praemissorum omnium observatione omnia alia sua bona praesentia et futura cum clausula Constituti in libera semper electione dictae ecclesiae ac in valida et solemni forma, omniue alio meliori modo. Pacto tamen perpetuo dicto venditori illiusque haeredibus reservato et concesso sese quandocumque et sine ulla temporis praescriptione liberandi et franchitandi a praesenti affictu, illiusque annua praestatione solvendo dictos rhenenses viginti quatuor et incertos omnes si qui etc.

S. N. Ego Marsilius Mersius publicus imperiali auctoritate notarius collegiatus Tridenti quoniam praemissis interfui ac de eis rogatus extiti, ideo me hic in fidem authentice subscripsi, laudans appostillam in fine praesentis addita et signata +. Ad laudem Dei semper.

183.

Brusino, 1601 agosto 19.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate Domini millesimo sexcentesimo primo, indictione quartadecima, die vero dominico decimonono augusti in villa Brosini Cavedeni in studio domus mei notarii infrascripti, praesentibus reverendo domino presbitero Melchiore quondam domini Francisci Zambaldi nunc plebano Cavedeni, Antonio quondam Nicolai de Zenis de Brosino testibus rogatis.

Ibique personaliter constitutus dominus Dominicus quondam ser Sperandei Travaiae de Laguna per se et suos haeredes iure proprio et imperpetuum pro libero et expedito allodio dedit, vendidit, et tradidit Paulo quondam Iacobi Manarae de Brosino uti massario et gubernatori ecclesiae s. Rocchi de dicta villa Brosini ibidem praesenti, ementi nomine dictae ecclesiae et successorum suorum stipulanti et recipienti afflictum stariorum duorum frumenti una cum eius proprietate et directo dominio unde solvi debeat. Quem afflictum posuit et constituit super petia terrae arativa et vineata stariorum trium seminis vel circa, sita in pertinentiis Cavedeni in loco ubi dicitur in Creden, a mane et a sero apud viam comunem, a meridie apud illustrissimos de Madrucio, a septentrione apud iura venerabilis Capituli de Tridente, et forte alii sunt veriores confines. Eamque petiam terrae volens et mandans ac sibiiciens et eius possessores esse obligatam et obligatos ad solvendum dictum afflictum omni anno ut infra. Ad habendum, tenendum, et possidendum ac dictum afflictum exigendum et quicquid dicto emptori et successoribus suis deinceps placuerint perpetuo faciendum, cum omnibus et singulis quae infra praedictos continentur confines vel alios si qui forent ulterius veriores, accessibibus et egressibus suis usque in viam publicam et comunem et cum omnibus et singulis quae dicta res obligata habet super se, supra se, infra se seu intra se in integrum omniue iure et actione usu seu requisitione sibi ex ea re vel pro ea re aut ipsi rei modo aliquo spectante et pertinente, et hoc nominatim pretio rhenensium duodecim bonaee monetae, quos emptor ibidem dedit, solvit et numeravit praedicto domino venditori

praesenti et ad se trahenti in auro et moneta. Quem afflictum cum proprietate venditum constituit tenere et possidere donec dictus emptor eiusdem afflictus et corporalem acceperit possessionem, quam accipendi et sua propria authoritate in se retinendi deinceps ei emptori licentiam omnimodam contulit atque dedit. Ita quod petia terrae remaneat semper penes venditorem cum onere solvendi tamen dictum afflictum omni anno ut infra. Promittens dictus dominus venditor per se et suos haeredes dicto emptori praesenti pro se et successoribus suis stipulanti de evictione et legitima defensione dictae rei obligatae secundum formam iuris et statutorum civitatis Tridenti sub obligatione omnium bonorum praesentium et futurorum. Promisitque dictus venditor dictam rem obligatam de bono in melius promovere et non deteriorare ac omni anno in festo s. Michaelis vel in infra eius octavam ad solitam habitationem dicti gubernatoris vel eius successorum et eidem dare et solvere dicta staria duo frumenti ad comunem mensuram Tridenti pro affictu dictae rei obligatae et cum pactis et conditionibus apponi solitis in instrumentis locationum perpetualium domorum mercati Tridenti ibidem expressis et solemni stipulatione vallatis et in casu devolutionis fiat defalcatio tertii ac servetur iuxta constitutiones illustrissimi et reverendissimi domini. Quae omnia fuerunt per me notarium publicata et stipulata licet omissa brevitatis gratia, et cum pacto se franchitandi quandocumque pro dictis renensibus duodecim et soluta impensa praesentis instrumenti.

Ego Odoricus quondam domini Ioannis de Zenis de Brosino Cavedeni publicus apostolica et imperiali authoritatibus notarius ac collegiatus Tridenti, praemissis praesens fui et rogatus ea publice scripsi etc.

S. N. Ego Ioannes filius quondam domini Petri Basseti de Lasino publicus apostolica et imperiali authoritatibus notarius et civis Tridenti, ex licentia et authoritate mihi datis per nobilem et clarissimum dominum Ludovicum Pellizolum mantuanum Praetorem Tridenti, relevandi et authenticandi instrumewnta rogata per quondam egregium dominum Odoricum Zenum notarium Cavedeni, ut appareat in rogitis egregii domini Ioannis Dro de Malphero notarii et civis Tridenti, suprascriptum instrumentum ex prothocollo dicti domini Odorici transcribere feci et cum suo originali concordare invento me subscripsi signoque meo solito apposito authenticavi.

184.

Brusino, 1602 febbraio 12.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate Domini millesimo sexcentesimo secundo, indictione quintadecima, die vero martis duodecima februarii, in villa Brosini in studio domus mei notarii infrascripti, praesentibus Antonio quondam Donati Luchetae, Thomasino quondam Simonis Spirelli dr Brosino testibus rogatis.

Ibique personaliter constitutus Antonius quondam Ioannis Luchetae de villa Brosini Cavedeni per se et suos haeredes iure proprio et in perpetuum pro libero et expedito allodio dedit, vendidit, et tradidit Ioanni quondam Pauli Manarae uti gubernatori ecclesiae sancti Rochi de villa Brosini ibidem praesenti ementi per se et successoribus suis stipulanti et recipienti afflictum unius starii frumenti una cum eius proprietate et directo dominio unde solvi debeat, quem afflictum posuit et constituit super domo pro quanta est sita in villa Brosini in loco alli Spirelli, a mane apud haeredes quondam Odorici Sperandei Cadini, a meridie apud Pellegrinum de Dorigatis, a sero apud Ioannem Chesanum et partim apud viam comunem, a septentrione apud haeredes quondam Ioannis Spirelli et forte alii sunt veriotres confines, eamque petiam terrae

volens et mandans ac subiiciens et eius possessores ac obligatam et obligatos ad solvendum dictum afflictum omni anno ut infra. Ad habendum, tenendum et possidendum ac dictum afflictum exigendum et quidquid dicto emptori vel successoribus suis deinceps placuerit faciendum, cum omnibus et singulis quae infra praedictos continentur confines, vel alios si qui forent ulterius veriores. Accessibus et egressibus suis usque in viam publicam et comunem et cum omnibus et singulis quae dicta res obligata habet super se, supra se, infra se seu intra se in integrum omnique iure et actione, usu seu requisitione sibi ea re vel pro ea re aut ipsi rei modo aliquo spectante et pertinente. Et hoc nominatim pretio rhenensium sex bonae monetae, quos venditor fuit confessus habuisse et recepisse a praefato emptori praesenti et hanc confessionem acceptanti, renuncians dictus venditor exceptioni non numeratae pecuniae et non habitu et recepti pretii praedicti ac non factae dictae confessionis et non esse verum ut supra, et exceptioni doli mali pacti conventi, actioni in factum conditioni indebiti et sine causa et omni alii suo iuri et legum auxilio sibi competenti et competituro, computatis rhenensibus tribus ibidem datis in moneta, quem afflictum cum proprietate venditor constituit tenere et possidere donec emptor eiusdem afflictus tenutam et corporalem acceperit possessionem, quam accipiendi et sua propria auctoritate in se retinendi deinceps ei emptori licentiam omnimodam contulit atque dedit, ita quod dicta petia terrae remaneat semper penes venditorem cum onere tamen solvendi dictum afflictum omni anno ut infra. Promittens dictus venditor per se et suos haeredes praefato emptori praesenti per se et successoribus suis stipulanti et ementi de evictione et legitima defensione dictae rei obligatae secundum formam iuris et statutorum civitatis Tridenti, sub obligatione omnium bonorum praesentium et futurorum, promittensque dictus venditor dictam rem obligatam de bono in melius promovere et non deteriorare, omnique anno in festo s. Michaelis vel infra eius octavam Cavedeni ad solitam habitationem dicti gubernatoris vel eius successorum et eidem dare et solvere dictum starium frumenti ad comunem mensuram Tridenti pro affectu dictae rei obligatae cum pactis et conditionibus apponi solitis in instrumentis locationum perpetualium domorum mercati Tridenti ibidem expressis et solemini stipulatione vallatis et in casu devolutionis fiat defalcatio tertii ac servetur iuxta constitutiones illustrissimi et reverendissimi episcopi principisque Tridenti. Quae omnia fuerunt per me notarium publicata et stipulata, omissa brevitatis gratia, et cum pacto se franchandi quandocumque pro dictis rhenensibus sex et soluta impensa praesentis instrumenti.

Ego Odoricus quondam domini Ioannis de Zenis de Brosino Cavedeni publicus apostolica et imperiali authoritatibus notarius ac collegiatus Tridenti, praemissis praesens fui et rogatus ea publica scripsi etc.

S. N. Ego Ioannes filius quondam domini Petri Basseti de Lasini, publicus apostolica et imperiali authoritatibus notarius et civis Tridenti, ex licentia et auctoritate mihi datis per nobilem et clarissimum dominum Ludovicum Pellizolum mantuanum Praetorem Tridenti, relevandi et authenticandi instrumenta rogata per quondam egregium dominum Odoricum Zenum notarium Cavedeni, ut appareat in rogitis egregii domini Ioannis Dro de Malphero notarii et civis Tridenti, suprascriptum instrumentum ex prothocollo dicti domini Odorici transcribere feci et cum suo originali concordare invento, me subscripsi signoque meo solito apposito authenticavi.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate Domini millesimo sexcentesimo quarto inductione secunda, die vero martis ultima novembris, in villa Brosini in studio domus mei notarii infrascripti, praesentibus Bartholomeo quondam Nicolai de Aldrigetis de Brosino, Thomasio quondam Nicolai de Bernardis de Lasino testibus rogatis.

Ibi personaliter constitutus Nicolaus quondam Odorici Aldrigeti de Zenis de Brosino per se et suos haeredes iure proprio et imperpetuum pro libero et franco allodio dedit, vendidit et tradidit Odorico quondam Iacobi Odorici Pauli Manarae uti gubernatori ecclesiae sancti Rochi de dicta villa Brosini, ibidem praesenti ementi pro se et successoribus suis stipulanti et recipienti afflictum unius starii frumenti una cum eius proprietate et directo dominio unde solvi debeat, quel afflictum posuit et constituit super petia terrae arrativa stariorum duorum seminis vel circa sita apud ecclesiam sancti Blasii de villa Vigi, a mane apud iura dictae ecclesiae sancti Blasii, a meridie apud viam consortalem, a sero et septentrione apud viam comunem et forte alii sunt veriores confines, eamque petiam terrae volens et mandans ac sibiiciens et eius possessores rem obligatam et obligatos ad solvendum dictum afflictum omni anno ut infra. Ad habendum, tenendum et possidendum ac dictum afflictum exigendum et quicquid dicto emptori vel successoribus suis deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus et singulis quae infra praedictos continentur confines vel alios si qui forent ulterius veriores, accessibus et egressibus suis, usque in viam publicam et comunem et cum omnibus et singulis quae dicta res obligata habet super se, supra se infra se seu intra se aut ipsi rei modo aliquo spectante et pertinente. Et hoc nominatim pretio rhenensium sex bonae monetae, quos vendor confessus, contentus et manifestavit habuisse et recepisse a praefato emptori praesenti et hanc confessionem acceptanti. Renuncians dictus vendor exceptioni non numeratae pecuniae et non habiti et recepti pretii praedicti ac non factae dictae confessionis et non esse verum ut supra et exceptioni doli, mali pacti conventi, actioni in factum, conditionem indebiti et sine causa et omni alii suo iuri et legum auxilio sibi competenti et competituro, quem afflictum cum proprietate venditum constituit tenere et possidere, donec dictus emptor eiusdem afflictus tenutam et corporalem acceperit possessionem, quam accipiendi et sua propria authoritate in se retinendi deinceps ei emptori licentiam omnimodam contulit atque dedit, ita quod dicta petia terrae remaneat semper penes venditorem cum onere solvendi tamen dictum afflictum omni anno ut infra. Promittens dictus vendor per se et suos haeredes dicto emptori praesenti pro se et successoribus suis stipulanti de evictione et legitima defensione dictae rei obligatae secundum formam iuris et statutorum civitatis Tridenti sub obligatione omnium bonorum praesentium et futurorum. Promittensque dictus vendor dictam rem obligatam de bono in melius promovere et non deteriorare ac omni anno in festo sancti Michaelis vel infra eius octavam, Cavedeni ad solitam habitationem dicti gubernatoris vel eius successorum etei dare et solvere dicta staria frumenti ad comunem mensuram Tridenti, pro affictu dictae rei obligatae cum pactis et conditionibus apponi solitis in instrumentis locationum perpetualium domorum mercati Tridenti ibidem expressis et solemni stipulatione valatis, et in casu devolutionis fiat defalcatio tertii ac servetur iuxta constitutiones illustrissimi et reverendissimi episcopi principisque Tridenti, quae omnia fuerunt per me notarium publicata et stipulata licet omissa brevitatis gratia et cum pacto se francandi quandocumque pro dictis rhenensibus sex et soluta impensa praesentis instrumenti.

Odoricus Zenus notarius rogatus scripsi etc.

S. N. Ego Ioannes filius quondam domini Petri Basseti de Lasino publicus apostolica et imperiali authoritatibus notarius et civis Tridenti ex licentia et authoritate

mihi datis per nobilem et clarissimum dominum Ludovicum Pellezolum mantuanum Praetorem Tridenti relevandi et authenticandi instrumenta rogata per quondam egregium dominum Odoricum Zenum notarius Cavedeni, ut appareat in rogitis domini Ioannis Dro de Malphero notarii et civis Tridenti, suprascriptum instrumentum ex prothocollo dicti domini Odorici transcripsi, in quorum fidem me subscrispsi signoque meo solito apposito authenticavi.

186.

Trento, 1611 febbraio 24.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo sexcentesimo undecimo inductione nona, die iovis vigesimo quarto mensis februarii, Tridenti in contrata Lata in stuba domus et habitationis mei notarii infrascripti. Praesentibus ibidem ser Antonio quondam Nicolai Garzeti de Lacuna (*foro*)...(Bal)dessare quondam Valentini de Florianis habitatore Matarelli et Salvatore de Barthedis de Covelo habitatore in Gardulo a Plano testibus ad infrascripta rogatis.

Ibique personaliter constitutus dominus Antonius quondam domini Gottardi Tocholi de Lacuna vallis Cavedeni districtus Tridenti per se et suos haeredes iure proprio pro libero dedit, vendidit, et tradidit ser Antonio quondam Marci de Omnebonis Bresseni plebis Livi vallis Annaniae habitatori Madrutii praesenti ementi et recipienti per se et haeredes unam petiam terrae arrativam starii unius seminis in circa, sitam in pertinentiis villae Stravini in loco alle Giare cui confinat a mane senterius, a meridie Iohannes (*foro*) Curiae Tridenti commilito, a sero via communis et a septentrione ipse venditor cum alio simili loco et forte etc. Ad habendum, tenendum et possidendum, accessibus et egressibus suis et cum omnibus iuribus et actionibus spectantibus et pertinentibus. Et hoc fecerunt pro pretio et finito mercato inter eos convento etc., Renensibus viginti sex in ratione etc., quod precium seu quos renenses idem dictus Antonius venditor confessus fuit revera se habuisse et recepisse a magnifico domino capitaneo Iacobo Zambaldo castri Madrutii etc., nomine eiusdem solvente ipsi dicto venditori ita manifestati etc. Renuncians suprascriptus venditor exceptioni non factae dictae venditionis et pretii confessionis ac non habitorum et sibi non datorum dictos renenses, reique non sic ut supra gestae et exceptioni doli mali pacti conventi actioni in factum conditionis indebiti sine causa ac omni alio suo iuri et legum auxilio sivi competenti et competituro. Quam rem venditam dictus venditor se nomine vice emptoris ac pro eo constituit tenere et possidere donec illius rei tenutam et corporalem acceperit possessionem quam accipendi et sua propria autoritate retinendi deinceps emptori licentiam omnimodam contulit atque dedit, promittensque dictus venditor Antonius per se et haeredes suos de evictione et legitima defensione secundum iuris formam ac de rato et rati habitione omnium praemissorum sub paena dupli ac refectionis damnorum expensarum et interesse litis et extra etc., obligando antedictus dominus Antonius Tocholus venditor per se et suos haeredes supradicto Antonio de Omnebonis praesenti pro se et haeredibus stipulanti et acceptanti omnia bona sua praesentia et futura etc., in forma etc.

S. N. Ego Iohannes filius quondam egregii domini Antonii Dro de Malphero utraque auctoritatibus civis Tridenti notarius publicus collegiatus Tridenti, premissis interfui et rogatus scripsi publice ac me subscrispsi. Verum me aliis impeditus negotiis ex protocollo originali meo omnia antedicta transcribere feci prout supra in omnibus etc., signumque meum solitum in margine apposui et subscrispsi.

187.

Cavedine, 1611 dicembre 18.

In Christi nomine. Anno 1611 indictione nona, die vero dominico 18 decembris in canonica Lacunae in quadam camera ante cameram cubiculae, (prsaesentibus) domino Simone Faitelo, Dominico Galletto et Bartholomeo Coraiola testibus.

Ibidem Iacobus filius quondam ser Antonii della Pè de Stravino exposuit se esse afflictalimum et solvere unum afflictum stiorum 5 frumenti ad mensuram et ad taxam etc., ecclesiae sancti Antonii de Stravino et dictum afflictum esse constitutum super una eius petia terrae arrativa sita in pertinentiis Stravini in loco a Prazol infra suos confines (*spazio bianco*) et cum intendat dictam petiam terrae alienare multo nobili ac admodum reverendo domino Marchiori Zambaldo pievano, quem afflictum de consensu dicti nobilis ac reverendi domini... ac eum constituit et fundavit super una eius petia terrae arrativa et vineata sita in pertinentiis Stravini in loco sotto alla Giesia de sancto Antonio et cum sit quod ea tranferentia sit magis utilis, a mane via communis, meridie Ioannes Fravezzi, septentrione haeredes quondam Ioannis Brii, sero dominus Andrea dalla Pè et forte etc. Quam dixit et asseruit esse idoneam etc., obligans eam a solutione etc., ac sub eadem obligatione de quo in infrascriptis instrumentis. Ad habendum etc. Quae petia terrae remaneat penes venditorem cum obligatione solvendi dictum afflictum ad taxam quam etc.

Iacobus Cestarius notarius

S. N. Ioannes Baptista Benassutus publicus imperiali autoritate notarius civis collegiatus Tridenti relevatque rogationes quondam spectabilis Iacobi... infrascriptum instrumentum ex suo originali descriptum legi, ideo me subscrispi cum signo et nomine meis solitis.

188.

Trento, 1612 maggio 5.

In Christi nomine amen. Anno ab eiusdem nativitate millesimo sexcentesimo duodecimo, indictione decima, die vero quinta mensis mai, Tridenti in contrata s. Benedicti in studio mei notarii domus patris mei. Praesentibus ibidem ser Enrico quondam ser Nicolai de Nicolettis de villa Lagunae Cavedeni, Ioanne quondam ser Francisci a Pè de villa Stravini Cavedeni et Andrea fratre mei notarii infrascripti testibus ad infrascripta omnia et singula adhibitis, notis, idoneis vocatis et rogatis.

Ibi expositum et narratum fuit quod dominus Andreas a Pè fuit syndicus ecclesiae sancti Antonii de villa Stravini Cavedeni et administravit bona et introitus dictae ecclesiae et cum sit quod dictus dominus Andreas noluit amplius esse syndicus et voluit se liberare a dicto onere in computis factis de administratis et de axactis et solutis pro dicta ecclesia remansit debitor de exactis dictae ecclesiae de summa rainensium centum denariorum in ratione tronorum quatuor cum dimidio vel parentanorum 60 pro quolibet rainense et cum non habeat modum dictus dominus Andreas solvendi dictos rainenses centum in promptis pecuniis deliberavit pro illis se constituere afflictalimum et solvere annuatim afflictum et prout infra. Quare ibidem personaliter constitutus dictus dominus Andreas filius quondam Iacobi dalla Pè per se et suos haeredes iure proprio et imperpetuum salvo pacto infrascripto pro libero etc., dedit, vendidit, et tradidit ser Ioanni filio quondam ser Petri Fravesii de dicta villa Stravini ibidem praesenti tamquam

massario et syndico dictae ecclesiae s. Antonii et nomine dictae ecclesiae stipulanti ementi et recipienti unum afflictum perpetualem franchitabilem stariorum sexdecim cum duobus tertiiis frumenti ad comunem mensuram Tridenti sumul cum sua proprietate et dominio directo unde solvi debet, quem afflictum posuit et constituit super una eius petia terrae arrativa quantitatis stariorum octo seminis in circa, sita in pertinentiis Stravini praedicti in loco dicto a sancto Antonio cui coheret a mane via communis, meridie ser Iacobus dalla Pè, sero partim iura castri Madrutii partim Thomasius Toccolus, septentrione Antonius de Bonhom et forte etc., asserens dictam petiam terrae fore et esse habilem, idoneam et sufficientem ad solutionem dicti afflictus et esse tanti valoris cum tertio de pluri aliter si non esset habilis, idonea, sufficiens et tanti valoris obligat omnia alia sua bona praesentia et futura sive tantam partem dictorum bonorum cum tertio de pluri. Ad habendum, tenendum et possidendum et exigendum et quicquid dictae ecclesiae sive illius pro tempore massarii et syndicis perpetuo placuerit faciendum, cum omnibus et singulis iuribus actionibus viis usibus et requisitionibus ad dictum afflictum modo aliquo spectante et pertinente, praetio rainensium centum denariorum bonae monetæ in ratione carentanorum 60 pro quolibet rainense. Quos rainenses 100 dictus dominus Andreas confessus fuit exigisse a diversis affictaliniis nomine dictae ecclesiae et se esse verum et reale debitorem de illis rainensibus 100 prout ex computis factis omni et quacumque exceptione tam iuris quam facti poenitus a se remota renuntians dictus dominus Andreas exceptioni non factae praedictae constitutionis afflictus, non habitorum dictorum rainensium 100 integraliter modo quo supra, non sic fuisse facta computa et non sic remansisse debitorem er exceptioni non numeratae pecuniae, non sic celebrati instrumenti et non sic factae compensationis doli, mali omniisque alii suo iuri et legum auxilio sibi quomodolibet competenti et competituro. Quem afflictum dictus ser Andreas venditor se vice et precario nomine praedictae ecclesiae sive etiam praedicti ser Ioannis pro dicta ecclesia stipulanti et recipienti constituit tenere et possidere donec de dicto afflictu ut supra constituto dicta ecclesia vel pro tempore massarii tenutam realem et possessionem acceperit corporalem. promittensque dictus dominus Andreas venditor per se et suos haeredes praefato ser Ioanni ut supra pro dicta ecclesia sancti Antonii stipulanti et recipienti dictum afflictum manuteneret exigibilem et bene fundatum, de illiusque evictione et legitima deffensione secundum formam iuris et omni anno in festo sancti Michaelis vel infra eius octavam, dare, solvere, mensurare ac conducere dicta staria 13 et $\frac{2}{3}$ frumenti (sic) boni, sici, nitidi et cribellati ad taxam tamen et iuxta constitutiones illustrissimae et reverendissimae superioritatis tam veteres quam noviter emanatas quibus dicti contrahentes minime derogare intendunt, ita quod si quae fuissent in praesenti instrumento apposita quae non essent apponenda et fuissent contra constitutiones praedictas, quod intelligantur hic pro non descripta et si quae non fuissent apposita quae apponenda essent intelligantur et habeantur hic pro descripta et apposita ad hoc ut non drogetur constitutionibus praedictis de ratoque omnium et singulorum in praesenti instrumento contentorum paena dupli summae praedictae et refectionis omnium damnorum, expensarum et interesse litis et extra, quae et quibus soluta et reflectis vel non nichilominus omnia et singula in praesenti instrumento contenta rata maneant et perpetuo observentur. Pro quibus omnibus et singulis sic firmiter observandis et plenius attendendis obligavit praedictus dominus Andreas praedictae ecclesiae et pro ea stipulante dictus Ioannes omnia eius bona praesentia et futura pacto tamen perpetuo dicto domino Andreeae venditori et haeredibus reservato de se franchitando a dicto afflictu quandicumque et imperpetuum in quatuor tamen vicibus solvendo rainenses vigintiquinque pro qualibet

vice et afflictus incursos et in ultima solutione solvendo etiam mercedes praesentis instrumenti si de iure fuerit obligatus et si non fuerit contra constitutiones praedictas vel si constitutiones fuerint tamen in ea parte revocatae ac deffalcando pro qualibet solutione ratam solutionem et pretii afflictus praedicti etc. Et hoc de pacto speciali inter eos solemniter vallato.

S. N. Ego Ioannes Baptista Benassutus publicus imperiali auctoritate notarius Tridenti ex archivista archivi civitatis Tridenti relevavi rogatum quondam spectabilis domini Iacobi Cestarii suprascriptum instrumentum ex suo originali descriptum perlegi ideo me subscripti cum signo et nomine solitus

189.

Cavedine, 1613 dicembre 3.

In Christi nomine amen. Anno ab eiusdem nativitate millesimo sexcentesimo tertio decimo, (indictione undecima, die vero) martis tertio mensis decembbris in villa Lacuna plebis et vallis Cavedeni dictrectus Tridenti in quadam camera canonicae, praesentibus ibidem ser Iacobo filio quondam ser Antonii Bonetti sartore, Laurentio et Simone fratribus filiis quondam ser Ioannis Catoni omnibus de Lacuna testibus ad infrascripta omnia et singula adhibitis, notis, idoneis, vocatis et rogatis etc.

Coram admodum reverendo domino Melchiore Zambaldo plebano Cavedeni et consentiente. Ibidem personaliter constitutus ser Ioannes filius quondam ser Petri Francisci de villa Fravetii vallis Cavedeni districtus Tridenti sindicus anni praeteriti ecclesiae s. Antonii de Stravino, iure proprio ad liberum allodium salvo pacto infrascripto, dedit vendidit et tradidit ser Christophoro filio quondam ser (*Iacobi Reversi*) de dicta villa Stravini sindico anni praesentis nomine dictae ecclesiae sancti Antonii de dicta villa Stravini et (*foro*) et recipienti unum afflictum perpetualem franchitabilem quantitatis stariorum septem frumenti boni etc. ad taxam illustrissimae et reverendissimae superioritatis Tridenti etc. Quem afflictum dictus ser venditor per se et haeredes posuit, constituit et collocavit super una eius petia terrae arativa et vineata sita in pertinentiis (*foro*) sancti Antonii de Stravino subtus viam cui a mane via communis, a meridie et sero haeredes (*foro*), a septentrione Iacobus dalla Pè et forte etc., quantitatis stariorum trium seminis circa sive super tanta parte (*foro*) afflictus cum tertio de pluri asserens etc. Ad habendum tenendum et possidendum et quicquid dicto emptori (*foro*) dicto afflictu sorte et proprietate deinceps perpetuo placuerit faciendum cum omnibus iuribus et actionibus, usibus et requisitionibus ad dictum afflictum venditum sortem et proprietatem sive ad praedictam petiam terrae modo aliquo spectante et pertinente. Praetio rainensium quadraginta duorum denariorum de carantanis 60 pro rainense bonae monetae maranensis. Quos rainenses 42 dictus venditor vere realiter etc., confessus fuit habuisse et recepisse de pecuniis dictae ecclesiae praesente dicto emptore et hanc confessionem acceptantem. Renuncians dictus venditor exceptioni non factae praedictae venditionis afflictus constitutionis non habiti et recepti dicti integri praetii rei non gestae non sic celebrati contractus non numeratae pecuniae et exceptioni doli conditioni indebiti et sine causa vel ex iniuxta et non vera causa omniq[ue] alio suo iuri et legum auxilio sibi competenti et competituro per quae iura posset se quovis modo tueri etc. Quem afflictum venditum procuratorio nomine et vice praedicti emptoris insuper agentis et pro eo constituit tenere et possidere ita quod proprietas respectu directi intelligatur penes venditorem videlicet dictam petiam terrae penes venditorem cum honore et obligatione solvendi suprascriptum afflictum. promittensque dictum afflictum exigibilem

et bene fundatum et omni anno in festo sancti Michaelis vel infra eius octavam, dare, mensurare et conducere praedictae ecclesiae vel pro tempore sindicis dictae ecclesiae dicta staria septem ad taxam tamen et iuxta constitutiones illustrissimae et reverendissimae superioritatis Tridenti noviter emanatas (*foro*) dictisque promissionibus et obligationibus de quibus in instrumentis locationum perpetualium domorum mercati Tridenti ibidem expressis hic tamen omissis brevitatis gratia, necnon promisit de rato et ratihabitione omnium et singulorum in praesenti instrumento contentorum paena dupli preatii suprascripti et refectione omnium damnorum expensarum et interesse litis et extra solemniter praemissa stipulatione. Pro quibus omnibus et singulis sic firmiter observandis et plene attendendis obligavit dictus venditor per se et haeredes omnia eius bona praesentia et futura etc. Pacto tamen dicto venditori et haeredibus reservato de se franchitandi a solutione suprascripti affictus et liberando praedictam petiam terrae solutione suprascriptorum rhenensiun 42 et affictus incursos si qui etc. et mercedes praesentis instrumenti si de iure etc. stando constitutionibus suprascriptis.

S. N. Ego Iacobus Cestarius filius domini Christophori publicus imperiali authoritate notarius collegiatus civisque Tridenti, praemissis etc, aliena manu me dictante scriptis, ideo sic ut supra fuerint et a (*foro*) et ea rogatus publice scripsi et publicavi. In quorum fidem (*foro*) signoque tabelionatus meo solito et consueto in margine munivi et corroboravi etc.

Ad laudem Dei Omnipotentis M. etc.

190.

Trento, 1616 gennaio 4.

In Christi nomine amen. Anno ab eiusdem Domini nativitate millesimo sexcentesimo decimo sexto, indictione quarta, die lunae quarto mensis ianuarii. Tridenti in contrata sancti Petri in stuba domus habitationis mei notarii infrascrioti, praesentibus magnifico domino Stephano filio magnifici domini Iosephi de Novelis cive Tridenti, Francisco filio quondam Pauli Manara de villa Brosini et ser Anzelino filio quondam Christele de Christelis villae Vici Pineti testibus vocatis specialiterque rogatis.

Ibique expositum fuit per infrascriptas partes quod cum quondam Bernardinus Gavardinus de villa Vici plebis Cavedeni reliquerit starium unum frumenti faciendum in tot chirolas dandas et distribuendas singulis annis imperpetuum vicinis dictae villae Vici in die omnium Sanctorum obligando ad hoc legatum expresse petiam unam terrae arrativae stariorum duorum circa seminis sita in pertinentiis dictae villae in loco alle Braide infra suos confines ut latius appareat in testamento docto Bernardi rogato per quondam egregium dominum Odoricum Zenum de Brosino notarium Tridenti ad quod et quam petiam terrae cum onere solvendi dictum starium frumenti emit Antonius quondam Ioannis Manarae de Brosino praedicto ab Anna sorore et haeredes dicti Bernardini, modo vero dictus Antonius volens se et dictam petiam terrae eximere et liberare a dicto stario frumenti et eius ulterioris solutione se convenit cum Gregorio et Iacobo fratribus filiis quondam Ioannis Manarae de dicta villa Vici quod ipsi eius nomine solvere debeant dictum starium frumenti omni anno praefatis hominibus et vicinis villae Vici prout ibidem dicti Gregorius et Iacobus fratres, affirmans dictus Iacobus esse maiorem annis 25 per sese et eius haeredes praesentes solemniter promiserunt ser Donato Manarae et ser Odorico Zendrono ambobus iuratis dictae villae Vici ibidem praesentibus et nomine omnium suorum vicinorum stipulantes et acceptantes a quibus dixerunt ad hoc peragendum speciale mandatum habuisse, solvere,

dare et praesentare nomine dicti Antonii Manarae praefatum starium frumenti boni, sici et cibrati ad comunem mensuram Tridenti praefatis hominibus villaे Vici sive eorum massariis imperpetuum omni anno in festo sancti Michaelis vel eius octava cum pactis et conditionibus apponi solitis in instrumentis livellorum quae hic habeantur pro descriptis, volentesque praedicti fratres per se et eorum haeredes petiam unam terrae arrativae cum vitibus intus stariorum duorum circa sita in villa praefata apud eorum domum cui a mane cum servitute eundi per vaionum per quem etiam habet iter Matheus Tachagninus et meridie coheret Matheus Tachagninus, a sero paredicti, a septentrione dicti fratres semper et imperpetuum, eum et illius pro tempore possessores fore et esse hypothecatam et obligatam ac obligatos pro solutione dicti starii frumenti, nec illam a solutione praedicta posse liberari sine asensu et voluntate dictorum omnium vicinorum villaе Vici. Et hoc nominatim fecerunt praedicti Gregorius et Iacobus fratres pretio rhenensium viginti bonae monetae in ratione etc., quos dictus Antonius Manara in praesentia testium praemissorum meique notarii infrascripti dedit, solvit et numeravit dictis Gregorio et Iacobo fratribus praesentibus et ad se illos trahentibus et imburstantibus in moneta argenti. Pro quibus promissione et obligatione et solutione modo ut supra respective factis, praefati Donatus Manara et Odoricus Zendronus iurati ut supra per sese et nominibus quibus supra omni meliori modo etc., absolverunt, liberarunt et franchitarunt praefatum Antonium Manaram praesentem pro se et haeredibus suis stipulantem et renuncians absolutionem et liberationem acceptantem ab ulteriori solutione dicti starii frumenti et dictam petiam terrae alle Braide per Aquilianam stipulationem praecedentem et acceptilationem subsequentem omnino novam legitime interpositam cassando quaecumque instrumenta in quibus appareat ipsum Antonium teneri ad aliam solutionem ita quod sit sint nullius valoris. promittentes dicti contrahentes per sese et eorum haeredes et nominibus quibus supra videlicet unus alteri et alter alteri respective ut supra praedictam promissionem, obligationem et franchitationem omnia et singula in praesenti instrumento contenta semper et perpetuo habere firmam ratam et gratam ac firma rata et grata, neque illis contrafacere dicere ut neminem per sese vel alios aliqua ratione, causa vel ingenio de iure vel de facto, sub paena dupli dicti pretii et refectionis omnium damnorum expensarum ac interesse litis et extra, qua paena etc., nihilominus etc., iurantes dicti Gregorius et Iacobus fratres praemissis non contravenire sub paena periurii etc., pro quorum omnium observatione praefati Gregorius et Iacobus fratres per sese et eorum haeredes obligarunt praedictis Donato Manarae et Odorico Zendrono iuratis omnibus ut supra stipulantibus et acceptantibus et dicto Antonio Manarae omnia bona sua praesentia et futura et dicti Donatus Manara et Odoricus Zendronus iurati nomine hominum et vicinorum semper obligarunt dicto Antonio Manarae praesenti pro se et haeredibus suis stiupulanti omnia bona dictae suae villaе Vici praesentia et futura etc.

S. N. Ego Ioannes filius quondam domini Petri Basseti de Lasino publicus apostolica et imperiali authoritatibus notarius civisque Tridenti, praemissis omnibus interfui et ea rogatus publice scripsi et publicavi, verum aliis negotiis impeditus aliena manu ex originali meo transcribere feci et cum eo concordare inveni, in quorum fidem me susbcripsi signumque meum solitum apposui.

191.

Stravini, 1616 aprile 26.

In Christi nomine amen. Anno ab eiusdem Domini nativitate millesimo

sexcentesimo decimo sexto, indictione decima quarta, vigesimo sexto mensis aprilis, in villa Stravini, in volto domus habitationis infrascripti ser sindici, praesentibus Bartholomeo filio quondam Aldrigeti Berlandae de Brosino habitatore Stravini, Laurentio quondam Nicolai Bonhom et Ioanne quondam Bartholomei Bonhom ambobus Stravini testibus vocatis.

Ibique personaliter constitutus ser Iacobus filius quondam ser Antonii a Pè ville Stravini per se et haeredes suos iure proprio etc., pro libero etc., dedit vendidit et tradidit ser Christophoro filio quondam Iacobi Reversi de villa Stravini ut sindico ecclesiae s. Antonii predictae villae Stravini ibidem praesenti et dicto nomine stipulanti ementi et recipienti afflictum unum perpetualem una cum eius proprietate stariorum quinque frumenti ad mensuram Tridenti, quem afflictum posuit et assecuravit super uno horto et uno prato in uno tenere quantitatis unius starii circa sitis in villa Stravini apud domum dicti vendoris, quibus a mane cohaeret dominus Andreas a Pè, a meridie dictus vendor, a sero Ioannes Fravezzi, a septentrione dictus vendor cum domo vel etc. Ad habendum, tenendum et possidendum et quicquid etc. cum omnibus etc. Accessibus et egressibus suis etc., et cum omnibus et singulis etc., volensque dictus vendor dictum hortum et pratum pro valore rhenensium quadraginta et illius pro tempore possessores semper fore et esse hipotecatum et obligatos ad solutionem dicti afflictus. Et hoc fecit dictus vendor pro pretio rhenensium triginta in ratione etc. Quos ibidem dedit et solvit in pecuniis argenteis. Renuncians etc. Constituens etc. Promittensque dictus vendor per se et haeredes suos dicto Christophoro sindico praesenti et dicto nomine stipulanti et acceptanti de evictione et legitima defensione ipsius rei venditae secundum formam iuris necnon de rato et ratihabitione omnium et singulorum supra et infrascriptorum, neque illis contrafacere dicere vel venire per se vel alios aliqua ratione, causa vel etc., sub poena dupli dicti pretii et refectionis etc. Qua poena etc. Nihilominus etc. Necnon promisit omni et singulo anno in festo sancti Michaelis vel eius octava dare, solvere, conducere et mensurare dicta staria quinque frumenti ad domum habitationis sindici dictae ecclesiae, cum pactis, modis et obligationibus iuxta constitutiones illustrissimi et reverendissimi domini domini cardinalis episcopi principisque Tridenti etc. Pro quorum omnium observatione dictus vendor per se et haeredes suos obligavit dicto sindico praesenti pro se et successoribus suis stipulanti et recipienti omnia bona sua praesentia et futura. Et cum pacto perpetuo inter dictos contrahentes solemni stipulatione vallato de se franchitando dando et solvendo rhenenses triginta et afflictus incursums etc.

S. N. Ego Ioannes filius quondam domini Petri Basseti a Lasino publicus apostolica et imperiali authoritatibus notarius civisque tridentinus, praemissis omnibus et singulis dum sic fierent praesens fui et ea rogatus publice scripsi et publicavi, verum aliis negotiis impeditus per alienum scriptorem ex originali meo transcribere feci et cum eo concordare inveni, in quorum fidem me subscripsi, signumque meum consuetum apposui.

192.

Cavedine, 1617 novembre 28.

In Christi nomine amen. Anno ab eiusdem nativitate millesimo sexcentesimo decimo septimo, indictione xv, die vero martis vigesimo octavo mensis novembris, in villa Lacunae Cavedeni, in stuba domus domini Laurentii Faitelli decani massariatus. Praesentibus ser Iacobo Berlanda de Brosino et Antonio quondam Ioannis Manarae de

eodem loco testibus specialiter rogatis.

Ibi personaliter constitutus Laurentius filius quondam Petri Manarae de Brosino habitatore Cavedeni dictisctus Tridenti egens ut asseruit rhenensem sex pro necessario usu familiae suae, deliberavit venedere censem seu ius exigendi annum censem seu afflictum redimibilem super infrascripta sua petiae terrae, reservando sibi dominium directum et utile dictae petiae terrae infranominatae ecclesiae. Propterea ibidem praesens Franciscus quondam Pauli Manarae de Brosino Cavedeni, agens tamquam massarius ecclesiae s. Rochi Cavedeni, eidem Laurentio in prompta pecunia ad praesentiam testium suprascriptorum et mei notarii dedit et numeravit dictos rhenenses sex pro quibus rhainensibus sex actualiter habitis et acceptis ut supra, idem Laurentius per se et haeredes suos eo omni meliori modo dedit vendidit et tradidit praefato massario ecclesiae s. Rochi ibidem praesenti pro ipsa ecclesia legitime stipulanti et recipienti ius exigendi ab ipso Laurentio annum censem sive afflictum starii unius frumenti iuxta tamen taxas alias ab illustrissima superioritate factas et super una sua petia terrae arrativa et vineatae stariorum sex seminis circiter, scilicet super illius melioramentis cum coetera alia duo staria frumenti, super ipsa ad taxas erga praefatam ecclesiam s. Rochi, quae petia terrae reperitur in pertinentiis Brosini in loco nuncupato retro domum vendoris cui versus mane cohaeret via communis, versus meridiem Andrigetti, versus sero via communis, versus septentrionem Nicolaus Brianus et forte etc. Ad habendum, tenendum et possidendum prout huiusmodi census venditi sive empti haberi, teneri et possideri debent; asserens praefatus vendor petiam ipsam terrae esse habilem ad reddendum quotannis fructus pro solutione dictorum afflictum super ea constitutorum et ultra, dempta parte collonica et necessariis impensis. Promittens praefatus et haeredes praefato massario nomine quo supra praefatae ecclesiae stipulanti manutene ipsum seu ius illum afflictum percipiendi venditum exigibilem et bene fundatum deque illius evictione et legitima defensione secundum formam iuris et statutorum Tridenti ac petiam ipsam terrae solutioni praemissi afflictus obligatae in bono statu conservare et non deteriorare et omni anno in festo s. Michaelis vel infra eius octavam omnibus suis sumptibus, periculo et expensis dare solvere et conducere ipsi massario nomine dictae ecclesiae s. Rochi et eius successoribus starium unum frumenti boni, sicut et bene sasonati ad comunem mensuram Tridenti ad taxam tamen ut supra, cum obligatione quorumcumque ipius Laurentii vendoris bonorum respectu manutenioni censui seu afflictus obnoxiorum et cum pacto retinensi quandocumque et se liberandi ab omni dicti afflictus, solvendo dictos rhainenses sex, in ratione ut supra, cum pacto etiam si per triennium cessaverit a solutione dicti afflictus preafata ecclesia sive illius massarius pro tempore existens agere possint ad sortis repetitionem iuxta constitutiones et quatenus ex praemissis ab ipsis constitutionibus omittendo vel faciendo quovis modo recessum fore dici aut dubitari possit declararunt ipsae partes ad tollendum omne dubium et pro validitate contractus, quae opponenda sunt et pro non appositis, quae apponenda non sunt, restringentes praesentem contractum et contenta in eo ad normam praescriptam in dictis constitutionibus et sic non aliter nec alio modo contraxerunt etc.

S. N. Ego Bartholomeus filius quondam magnifici domini Matthaei Beltrami civis Tridenti, apostolica et imperiali auctoritate notarius collegiatus, praemissis omnibus et singulis interfui, eaque omnia scripsi et publicavi, et hoc inde confici instrumentum aliena manu fideliter de verbo ad verbum ex meo originali protocollo exaratum et facta diligenti auscultatione concordare inventum, cui in fidem me propria manu subscripsi apposito meo solito tabellionatus signo rogatus. Ad laudem Dei Optimi Maximi.

193.

Cavedine, 1620 dicembre 7.

In Christi nomine amen. Anno ab eiusdem nativitate millesimo sexcentesimo vigesimo, indictione tertia die autem lunae seprimo mensis decembris, in villa Lacunae Cavedeni districtus Tridenti, in stuba domus domini Laurentii Faitelli. Praesentibus reverendo domino Ioanne de Berthedis et Odorico Berlanda, testibus specialiter rogatis.

Ibique praesens Franciscus Berlanda agens tamquam syndicus ecclesiae s. Rochi de Brosino ac per se et successores syndicos, omnique alio meliori modo etc., liberavit, franchitavit et omnimode absolvit Iacobum de Federicis nuncupatum Prest ibidem praesentem, pro se et haeredibus suis stipulanten ab ulteriori solutione et praestatione unius afflictus starii unius frumenti ad taxam, alias constituti erga praefatam ecclesiam s. Rochi. Et hoc fecit pro rhenensibus sex quos dictus Iacobus ibidem ad praesentiam praefatorum testium, meique notarii, solvit, dedit et exbursavit praescripto Francisco syndico ut supra imbursanti, in tot bonis monetis argenteis in ratione charentanorum sexaginta pro singulo rhainense, nec non confessus fuit idem Franciscus, ecclesiam praefatam s. Rochi esse satisfactam pro omnibus afflictibus decursis usque in praesentem diem, cassando et annullando instrumentum constitutionis illius nec non quascumque scripturas et libros per quos et quas quomodolibet appareret vel apparere posset de solutione dicti afflictus; pactumque perpetuum eidem fecit dicto syndicario nomine de ulterius praemissorum occasione, quicquam non petendo, sed hanc franchitationem et liberationem, ac omnia et singula in praesenti instrumento contenta et rata habere tenere attendere et observare et non contrafacere vel venire per se vel alios, aliqua ratione, causa vel ingenio de iure vel de facto sub paena dupli praefatae summae, stipulatione promissa et refectionis omnium damnorum, expensarum, ac interesse litis et extra; obligando pro observatione premissorum omnium, omnia bona praefatae ecclesiae sancti Rochi presentia et futura.

S. N. Ego Bartholomeus filius quondam magnifici domini Matthaei Beltrami civis Tridenti apostolica et imperiali auctoritate notarius collegiatus, praemissis interfui, eaque publicavi, ideo hoc praesens aliena manu fideli de meo originali exaratum in fidem subscripti apposito meo solito tabelionatus signo specialiter rogatus. Ad laudem Dei Optimi Maximi.

194.

Trento, 1624 novembre 21.

In Christi nomine amen. Anno a partu Virginis 1624, die iovis 21 novembris, Tridenti in studio domus mei notarii. Praesentibus Odorico quondam Ioannis de Ianesinis de Pineto habitatore Fornasii et magnifico domino Paulo Malpaga et domino Antonio de Inzegneriis testibus etc.

Ibique Ioannes filius quondam Francisci della Pè de Stravino Cavedeni... vendidit ser Ioanni Michaeli filio quondam domini Andreae della Pè de eodem loco uti sindico sei massario ecclesiae sancti Antonii Stravini Cavedeni et eo nomine conventi afflictum stariorum decem frumenti ad taxam, et iuxta constitutiones etc. Quem posuit super una petia terrae arativa et partim vineata posita in pertinentiis Stravini Cavedeni prope cimiterium dictae ecclesiae, quantitatis stariorum duo seminis circa, sive etc., cui a mane coherent haeredes quondam Antonii Malpheri, a meridie via communis et sic a sero,

a septentrione cimiterium et forte etc. Ad habendum etc. Cum omnibus etc. Praetio rhenensium sexaginta (dico 60) quos solvit in taleros Leopoldi et salvo etc. Constituens etc., asserens etc. Promittens meliorare etc., necnon de evictione et de rato etc., paena dupli et refectionis etc., obligans etc., cum pacto franchitandi etc.

Ego Antonius Bernardellus notarius rogatus scripsi ac publicavi, ideo me subscrpsi etc.

S. N. Ego Ioannes Antonius quandam egregii domini Antonii Bernardelli olim notarius collegiatus Tridenti apostolica imperialique auctoritatibus collegiatus Tridenti necnon elevator scripturarum eiusdem suprascriptum documentum ex originali prothocollo in omnibus et per omnia concordare inveni ideo me hic authenticavi subscrpsi signumque etc.

195.

Cavedine, 1626 febbraio 2.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo sexcentesimo videsimo sexto, inductione 9, die vero lunae 2 februarii. In villa Lagunae in stuba domus nobilium dominorum fratrum de Zambaldis. Praesentibus ibidem Antonio et Iacobo fratribus filiis quandam Ioannis Dorigati de Lacuna Cavedeni suprascripti testibus ad infrascripta omnia et singula vocatis et rogatis.

Ibique praesens reverendus presbiter dominus Iacobus quandam Michaelis de Retotis de Mauste Cavedeni praedicti per se et eius haeredes ac vice et nomine Omniboni eius fratri pro quo promisit de rato in eius propriis bonis in valida forma iure proprio etc., ac pro libero et franco vendidit et tradidit Francisco Sperandei Cadeni de Brosino praesenti ementi et recipienti ecclesia sive fabrica ecclesiae s. Rochi et pro successoribus unum annum afflictum stariorum 3 frumenti ad comunem mensuram Tridenti ad taxam iuxta constitutiones illustrissimi et reverendissimi domini Tridenti solvendum per dominum venditorem et haeredes omni et singulo anno in festo sancti Michaelis vel octava, quem posuit et fundavit et assicuravit super una petia terrae arativa et vineata in loco alla Brozza quantitatis stariorum 2, cui confinat a mane Antonius Romanus, meridie Ioannes Antonius Catonus, sero via consortalis, septentrione Petrus Bridarolus et forte etc., quam asseruit habilem etc. Ad habendum etc., pretio rhenensium 18, quos ipse emptor dedit ipsi domini venditori praesenti et acceptanti in tot talleris. Promittrens dictus reverendus dominus vendor per se et haeredes dicto empori praesenti et acceptanti nomine suprascripto et pro successoribus de evictione et de rato etc., sub poena etc., et obligatione bonorum suorum praesentium et futurorum, necnon promittens atque conveniens dictam terram meliorare et non deteriorare etc. et omni anno solvere staria 4 frumenti boni, sici et sasonati ad taxam iuxta constitutiones et cum pactis et conditionibus de quibus in instrumentis locationum perpetualium domorum mercati veteris quae hic pro expressis etc., et cum pacto perpetuo de se quandcumque franchitando pro eodem pretio iuxta constitutiones suprascriptas etc.

S. N. Ego Ioannes Baptista quandam magnifici et spectabilis domini Thomae Benassuti publicus imperiali auctoritate notarius civis et de collegio Tridenti quia praedictis praesens fui et de eis rogatus extiti in fidem hic subscrpsi cum signo et nomine mei solitis regiis.

D. O. M. B. M. V. H. etc.

196.

Dro, 1623 gennaio 30.

In Christi nomine amen. Nos Antonius Pedrotus tamquam sindicus ordinarius magnificae comunitatis Dro et Cenighae consiliariis Antonio quondam Thomae Soretini villae Cenighae...

197.

Cavedine, 1626 dicembre 2.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem 1626, indictione 9, die veneris ii decembris. In villa Lacunae in stuba domus nobilis domini Laurentii Faitelli de Lacuna Cavedeni. Praesentibus Antonio Bagatelo de Lacuna et Melchiore Manara de Brosino Cavedeni testibus ad infrascripta omnia et singula vocatis et rogatis.

Ibique praesens Franciscus quondam Antonii Luchetae de villa Brosini Cavedeni per se et eius haeredes, iure proprio ac pro libero etc., dedit, vendidit et tradidit Iacobo Spirrello de Brosino syndico ecclesiae sancti Rochi Brosini praesenti et recipienti pro se et successoribus unum afflictum sive ius exigendi unum censem franchitabilem starii unius frumenti ad taxam iuxta constitutiones illustrissimi et reverendissimi Tridenti per ipsum solvendum per eum et haeredes omni anno in festo sancti Michaelis vel eius octava, quem posuit super una petia terrae in pertinentiis Brosini in loco alle Calcare quantitatis quartarum 5 seminis cui confinat a mane Iacobus Lucheta, meridie vadum aquae, sero Antonius Caden, septentrione pariter et forte etc. Ad habendum etc., et hoc pretio rhenensium sex, quos dictus syndicus de pecuniis dictae ecclesiae dedit dicto venditori praesenti et acceptanti in uno ongaro aureo in ratione librarum 13, uno scuto et moneta etc. Promisitque dictus vendor per se et haeredes dicto syndico praesenti et acceptanti pro se et successoribus de evictione etc., de rato etc., neenon solvere omni anno dicto tempore dictum afflictum starii unius frumenti ad taxam dicto syndico et successoribus sub obligatione bonorum suorum praesentium et futurorum et cum pacto perpetuo de se quandocumque franchitando pro eodem pretio iuxta dictas constitutiones etc.

S. N. Ego Ioannes Baptista Benassutus filius quondam magnifici spectabilis Thomae Benassuti publicus imperiali auctoritate notarius civis et de collegio Tridenti, quia praemissis omnibus et singulis praesens fui et ea rogatus in publicam formam in fidem subscrispi cum signo et nominibus...

Deo Optimo maximo Beatae Mariae Virginis Honor

198.

Arco, 1627 novembre 30.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate Domini Nostri Iesu Christi 1627, indictione decima, die vero martis 30 mensis novembris, Arci diocesis tridentinae in stuba domus mei notarii, praesentibus ser Bartholomeo de Micheletis et Laurentio de Leporis ambobus vallis Cavedeni testibus rogatis. Ibique Donatus filius quondam Antonii de Zenis de villa Brosini vallis Cavedeni, Antonio...

199.

Cavedine, 1627 novembre 24.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo sexcentesimo vigesimo septimo, indictione decima, die mercurii vigesima quarta mensis novembris, in villa Lacunae plebis et vallis Cavedeni districtus Tridenti, in stuba domus nobilis domini Laurentii Faitelli de Lacuna suprascripta. Praesentibus ibidem Laurentio quondam Ioannis Catoni de Muste Cavedeni, Bartholomeo quondam Avancini Fiordiana de Stravino, et Sperandeo filio Simonis Catoni de Lacuna suprascripta testibus ad infrascripta omnia et singula vocatis et rogatis.

Ibique expositum fuit alias anno 1607 indictione 7 die 10 septembbris per quondam dominam Dominicam quondam Petri Travain uxorem Iacobi Tacagnini de Vigo Cavedeni suprascripti in suo ultino elogio rogato per quondam dominum Ioannem Iordanum notarium Vezzani de bonis suis institutis fuisse haeredes universales Iacobum Sportellum et Franciscum filium quondam alterius Francisci Berlanda de Brosino nepotes, et dominam Antoniam uxorem Pauli Gardumi cum onere solvendi et satisfaciendi infrascripta legata unde cum dicti haeredes nequeant praedictis bonis solvere infrascripta legata praeiens Iacobus quondam Simonis Sportelli de Brosino unus ex dictis haeredibus per se et haeredes ac vice et nomine aliorum pro quibus promisit de rato in eis propriis bonis in solemni et valida forma omni meliori modo dedid cessit et tradidit ac renunciavit Francisco quondam Christophori Christopholini iurati Vici praesenti et nomine totius communis Vici stando conclusione ut asserit facta super regula publica accepit praesentem haereditatem cum onere solvendi legatis infrascriptis et pro successoribus praesenti et acceptanti haereditatem dictae quondam Dominicae sive omnia eius bona mobilia et immobilia, iura et actiones generis cuiuscumque salva prata alle Corte in monte Cavedeni. Ad habendum tenendum etc., cum accessiobus etc., et cum omnibus suis iuribus, dans cedens et transferens omnia iura et actiones generis cuiuscumque constituens ipsum comune in locum ius et esse suum etc., ita quod etc. Et hoc fecit quia ipse Franciscus dicto nomine communis Vici per se et successores promisit promisit et convenit dicto Iacobo praesenti et accipiente per se et nominibus et quo supra nomine solvere infrascripta legata et illis singulis annis satisfacere sub obligatione bonorum praesentium et futurorum communis Vici et primo celebrari facere Missas Gregorianas semel tamen.

Item solvere fabricis ecclesiarum gloriosi Patroni nostri sancti Vigilii Tridenti grossos quattuor, ecclesiae s. Mariae Cavedeni unam libram olei, s. Blasii Vici carantanos 4 semel tantum.

Item per annos 25 singulo anno in hebdomada sancta facere unam charitatem steriorum duorum frumenti in pane distribuendo vicinis Vici et brentam unam vini etc.

Quae omnia dictus iuratus nomine totius communis promisit adimplere. Quam cessionem et suprascriptam obligationem ipse Iacobus per se et haeredes et quo suprascripto nomine et ipse Franciscus iuratus nomine totius communis et successores promiserunt et convenerunt sibi invicem firmam ratam et gratam et suprascripta omnia firma rata et grata habere attendere et observare et non contrafacere per se etc., sub pena dupli etc., et obligatione bonorum suorum praesentium et futurorum et dicti communis Vici respective.

S. N. Ego Ioannes Baptista filius quondam magnifici et spectabilis domini Thomae Benassuti publicus imperiali auctoritate notarius civis et de collegio Tridenti.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo sexcentesimo vigesimo nono, indictione 12, die mercurii 28 mensis novembris Tridenti, in contrata Oriola in studio domus infrascripti clarissimi domini Pompeati. Praesentibus ibidem nobili domino Iacobo Antonio quondam domini Antonii Iacobini de Lona diocesis tridentinae et Antonio filio Ioannis Zanbarda de Lasino districtus Tridenti testibus ad infrascripta omnia et singula vocatis et rogatis.

Ibi coram illustrissimo et clarissimo domino vice Praetore Tridenti domino Andrea Pompeato pro consule Tridenti sedente comparuit Iacobus quondam Michaelis de villa Brosini plebis et vallis Cavedeni districtus Tridenti maior aetatis 23 annis, minor 25 et exposuit ad finem et effectum constituendi unum affictum super eius bonis ex causis dicendo, ideo ellegit Ioannem Dorigatum... instando confirmari. Quo illustris et clarissimus dominus vice Praetor intellecta dicta instantia eumdem Ioannem Dorigatum in curatorem confirmavit dicens curator esto bonus. Qui Ioannes sic curator constitutus tactis etc., iuravit utilia facere et inutilia praetermittere et ipsum Iacobum indefensum pro scire et posse suo non relinquere et si quid ad eius manus devenerit ei ad integrum consignare salvo eo quod ut valeat veritate sub hypotheca et obligatione bonorum suorum praesentium et futurorum. Qui Iacobus cum praesentia curatoris exposuit necessitatum et astrictum esse vendere unum affictum steriorum 6 frumenti ad taxam qui sibi solvit per Iacobum Berlandam Brosini ad minus damnum quam distrahere ipsa bona et hoc pro sustentatione familie et pro solvendo debita, ad evitandum expensas pignorationis prout de necessitate et esse ad minus damnum, instat informationem recipere a Ioanne della Pè Stravini, Bartholomeo de Leuris Vici Francisco quondam Antonii Comai Vici Cavedeni et Ioanne Conti de Lacuna Cavedeni testibus attinentibus ibidem praesentibus et ad hoc specialiter vocatis. Qui illustris ac clarissimus dominus vice Praetor intellecta dicta instantia et recepta praevia diligent inquisitione informante affirmanteque interloquendo declaravit dictam venditionem affictus posse et debere fieri universis decreti executione praesens dictus Iacobus cum praesentia dicti Ioannis curatoris et ipso authorante per se et haeredes intrposuit ac dedit vendidit cessit et tradidit ser Ioanni Michaeli della Pè Stravini uti syndico fabricae ecclesiae sancti Antonii Stravini praesenti et eo nomine recipienti et pro successoribus unum affictum sive ius exigendi unum annum censem franchitabilem steriorum sex frumenti ad mensuram Tridenti ad taxam iuxta constitutiones illustrissimi et reverendissimi Tridenti, cum sua proprietate et directo dominio unde solvi debet et qui solvit per Iacobum Berlandam Brosini praesenti etc., omni anno in festo sancti Michaelis vel octava prout constat publicis rogitis etc. Ad habendum etc. Dans cedens et transferens omnia iura sua exactiones etc. Constituens et procuratque irrevocabilem ac ponens eum in locum ius et esse suum ita quod etc. Mandans dicto affictalino licet absenti ut in futurum ita quod etc. Mandans dicto affictalino licet absenti ut in futurum et de cetero respondere debeat ipsi syndico et successoribus dictum affictum prout faciebat ante praesentem cessionem; et hoc fecit pretio rhenensium triginta sex in ratione librarum 4½, quos idem syndicus dedit dicto venditori praesenti et acceptanti in tot ducatonis et libris 9, 8, 3 et talleris pro libris 7, carantanis 6. Promisitque dictus venditor authorante curatore per se et haeredes dicto syndico praesenti et acceptanti nomine suprascripto et pro successoribus de evictione et legitima deffensione dicti affictus et proprietatis etc. et secundum formam iuris etc. et de rato etc. sub poena dupli etc. et obligatione bonorum suorum praesentium et futurorum super quibus omnibus et singulis suprascriptis dictus illustris et clarissimus dominus vice Praetor suam et civis

Tridenti interposuit auctoritatem et iudiciale decretum supplendo omnes et quoscumque defectus si qui incurrisserent etc.

S. N. Ego Ioannes Baptista filius quondam magnifici et spectabilis domini Thomae Benassuti publicus imperiali auctoritate notarius civis et de collegio Tridenti quia praemissis omnibus et singulis praesens fui et ea rogatus scripsi et publicavi in fidem me subscripsi

201.

Vigo Cavedine, 1629 marzo 4.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo sexcentesimo vigesimo nono, indictione 12, die dominico quarta mensis martii, in villa Vici vallis et plebis Cavedeni districtus Tridenti in coquina domus infrascripti Valentini. Praesentibus ibidem Ioanne quondam Dominici Tabareli de Vico suprascripto, Donato quondam Antonii Manara, Petro quondam Ioannis Dorigati de Lacuna Cavedeni, Laurentio et Dominico fratribus de Trainis, Antonio quondam Francisci Rigoti, Dominico filio Ioannis Tabachi et Laurentio quondam Dominici Leuri de Vico suprascripto testibus ore proprio per infrascriptae testaticis ad infrascripta omnia et singula vocatis et rogatis dicens rogo vos extare testes huic meo sine scriptis nuncupativo testamento.

Ibique praesens et super quodam scamno sedens domina Bartholomea uxor Valentini Turinae de villa Vici Cavedeni suprascripti, sana per Dei omnipotentis gratiam mente sensu auditu loquella et intellectu ac denique toto corpore, sciens statutum esse omnibus hominibus semel mori et nihil certius morte, nil autem incertius illius hora et prudentis ac obiter consulere rebus suis, nollens intestata decedere per hoc suum ultimum sine scriptis nuncupativum testamentum et ultimam voluntatem de bonis suis disposuit ut infra.

In primis itaque animam suam omnipotenti Deo eiusque gloriosissimae Virgini Mariae ac toti curiae coelesti humiliter ac devote, quando ex hoc seculo emigrare contigerit comendavit iubens et mandans sequente eius morte corpus suum sepeliri in cimiterio sanctae Mariae Cavedeni et celebrari septimum trigesimum et anniversarium.

Item celebrari Missas Gregorianas semel tantum.

Item in salutem eius animae reliquit et legavit fabricis ecclesiae gloriosi sancti Vigilii Tridenti grossos quatuor, sancti Blasii Cavedeni tres, sanctissimi Rosarii Cavedeni unum tronum semel tantum.

Item in salutem eius animae reliquit fieri unam charitatem stariorum quatuor frumenti in pane conficendorum unius fabae et mediae brentae vini in duabus vicibus et dispensanda vicinis Vici et celebrari Missas duas in die obitus sui.

Item exposuit nubisse Silviam et Mariam eius filias legitimas et naturales et convenisse de dote de bonis paternis et maternis cum eius consensu in rhenenses nonaginta in quibus...

202.

Cavedine, 1631 dicembre 3.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem 1631 indictione 14, die mercurii tertia decembris in villa Lacunae in stuba domus magnifici ser Laurentii Faitelli, praesentibus Iacobo quondam Ioannis Dorigati Lacunae, Simone quondam Odorici Chemelli de Dossis Padergnoni testibus rogatis.

Ibique praesens Thomasius quondam Ioannis Zeni de villa Brosini vallis et plebis Cavedeni districtus Tridenti per se et haeredes et pro Odorico fratre pro quo promisit de rato in propriis bonis in forma, iure proprio etc., ac pro libero dedit vendidit et tradidit Francisco Cadeno de Brosino uti massario fabricae ecclesiae sancti Rochi Brosini praedicti Cavedeni praesenti ementi et recipienti pro se et haeredibus unum annum afflictum franchitabilem stariorum 7 frumenti ad comunem mensuram Tridenti ad taxam iuxta constitutiones illustrissimi et reverendissimi domini Tridenti secundum quas etc., solvendum per dictum venditorem et haeredes omni et singulo anno in festo sancti Michaelis vel octava dicto massario et successoribus. Quem afflictum omni meliori modo posuit et constituit et fundavit supra una terra arativa quantitatis stariorum trium seminis in pertinentiis Brosini in loco a Albori cui confinat a mane via comunius, meridie haeredes Angeli Luchetae Brosini, sero il fosso del aqua, settentrione Thomasius Spirtellus et forte etc. Ad habendum etc., et cum omnibus iuribus etc. Et hoc pretio rhenensium quadraginta duorum in ratione librarum 4½, quos dictus massarius dedit dicto venditori in tot duplicibus aureis et duobus ducatonis praesenti et illos acceptanti. Promisitque dictus venditor per se et haeredes dicto massario praesenti et acceptanti dicto nomine et successoribus de evictione et legitima deffensione dicti afflictus et proprietatis secundum formam iuris etc., et dictam terram meliorare et omni anno in festo sancti Michaelis vel octava solvere praedicto massario et successoribus staria 7 frumenti boni ad taxam iuxta constitutiones praedictas et cum pactis de quibus in instrumentis locationum perpetualium Tridenti et cum pacto perpetuo de se quandocumque quotiens franchitando pro eodem pretio iuxta dictas constitutiones etc.

S. N. Ego Ioannes Baptista Benassutus publicus imperiali auctoritate notarius civis et de collegio Tridenti quia praedictis praesens fui et ea rogatus scripsi et publicavi in fidem me subscripsi cum signo et nomine solitis.

Deo Optimo Maximo etc.

203.

Cavedine, 1631 dicembre 3.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem 1631 indictione 14 die sabbati tertia mensis decembris, in villa Lacunae vallis et plebis Cavedeni districtus Tridenti. In sala domus magnifici domini Laurentii Faitelli Lacunae, praesentibus ibidem Odorico quondam Ioannis Dorigati et Ioanne quondam Ioannis Mariae Martinelli de Lacuna Cavedeni suprascripoti testibus ad infrascripta vocatis et rogatis.

Ibique praesens Iacobus quondam Simonis Spirtelli de villa Brosini Cavedeni praedicti, per se et haeredes ac vice et nomine Francisci eius fratris pro quo promisit de rato in propriis bonis in forma, dedit vendidit et tradidit Francisco Cadeno Brosini uti massario ecclesiae sancti Rochi Brosini praesenti dicto nomine et pro successoribus ementi et recipienti unum annum afflictum sive ius exigendi annum censem franchitabilem stariorum quatuor frumenti ad comunem mensuram Tridenti ad taxam iuxta constitutiones illustrissimi et reverendissimi Tridenti solvendum per dictum venditorem et haeredes dicto massario et successoribus omni anno in festo sancti Michaelis vel octava. Quem fundavit super una terra arativa in pertinentiis Brosini in loco a Piaz quantitatis unius starii seminis cui confinat ba mane Omnibonus Rivabenus, meridie Antonius Francisci Bonet, sero Antonius Romanus, septentrione Antonius Berlanda et forte etc. quam asseruit habilem ad solvendum dictum afflictum etc. Ad habendum etc., et cum omnibus eius iuribus etc. Et hoc fecit pretio rhenensium viginti

quatuor, quos dictus massarius dedit dicto venditori praesenti et acceptanti in quatuor duplicitibus hispanicis et moneta. Promisitque dictus venditor per se et haeredes dicto emptori stipulanti quo suprascripto nomine et successoribus de evictione et legitima defensione dicti afflictus et proprietatis secundum formam iuris etc. et de rato etc., sub poena etc. et obligatione bonorum suorum praesentium et futurorum et dictam terram meliorare et non deteriorare sed de bono in melius promovere et de ea omni anno in festo sancti Michaelis vel octava dare solvere et mensurare dicto massario et successoribus staria 4 frumenti boni etc. ad comunem mensuram Tridenti ad taxam iuxta constitutiones illustrissimi reverendissimi domini Tridenti et cum pactis de quibus in locationibus perpetualibus Tridenti quae hic pro expressis et cum pacto perpetuo de se quandocumque et quoties franchitando pro eodem pretio iuxta dictas constitutiones.

S. N. Ego Ioannes Baptista etc.

204.

Vigo Cavedine, 1632 agosto 2.

In Christi nomine amen. Ibique praesens et super scamno sedens Petrus quodam Valentini Turini de villa Vici plebis et vallis Cavedeni sanus mente visu loquella et intellectu corpore infirmus sciens etc.

In primis itaque etc., sequta eius morte corpus sepeliri iussit in cimiterio sancti Blasii et celebrari septimum, trigesimum et anniversarium.

Item in salutem eius animae reliquit fabricae sancti Vigilii carantanos 4.

Ita sancti Blasii unum tronum.

Item sanctissimi Rosarii unum starium frumenti semel tantum.

Item sancti Antonii Stravini unum tronum semel tantum.

Item iure legati et instituti reliquit Silviae eius sorori solvere ei rhenenses quindecim semel tantum dum eam tacitam.

Item iure legati reliquit et legavit dominam Thomasiam uxorem usufructuarium omnium eius bonorum vivendo vidualiter etc., et dotes suas.

Item iure legati in salutem eius animae reliquit fructus unius terrae arativae in loco alla Camarina stariorum duorum ex quo fructu fieri mandavit unam charitatem per infrascriptum eius fratrem et casu quo infrascriptus eius frater esset negligens illam satisfacturum ex nunc pro tunc legavit hominibus Vici dictam... in suos confines cum dicto onere et celebratione unius Missae in die festivitatis sancti Caroli mensis novembbris.

Item reliquit unam charitatem trium brentarum vini pro una vice tantum in una vice vel pluribus.

In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus et immobilibus iuribus et actionibus praesentibus et futuris haeredem reliquit legavit mominavit et esse voluit Paulum eius fratrem et istam dicit esse eiusque ultimam voluntatem quam valere voluit omni etc.

Actum et publicatum in villa Vici super ara testatoris, die mercurii ii augusti 1632 praesentibus Ioanne de Contis de Lacuna, Georgio filio mei notarii, Ioanne quondam Dominici Tabachi, reverendo domino Iacobo Betori de Lacuna, Bernardo quondam Antonii de Luntis, Laurentio quondam Antonii Pinter de Stravino et Augustino quondam Laurentii Zapan testibus rogatis etc.

Ego Ioannes Baptista Benassutus notarius Tridenti scripsi et publicavi rogatus.

205.

Cavedine, 1633 aprile 4.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo sexentesimo trigesimo tertio indictione prima, die lune quarta aprilis, in villa Lacunae plebis et vallis Cavedeni districtus Tridenti, in uno thalamo canonicae dictae plebis. Praesentibus Petro quondam Ioannis Dorigat Lacunae et Antonio quondam Dominici Galetti Vici Cavedeni testibus rogatis,

Ibique praesens Laurentius filius quondam Petri Manara de villa Brosini dictae plebis per se et haeredes iure proprio etc., ac pro libero etc., dedit et vendidit Donato quondam Odorici Zeni de Brosino praesenti ementi pro fabrica ecclesiae sancti Rochi de Brosino, uti massario et pro successoribus unum annum afflictum sive ius exigendi starii unius cum dimidio frumenti ad comunem mensuram, ad taxam iuxta constitutiones illustrissimi et reverendissimi domini etc., quem fundavit super una arativa in pertinentiis Brosini in loco in le Braide quantitatis steriorum trium pro tanta quantitate etc., cui confinat a mane haeredes quondam Tridentini Turinae et meridie vendor, sero via consortalis, septentrione Paulus Dorigat, et forte etc., quem asseruit habilem etc. Ad habendum etc. Et hoc fecit pretio rhenensium novem in ratione etc., quos dictus massarius dedit vendori praesenti etc., in una suplice et duobus talleris. Promisitque dictus vendor per se dicto emptori praesenti et acceptanti pro se et haeredibus de evictione etc., et de rato etc., solvere omni anno in festo s. Michaelis vel octava sub pena etc., et obligatione etc., de quibus in locationibus perpetualibus Tridenti sub obligatione bonorum praesentium et futurorum et cum pacto franchitandi quandocumque et quotiescumque pro eodem pretio.

S. N. Ego Ioannes Baptista Benassutus publicus imperiali auctoritate notarius civis et de collegio Tridenti quia praemissis praesens fui et ea rogatus scripsi et publicavi, in fidem me huic ex suo originali descriptum et per me perlectum ac concordare reperto subscripti cum signo et nomine meis solitis etc.

DOM

206.

Stravino, 1634 maggio 4.

In Christi nomine amen. Anno a puerpera Virgine millesimo sexentesimo trigesimo 4° indictione secunda, die iovis quarta maii in villa Stravini plebis et vallis Cavedeni districtus Tridenti in hipocausto domus domini Michaelis dalla Pè, praesentibus ibidem Bartholomeo quondam Antonii Bagateli de Lacunae et Laurentio quondam Nicolai de Bonhomis de Stravino testibus ad infrascripta omnia et singula vocatis et rogatis.

Ibique praesens Ioannes quondam Francisci della Pè de Stravino praedicto, per se et haeredes iure proprio ac pro libero etc., dedit cessit et in solutum tradidit fabricae ecclesiae sancti Antonii de Stravino praesente dicto domino Ioanne dalla Pè uti massario dictae fabricae dicto nomine et pro successoribus acceptante et in solutum recipiente unum annum afflictum franchitabilem steriorum duorum frumenti ad taxam cum sua proprietate et directo dominio unde solvi debetur et qui solvit omni et singulo anno in festo s. Michaelis vel infra illius octavam per Iacobum Pasolum de Laguna praedicta prout constat in instrumento rogato manu mei notarii infrascripti et de constitutione. Ad habendum etc., Dans cedens et transferens omnia sua iura et actiones constituens et mandans dicto Iacobo et de coetero et in futurum vendere debat dictum

affictum ecclesiae seu illius massariis pro tempore futuris prout faciebat ante suprascriptam cessionem et dationem. Et hoc fecit pretio rhenensium duodecim in ratione librarum 4½ et talleris pro libris 7½. Quos iem venditor per se etc. fuit confessus et contentus habuisse et recepisse prout antea habitis seu debitibus dictae fabricae, exceptioni non habiti renuncians. Promisitque dictus venditor per se et haeredes dicto massario dicto nomine stipulanti et acceptanti et successoribus de evictione et legitima deffensione dicti affictus secundum formam iuris et de rato et ratihabitione etc., sub poena et obligatione bonorum suorum praesentium et futurorum.

Ego Ioannes Baptista Benassutus notarius publicus Tridenti praedictis praesens fui et ea rogtaus scripsi et publicavi etc. sed aliena manu scripta in fidem subscripsi et signo etc.

DOM.

S. N. Ego Franciscus Redamontus notarius publicus Tridenti hoc praesens instrumentum ex suo protocollo transcribere feci aliena manu...

207.

Trento, 1635 novembre 26.

In Christi nomine. Anno etc. Ibique praesens nobilis dominus Pasinus quondam domini Antonii Salvoti civis Tridenti per se etc., pro libero vendidit ser domino Ioanni Baptiste Blanchis praesenti et ementi pro se unum pratum positum prout reperitur in pertinentiis Cadeni in loco a Caupernai cui confinat a mane et sero ser Antonius de Algrigetis et a meridie et septentrione dominus emptor. Ad habendum etc. Et dictus dominus Pasinus per se assumpsit se esse onus solvendi unum affictum qui solvitur domino Michaeli Paisano super bonis aquisitis per ser Matheum alterius quondam Mathei Bonomi. Quem super bonis suis posuit in electione et conservare indemnem sub obligatione bonorum renensium 24. Et hoc fecit pro renensibus quinquaginta, renensibus 24 pro affictu in tot renensibus 74. Pro qua solutione dictus dominus D. Blanchis per se iure proprio dedit insolutum tradidit dicto domino Pasino praesenti etc., unum affictum sortis renensium 36 qui solvitur per haeredes quondam Michaelis Goberi nunc per Christophorum quondam Michaelis super una terra arativa in loco alla Lonora pertinentiis Lacunae quantitatis unius... Ada habendum etc, dans cedens constituens etc., obligans etc.

Actum et publicatum Tridenti in stuba domus mei notarii die lunae 26 mensis novembris 1635, praesentibus domino Antonio Toneto, Antonio quondam Francisci Todescho de Callavino testibus rogatis.

Ioannes Baptista Benassutus notarius scripsit et publicavit.

S. N. Ego Franciscus Redamontus notarius Tridenti hoc praesens instrumentum ex suo roriginali prothocollo per fidelem scriptorem transcribere feci, facta documenti auscultatione concordare inveni in (*foro*).

208.

Stravino, 1642 maggio 9.

In Christi nomine amen. Adi 9 magio 1642 in Stravino alla presenza di misser Romedio et misser Giacomo fratelli Dalla Pè testimoni etc.

Ivi personalmente presente misser Giovanni Michele figlio quondam misser Andrea dalla Pè de Stravino esponendo essere debitore alli antedetti massari della chiesa di s.

Antonio di Stravino per affitti incorsi ragnesi 88½ sino al santo Michele del anno 1641 et per non haver il comodo di pagar detti ragnesi spese et brascatto ragnesi dese per l'anno 1641 et troni desdoto per opere 13 fatte dagli massari Bortolamio Florian et Bortolamio Perogiol et per mercede dell'i stimadori troni 7½ che fa in tutto ragnesi 104 et troni 3, ha deliberato vendere si come in effetto dà, vende et in pagamento trasferisce a misser Nicolò figlio quondam misser Francesco dalla Pè al presente massaro di detta chiesa di s. Antonio ivi presente et accettante come massaro una pezia di terra arrativa et vineata nelle pertinenze di Stravino in loco detto alla Pè della quantità de stari trei semenza in circa, alla quale confina a mattina misser Giacomo Dalla Pè, a meridie misser Romedio Dalla Pè, a sera iura sancti Antonii, a settentrione la via comune et forte etc. Ad haver tener etc., con ogni etc. Et questo nominatamente per il prezo di ragnesi 114, et così stimati per misser Giovanni Dorigato et misser Thome Lunti in homeni eletti et ivi tal stima publicata. Ma perché detta peza di terra val più del debito perciò esso misser Giovanni Michel conferma haver riceputo il compito pagamento del pretio predetto insieme ragnesi 12 lire 1 quarte 6 per errore d'un loco altre volte venduto a detta chiesa, renuncians etc. Constituens etc. Promitens etc., obligans etc.

S. N. Ego Alexander Gislimbertus notarius collegiatus Tridenti exemplum hoc aliena manu descriptum ex originali rogato per quondam egregium dominum Ioannem Franciscum de Zontis perlegi et cum eo concordare ideoque ma subscripsi. Ad laudem Domini Nostri Matris eius.

209.

Cavedine, 1650 febbraio 7.

In Christi nomine. Anno post Virginem Matrem millesimo sexcentesimo quinquagesimo inductione tertia, die vero lunae septimo februarii, in villa Lacunae Cavedeni districtus Tridenti et domo magnifici domini Ioannis de Contis. Presentibus ibidem magnifico domino Ioanne de Contis et Francisco Pasollo de Lacuna Cavedeni testibus notis etc.

Ibique personaliter constitutus Thomas filius quondam Matthei Tocholi de Lacuna Cavedeni per se et haeredes iure proprio et in perpetuum ac pro libero allodio, salvo pacto infrascripto, dedit, vendidit et tradidit nobili domino Ludovico de Contis ibidem praesenti ac pro se et haeredibus suis ementi et recipienti unum afflictum perpetualem et franchitabilem stariorum quatuor frumenti ad comunem mensuram et taxam Tridenti iuxta constitutiones excellentissimae et reverendissimae superioritatis ratione Tridenti secundum quas etc., quem afflictum fundavit et assicuravit super una sua petia terrae arrativa et vineata stariorum duorum seminis circa posita in pertinentiis Stravini in loco dicto alle Giare, cui a mane cohaeret senterium comune sive via consortalis, a meridie Antonius Brian, a sero via communis, a septentrione Antonius Chiappanus et forte etc. Ad habendum etc., et quicquid cum omnibus etc. Praetio rhenensium viginti quattuor, quos dictus dominus emptor ibidem parata paecunia (sic) videlicet in tot duplicibus hyspanis, solvit et exbursavit dicto venditori praesenti illosque recipienti et imbursanti. Constituens etc., Renuntians etc. Afferens dictam petiam terrae esse propriam et nemini obligatam ac valere tantum quantum capitale praemissum cum tertio de pluri iuxta dictas constitutiones, quam meliorare promisit et omni anno in festo sancti Michaelis vel eius octava solvere praemissum afflictum sub pactis paenis conditionibus et obligationibus de quibus in ipsis constitutionibus et locationibus perpetualibus domorum mercati veteris Tridenti quae omnia fuerunt publicata licet hic pro brevitate

omissa, quae tamen pro descriptis habeantur omni etc., deque illius evictione et legitima defensione secundum iuris formam et de rato etc., paena dupli etc., et refectionis etc., obligans pro praemissorum observatione omnia sua bona praesentia et futura generis cuiscumque cum clausula constituti in forma omni etc. Pacto semper dicto domino venditori et illius haeredibus reservato de se quandocumque franchitandi ab hoc afficto, soluto precio praemisso cum incursis si qui etc.

S. N. Gaspar Gislambertus notarius collegiatus Tridenti his rogatus extiti, quae ex meo originali desumpta perlegi et cum eo concordare. Ideo etc.

Ad laudem Dei et Deiparae.

210.

Cavedine, 1652 settembre 12.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo sexcentesimo quinquagesimo secundo inductione tertia, die vero martis 12 septembbris, in hypocausto domus Ioannis Catoni Lacunae Cavedeni. Praesentibus ibidem Ioanne Matheo Cavedeno et Comaio eiusdem loci testibus ambobus ad infrascripta vocatis et rogatis etc.

Ibique personaliter constitutus Michael quondam Dominici Floriani de Stravino Cavedeni tridentini districtus, per se et nomine Francisci, Antonii et Ioannis fratrum et haeredum pro quibus de rato promisit in propriis suis bonis quod firmam et ratam habebunt praesentem constitutionem afflictum dedit vendidit Ioanni filio Nicolai Fravezii uti sindici venerandae ecclesiae sancti Antonii de Fravezio (sic) et pro illius successoribus unum afflictum ad taxam franchitabilem stariorum 16 et terciorum duorum frumenti ad comunem mensuram Tridenti, quem omni meliori modo posuit et constituit et assecuravit super una eius petia terrae arativa et vineata quantitatis stariorum duorum cum dimidio seminis, sita in pertinentiis Stravini in loco dicto a Brazzol infra hos confines, a mane apud viam comunem, a meridie Nicolaum Fravezium, a sero dominum Antonium Vilotum, a septentrione dominum Valentimum Marcabrunum de Naldeno; item super alia prativa, arativa et vineata quantitatis stariorum duorum cum dimidio seminis, sita in dictis pertinentiis et loco, a mane apud viam comunem, a meridie haeredes quondam Bartholomei Floriani, a sero Simonem Florianum, septentrione Petrum Dorigatum et forte etc. Nempe posuit super tanta quantitate quae bene valeat praecium capitalis praedicti afflictus cum tertio de pluri iuxta constitutiones noviter emanatas per illustrissimam et reverendissimam superioritatem Tridenti. Ad habendum tenendum exigendum et possidendum. Et hoc praetio rainensium centum in ratione etc., quos dictus emptor ibidem effectualiter dedit solvit numeravit et exbursavit dicto venditori praesenti et illos ad se trahenti ac imbursanti in tot auro etc. Quas res obligatas dictus vendor promisit tenere et possidere eamque de bono in melius promovere et de eis omni et singulo anno in festo s. Michaelis vel infra eius octavam dare, solvere et praesentare domi habitationis dicti emptoris vel successoribus suis afflictum praedictorum stariorum 16 et terciorum duorum frumenti omnibus damnis et periculis ipsius vendoris. Promittensque dictus vendor per se et nomine quo supra et haeredes dicto emptori ibidem praesenti pro se et successoribus suis stipulanti de evictione et degitima defensione dictarum rerum ut supra obligatas secundum formam iuris necnon de rato ratique habitione omnium et singulorum supradictorum et infrascriptorum sub poena dupli et refectionis omnium damnorum expensarum et interesse littis et extra et sub obligatione omnium ipsius vendoris et fratrum bonorum praesentium et futurorum,

salvo pacto dicto venditori et haeredibus reservato quod possint et valeant quandocumque se liberare et franchitare a solutione dicti affictus in duabus vicibus solvendo et exbursando pro qualibet vice rainenses 50 una cum affictu ad ratam temporis etc.

S. N. Ego Ioannes Patritius Trent Turcatus notarius civisque Tridenti, publicus imperiali auctoritate, praemissis omnibus et singulis interfui et rogatus scribere ea publice scripsi et publicavi, licet aliena manu descriptum et hic me autentice subscrpsi in fidem et testimonium ipsorum omnium etc.

211.

Trento, 1671 novembre 24.

In Christi nomine amen. Anno a partu Virginis millesimo sexcentesimo septuagesimo primo inductione nona, die autem martis vigesimo quarto mensis novembbris, Tridenti in contrata divi Vigilii et studio mei notarii, praesentibus domino Donato Dorigato quondam magistri Pauli et ser Francisco filio quondam Ioannis Berlandae de Brosino Cavedeni testibus vocatis et rogatis.

Ibiqdem constitutus personaliter ser Odoricus filius quondam Ioannis Zeni dicti noderii de Brosino Cavedeni qui agens per se et eius haeredes, necnon cum praesentia et consensu domini Antoniae eius uxoris etc., iure proprio et pro libero dedit vendidit (*cancellato*) et insolutum tradidit ser Petro filio quondam Francisci Manarae de eodem loco tamquam massario venerabilis ecclesiae sancti Rochi eiusdem loci praesenti et eo nomine ac pro se et successoribus suis in solutum recipienti, unam collem arativam perticarum centum et unius ad mensuram etc., positam in pertinentiis dictae villae Brosini loco dicto in Albori infra hos confines, a mane apud viam comunem, a meridie Bartholomeum et Iacobum de Zenis, a sero Fosium aquae sive viam consortalem, a septentrione iura dictae ecclesiae sancti Rochi et forte etc. Ad habendum etc., cum omnibus etc., omniue iure et actione ad dictam petiam terrae in solutum datam spectantibus et pertinentibus. Et hoc fecit dictus ser Odoricus nominatim rhenensium viginti trium et parentorum sexdecim de tronis 4½ pro singulo iuxta aestimationem ser Ioannis Antonii Rigoti et Nicolai Spiritti dictae cessioni hominum communiter electorum etc. Quos quidem rhenenses idem ser Odoricus vendor compensavit et bonificavit eidem ser Petro massario praesenti etc., in aliis dictae venerabili ecclesiae debitibus iuxta computa inter eos innitta ob quorum propterea ulteriori solutione in forma eumdem absolvit et liberavit etc., exceptioni propterea non factae dictae dationis insolutum ac rei non sic ut supra gestae dictus Odoricus renuntians et constituens se dictam rem in solutum datam tenere et possidere donec etc., ac promittens per se et eius haeredes eidem massario praesenti etc., de evictione et legitima defensione dictae rei venditae ad iuris formam statutorumque Tridenti atque de rato etc., poena dupli refectionis etc., obligans pro praemisorum observatione omnia bona sua praesentia et futura generis cuiuscumque cum clausula constituti etc. et quandoquidem etc., supradicta domina Antonia eius uxot sit creditrix super dicto fundo de rhenensibus sexdecim tronis tribus pro quibus volens ea cautari ideo eamdem ibidem praesentem et stipulantem cautavit et assicuravit super una eius arativa in eisdem pertinentiis Brosini loco dicto in Albori cum vittibus intus, infra haec confinia, a mane via comunis, a meridie ipse ser Odoricus, a sero via consortalis sive Fosium aquae, a septentrione Bartholomeus et Iacobus de Zenis et forte etc., quam semper voluit inservire pro eius pignore conventionali et spetiali hypotheca transeat ad quoscumque et ita etc., omni

etc., Ad laudem Dei Deiparae.

S. N. Ego Franciscus Capris notarius collegiatus Tridenti, civis et cancellarius Curira, praemissis interfui et ea rogatus scripsi et publicavi, quae meo ex originali prothocollo aliena manu desumpta perlegi et concordare inveni, ideo me hic authentice subscrissi et subsignavi. Ad Laudem Dei Semper.

212.

Cavedine, 1674 ottobre 28.

In Christi nomine. Anno post Virginis Matrem 1674, inductione decimasecunda, die vero dominico vigesimaoctava octorbris, in villa Lacunae Cavedeni districtus Tridenti et coquina domus habitationis Iacobi Comai, praesentibus ibidem Thoma de Augustinis atque Ioanne Tocholo testibus etc.

Ibique personaliter constitutus presbiter et admodum reverendus dominus Simon Barbi archipresbiter Cavedeni nomine parochialis eiusdem loci per se et successores dedit vendidit et tradidit Iacobo filio quondam Petri Bridaroli de Lacuna Cavedeni ibidem praesenti pro se etc., ementi et recipienti aliquam petiam terrae grezivam positam in pertinentiis Cavedeni loco dicto al Trebi, quantitatis prout est et reperitur, cui a mane cohaeret Petrus Gober et partim alii Goberi, a meridie via communis, a sero haeredes quondam Odorici Rivani, a septentrione Bartholomeis Bertè et forte etc. Ad habendum etc. Et quidquid etc. Cum omnibus etc. Et hoc fecit nominatim pretio rhenensium duodecim iuxta aestimationem factam ab Antonio Bagatol et Ioanne Levri a estimotoribus utrinque electis, prout in aestimatione ibidem visa et lecta. Et quandoquidem non liceat gaudere de re et pretio idem Iacobus emptor per se et haeredes solvere promisit praefatae parochiali praesente recipiente admodum reverendo domino archipresbitero pro ea acceptante et stipulante legale interesse in ratione quinque pro centum singulo anno usque dum se franchitaverit sub obligatione omnium eius bonorum in forma etc. Constituens etc., Dans etc. Renuntians etc. Promittensque de evictione et legitima defensione secundum iuris formam ac de rato etc., paena etc. Et refectionis etc., obligans propterea omnia bona dictae parochialis praesentia et futura in forma etc., omni etc. Pacto perpetuo se franchitandi a dicto interesse dicto emptori et eius haeredibus reservato quandocumque soluto pretio praemisso cun incursis si qui etc. Insuper idem admodum reverendus dominus archipresbiter ad favorem dictae ecclesiae reservavit et reservat ius in re et ad rem super petia terrae ut supra vendita cum clausula constituti transeat ad quoscumque, omni etc.

S. N. Ego Simon Bassetus notarius collegiatus Tridenti, praemissa rogatus scripsi et publicavi et ideo me hic authentice subscrissi.

Ad laudem Dei.

213.

Stravino, 1675 maggio 30.

In Christi nomine. Anno post Virginem Matrem millesimo sexcentesimo septingesimo quinto inductione decimatertia, die vero trigesima mensis mai, in villa Stravini districtus Tridenti et ecclesia sancti Antonii eiusdem loci, praesentibus Nicolao Bonomo dicti loci Stravini atque Ioanne Gobero de Lacuna Cavedeni testibus rogatis etc.

Ibique personaliter constitutus Franciscus filius quondam Ioannis Berlandae de

Brosino Cavedeni per se et haeredes iure proprio dedit vendidit et tradidit perillustri et admodum reverendo domino Simone Barbi archipresbitero Cavedeni ibidem praesenti et nomine ecclesiae sancti Odorici eiusdem loci Cavedeni et eius successorum ementi et recipienti ius exigendi unum afflictum perpetualem et franchitabilem stariorum trium et unius tertii frumenti cum dimidio ad communem mensuram et taxam Tridenti ac secundum etc. Quem afflictum unde solvi debet posuit, fundavit et assicuravit super aliqua eius petia terrae arativa posita in pertinentiis Brosini praedicti loco dicto a Carbonara, quantitatis stariorum duorum seminis circa, cui a mane et sero cohaeret via comunis, a meridie Ioannes Merlus, a septentrione haeredes quondam Ioannis Tocholi et forte etc. Ad habendum etc. Et quidquid etc. Cum omnibus etc. Et hoc fecit nominatim pretio rhenensium viginti unius, quos praefatus admodum reverendus dominus archipresbiter ibidem parata paecunia argentea bona, usuali, expendibili valorisque currentis dedit, numeravit et exbursavit praefato Francisco venditori praesenti ad se trahenti et imburstanti, asserens et affirmans supradictam petiam terrae suam propriam et nemini alii obligatam habilemque et sufficientem ad solvendum praemissum afflictum cum tertio de pluri iuxta seriem etc. Quam meliorare promisit et non deteriorare omnique anno in festo sancti Michaelis vel infra eius octavam solvere afflictum praemissum sub pactis, paenis conditionibus et obligationibus de quibus in ipsis constitutionibus, quae omnia per me infrascriptum notarium publicata et explicata fuerunt licet hic pro brevitate omissa, quae tamen pro descriptis et insertis habeantur, deque dicti afflictus proprietatis evictione et legitima defensione secundum iuris formam ac de rato etc., paena etc., et refectionis etc., obligans propterea omnia eius bona praesentia et futura cum clausula constituti in forma etc., omni etc.

Quibus omnibus praesens fuit Nicolaus filius quondam Petri Berlandae dicti loci Brosini, qui sciens ad suprascripta non teneri aut obligatum esse, precibus tamen motus praefati Francisci vendoris se pro eo constituit fideiussorem principalem principaliter et in solidum et promisit eumdem attenditurum et observaturum omnia ut supra a se promissa, alioquin ea ipse omnia attendere et observare. Renuntians propterea, beneficio unius ac capitulo de duobus vel plu. reis dubiam ac omni etc. Obligans propterea omnia sua bona praesentia et futura generis cuiuscumque cum clausula constituti in forma etc. et in specie non derogando generalitati aut e contra aliquam eius petiam terrae arativam et vineatam positam in pertinentiis Cavedeni loco dicto a santo Rocho quantitatis unius starii seminis circa, cui a mane cohaeret via comunis, a mridie (*spazio bianco*) a sero alveus aquae, a septentrione ipse Franciscus vendor et forte etc. Quem fideiussorem et eius haeredes praefatus Franciscus vendor per se et haeredes penitus indemnem et indemnes conservare promisit pro hac fiduessione pro suprascripta sub antedicta obligatione omnium eius bonorum in forma etc. Et in specie non derogando generalitati aut e contra aliquam eius petiam terrae obligavit arativam et vineatam positam in eisdem pertinentiis et loco a sancto Rocho, confinatam ut supra obligaya a dicto fiduciussore et ita etc., omni etc. Pacto perpetuo vendori et eius haeredibus reservato de quandocumque franchitandi ab afflictu tamen soluto pretio suprascripto cum incursis si qui etc.

S. N. Ego Simon Bassettus notarius collegiatus Tridenti, praemissa rogatus scripsi et publicavi ex meo originali protocolo descripsi cum eodem perlegi et concordavi et ideo me hic authentice subscrpsi.

Ad laudem Dei omnipotentis.

Vigo Cavedine, 1676 gennaio 6.

In Christi nomine. Anno post Virginem Matrem 1676, indictione decimaquarta, die vero lunae sexta mensis ianuarii, in villa Vici Cavedini et volto domus infrascripti Nicolai venditoris, praesentibus ibidem Laurentio Lever dicti loci Vici, atque Iacobo Zeno de Brosino testibus etc.

Ibique personaliter constitutus Nicolaus filius quondam Leonardi de Leonardis de Cimono incola Vici Cavedini per se et haeredes iure porprio et in perpetuum ac pro libero etc., dedit, vendidit, ac tradidit ser Antonio Dorigato de Brosino ibidem praesenti atque tanquam massario ecclesiae sancti Odorici Cavedini, pro ea et eius successoribus ementi et recipienti aliquam petiam terrae arativam positam in pertinentiis Cavedini loco dicto a santo Odorigo, quantitatis unius starii seminis, cui a mane cohaeret dicta ecclesia, a meridie via consortalis, a sero ipse venditor, a septentrione Petrus Berlanda et forte etc. Ad habendum etc., et quidquid etc., cum omnibus etc., et hoc fecit nominatim pretio rhenensium 24 iuxta estimationem factam ab Andrigeto Berlanda de Brosino aestimatore ad hunc effectum utrinque electo absente, ipsis partibus tamen ita aestimatam referentibus. Quod pretium idem Nicolaus venditor per se etc., confessus fuit habuisse et cum effectu recepisse a praefato massario praesente et hanc confessionem nomine dictae ecclesiae acceptante et stipulante, constituens etc, Dans etc. Renuntians etc. Promittensque per se de evictione in forma etc., ac de rato etc., poena etc. et refectionis etc. et obligans omnia eius bona praesentia et futura in forma etc., omni etc., pro quibus omnibus continuo praesens fuit Odoricus filius quondam Ioannis de Zenis de Brosino, qui sciens ad praemissa non teneri aut obligatum esse, precibus tamen motus et praedicti Nicolai venditoris se pro eo constituit fideiussorem principalem principaliter et in solidum et promisit eundem Nicolaum venditorem attenditurum et observaturum omnia te supra a se promissa, alioquin ea ipse ea (sic) attendere et observare promisit in propriis suis bonis; quae omnia obligavit praesentia et futura in forma etc. Renuntians propter beneficio Epistolae divi Adriani Auth. praesent. C. de fideiussione nov. et vet. com. ac C. hoc ita de duobus vel plu. reis debendis ac omni alio suo iuri et legum auxilio sibi quomodolibet competenti vel competituro, certioratus in forma etc. Quem fideiussorem praefatus Nicolaus per se et haeredes eumdem et eius haeredes penitus indemnem et indemnes conservare promisit pro hac fideiussione pro se praestita sub antedicta obligatione omnium eius bonorum in forma etc., omni etc.

S. N. Ego Simon Bassetus notarius collegiatus Tridenti, praemissis interfui eaque rogatus publicavi et ideo me hic authentice subscripsi.

Ad laudem Dei semper.

215.

Salò, gennaio 1544

Ser Giovanni fq. Ser Bartolomeo Zacheni da Serniga era stato investito dal q. Pietro Galuzzi da Salò di due pezze di terra con olivi, situate a Gardone ecc. per lire 67 di piccoli veronesi, nel 1524; viene poi investito Agostino Ambrosini livellarmente per lire ecc.

Notaio Aurelio figlio ecc. da Toscolano.

216.

Borgo Valsugana, febbraio 13, 1591

Sentenza arbitrale. Pergamena ricuperata nel restauro di un volume della biblioteca di s. Bernardino. Regesto.

In Christi nomine. Amen. Anno eiusdem Nativitatis millesimo quingentesimo nonagesimo primo, die mercurii, indictione quarta, die decimo tertio februarii in burgo Vallis Ausugi in studio mei notarii infrascripti, praesentibus medico Antonio Grandi, Antonio quondam Iacobi Pustar (?) de monte Roncegni testibus etc.

Ibique narratum et expositum est quod agitabatur causa inter Iacobum quondam Ioannis a Maceria... habitatorem in Burgo ut maritum et procuratorem Ioannae eius uxor filiae quondam Ieronimi Bertondelli de una ut agentem, et Franciscum et Gasparum fratres consanguineos quondam praedicti Ieronimi Bertondelli ex altera, occasione legitimae bonorum paternorum et pro haereditate quondam Annae sororis et cognatae praedicti Iacobi, ut latius appetet in processu... mediante interpositione communium amicorum, causa conservanda cognatione inter eos... dicti Bertondelli tenentur dare et solvere 44 rainenses denariorum dictis iugalibus ut donationem irrevocabilem... et dicti iugales cessare debent litem omnimodam, et dicta Ioanna acceptat e se declarat satisfactam renunciando omni legi et decreto senatuscolsultus... et sic certiorata iuravit tactis Scripturis... non contravenire etc.

S.N. Ego Mattheus filius quondam magnifici domini Friderici Amphertoller Burgi suprascripti, publicus notarius sacra apostolica et imperiali auctoritatibus et iudex ordinarius, omnibus et singulis suprascriptis interfui et de eis rogatus extiti, me autem aliis detento, alter scripsit ex meo originali, cum quo omnia concordare vidi, in quorum omnium robur et fidem me subscrispi et consuetum signum officii tabellionatus apposui.

Ad laudem Dei optimi maximi.

217.

Borgo Valsugana, marzo 12, 1632

Sentenza contro un Bernardo contumace emessa dal commissario. Pergamena ricavata durante il restauro di un volume, come al N. 216.

In Christi nomine. Amen. Ibique constitutus per se... dus Ioannes Dominicus filius quondam domini Angeli de Angelinis Burgi, faciens per se vendidit, cessit et renuntiavit ill.mo et excellenti domino Hieronymo Bertondello medico, per se acceptanti st stipulanti... arativam pretio 30 rhenensium bonae monetae Marani, quos accepit.

Actum in terra Burgi die 12 martii 1632 in stuba domus excell.mi domini.

In Christi nomien amen. Anno ab eiusdem nativitate 1630, indictione 13, die lunae 15 aprilis in Burgo Ausugii in domo clarissimi domini commissarii, praesentibus Leonardo filio quondam Christophori ab Ollis et Matteo quondam Leonardi Corradini Flemarum habitatore Burgi praedicti. Ibique personaliter constitutus nobilis et clarissimus Antonius Popp iuris utriusque doctor, commissarius benemeritus iurisdictionis Telvanae, faciens per se et successores ex debito officii sui virtuteque, et in executione decreti hodie facito... in contumaciam Bernardi Coqui Thelvi inferioris citati et non comparentis, et ex re... in actu precipitato incidere est, dedit, cessit et in solutum tradidit domino Ioanni domini Anzeli de Anzelinis et Martino filio quondam Iacobi Divina, ambobus habitantibus dicti Burgi, ibi praesentibus et stipulantibus et in solutum acceptantibus pro se et eorum haeredum, starium unum ad mensuram Burgi arativum, prout reperitur positum in Regula Thelvi alla Via del Borgo, cui cohaeret a

mane via communis, medidie ipse Bernardus, a sero domini Cibbini, a septentrione D. Ca... ad habendum cum omnibus et singulis iuribus. Et hoc fuit... pretio et finito mercato rhenensium 32 monetae solitae et usualis, quos R 32 dictus dominus Nolet Clur commissarius eidem Bernardo Coquo contumaci beneficavit et compensavit pro tot de quibus debitor erat eorumdem Divinae et Angeli et ut in taxa distincte annotata.

SN. Ego Leonardus filius quandam domini Stephani Florentini Burgi Ausugi apostolica et imperiali auctoritatibus notarius publicus et iurisdictionis Telvanae civilis cancellarius praemissis omnibus et singulis praesens fui et fideliter scripsi et publicavi etc.

Ad laudem Dei et beatae Luciae.

218.

Trento, luglio 1, 1812

Sentenza contro i fratelli Leonardo, Luigi e Benedetto Nardelli, condannati per il sequestro del loro fratello Francesco Giovanni ad essere privati per un periodo di 100 anni del titolo nobiliare e delle armi gentilizie. Pergamena ritrovata nel volume proveniente da Borgo Valsugana con collocazione X 362, dopo l'edizione "Aringhe criminali a favore dei fratelli ..., Trento, Monauni, [1812]."

In nome di sua maestà Napoleone I imperatore di Francia, re d'Italia ecc. ecc. ecc.
[riproduzione dello stemma Nardelli]

Considerato il delitto perpetrato dai fratelli Leonardo, Luigi, Benedetto nobili de Nardellis di Cadino, delitto di sequestro illegale nella persona del loro fratello Francesco Giovanni de Nardellis nel pubblico dibattimento del I° luglio 1812, la corte di giustizia civile e criminale del dipartimento dell'Alto Adige residente in Trento nonostante le aringhe degli avvocati dopo matura deliberatione condanna i sudetti fratelli nobili de Nardellis alla pena di perdita per 100 anni, diconsi cento del titolo gentilesco nobiliare nonchè del diritto di fregiare le loro armi dello stemma gentilizio suesposto consistente in un'anfora in campo rosso e bianco ripiena di nardo odoroso, simbolegian l'annessa iscrizione "Nardus mea dedit odorem suum" unitamente alle rispettive tre palle della nobiltà

Dalla suprema corte di giustizia criminale del dipartimento dell'Alto Adige in Trento, questo dì I° luglio 1812.

[firma]

[firma]

[sigillo pendente in ceralacca rossa]